
SIGILL · COLL · HARVARD · CANTAB · NOV · ANGL · 1630
CHRISTO ET ECCLESIAE
The Gift
of
Joshua Bates
of
London.
Recd 17 Aug
1835
N. Hurd Sc
BOSTON.

M. MANILII

ASTRONOMICON

EX EDITIONE BENTLEIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITUM.

VOLUMEN PRIMUM.

LONDINI:
CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.
1828.

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

SERENISSIMO

DELPHINO

S. P. D.

MICHAEL DU FAY.

QUAM olim cœlestem scientiam numeroso verborum nexu constrictam Augusto Cæsari dicavit Manilius, eandem nunc tibi, SERENISSIME DELPHINE, non modo suis verborum vinculis solutam, sed et variis etiam illustratam annotationibus, et novis figuris locupletatam consecramus.

Atque id nos eo majori fiducia facimus, quod regalis disciplina hæc tibi olim orbem terrarum recturo gloriatur famulari; et sibi se tanquam gentilem tuam, hoc est, a paterni maternique generis auctoribus magnifice excultam, fuisse gratulatur.

Ut enim sileantur veteres illi principes, qui præter ceteros artem hanc excoluerunt, Moses dux populi fidelis, Belus Babyloniorum, Zoroastres Bactrianorum, Assyriorumque et Chaldæorum Reges non pauci; quis nescit Romanos Imperatores Adrianum, Tiberium et Augustum eo animos et studia contulisse, sed inprimis Julium Cæsarem, qui disciplinam hanc media etiam inter arma nusquam dimiserit, ut ipse de se testatur apud Lucanum:

Media inter prælia semper
Stellarum cœlique plagis superisque vacavi.

Neque vero minorem nominis commendationem duxit ex eo, quod veterem Romuli ac Numæ Kalendarium correxerit, quam aut ex commentariis quos scripsit, aut ex bellis quæ confecit.

Sed quorsum exteris et longius petitis exemplis utimur, SERENISSIME DELPHINE, cum propiora ac domestica suppeditent? Superioribus enim sæculis mirum in modum delectati sunt hoc studio Alphonsus x. Hispaniarum Rex, qui insigne opus tabularum Astronomicarum composuit; et Carolus v. Imperator, et frater ejus Ferdinandus; quorum exemplum imitati sunt Philippus II. Hispanorum Rex, et Maximilianus II. Imperator.

Quid dicam de regio illo apparatu, quo artem hanc excoli atque excipi jubet LUDOVICUS MAGNUS? Cujus rei testis est vel illud magnificum ædificium, quod in modum arcis exstruendum curavit in superiori Urbis Parisiorum parte, quæ vergit ad meridiem, ut ex illius sublimi tecto, tanquam ex plano et aperto campo, siderum cursus commodissime observentur.

Est hæc nimirum scientia regalis ac pæne divina, quæ regum animos, qui ad Deum proxime accedunt, primum movere dignata est, ut præclare cecinit Manilius:

Quæ se ipsa reclusit
Regales animos primum dignata movere,
Proxima tangentes rerum fastigia cœlo.

Enimvero quis, ut ejusdem verbis utar,

Quis cœlum possit, nisi cœli munera nosset;
Et reperire Deum, nisi qui pars ipse Deorum est?

Quod in Julii potissimum et Augusti gratiam dictum sane voluit, quos et siderali scientiæ addictos constat, et divinos honores, alterum post mortem, alterum etiam dum viveret, consecutos fuisse memoriæ proditum est.

Quorum tamen præstantissima studia non est quod quisquam requirat in hac ætate nostra, ac felici LUDOVICI MAGNI imperio, triumphorum palmis et olivæ fructibus, hoc est, et rerum bello gestarum gloria, et beatæ pacis commodis, abundanti; in quo cum ceteræ præclaræ artes

floreant, tum astronomiæ studia multo certe quam antea impensius promoveantur.

Quare fato fruatur felici quodam suo hæc ars fatorum indagatrix, quæ, cum olim in Italia floruerit nacta Cæsarum potentiam ac studia, meliorem nunc etiam ac beatiorem in Gallia LUDOVICI MAGNI invenit ætatem.

Sed sibi quoque plurimum gratuletur Manilius, SERENISSIME DELPHINE, quod in tuis regiis manibus esse possit, iisque te rebus interdum oblectare, quibus regalem animum a gravioribus curis refici non dedeceat; præsertim cum hac vel una arte tractanda præstantissimas alias quoque complexus est, quas tu, SERENISSIME DELPHINE, excellenti ingenio complecteris.

Etenim delectat geographia? Quis universum orbem aut clarius descripsit aut ingeniosius? Quis utriusque globi, cœlestis ac terrestris, partes partibus, circulos circulis subtilius comparat explicatque amœnius?

Placent fabulæ, quarum involucris sapientiæ veritas adumbratur? Quis Poëta plures breviter simul et copiose, remota omni et rerum turpitudine, et verborum obscœnitate, conscripsit.

Juvat illustrium virorum res præclare gestas in historia, tanquam in speculo, intueri? Quis laudabiliora virtutum exempla proposuit, moresque populorum ac regum studia elegantius expressit? Quis ea styli gravitate, sermonis venustate, sententiarum ubertate, carminis elegantia, qua Manilius, Poëta alius aut Orator diversos casus, qui hominibus in vita contingunt, ad usum atque institutionem omnium prosecutus est?

Quam vero apte rebus humanis ac terrestribus cœlestes ac divinas annectit, ad easque sublimiora ingenia traducit, dum astronomiæ simul et astrologiæ reconditas artes et scientias expromit, atque utriusque principia docet perspiciendis hominum fatis, quæ regunt orbem, accommodata!

Hinc arcana siderum nomina explanat, numerum recenset, situm describit, formas depingit ac figuras, genus distinguit, aspectus notat, gradus metitur, cursus observat,

motus decircinat, vias aperit, disponit vices, ordines reddit, terminos ponit, domicilia assignat, percipit pondera, vires detegit, asserit jura, tutelas astruit, affectiones indicat, laudat salubritatem, sterilitatem damnat, ortus librat et occasus, et quod summum est ac præcipuum in hac arte, duodecim Zodiaci signorum præcordia intus perscrutatur,

E quibus et ratio fatorum ducitur omnis.

Quæ me res in spem exploratam adducunt, SERENISSIME DELPHINE, fore ut, qui ceteros bene sentiendi beneque dicendi auctores benigno honore dignaris excipisque, Manilium, qui multorum instar esse possit, meumque in eo explanando studium et qualemcumque industriam non dedigneris.

Lutetiæ Parisiorum Kal. Jan.
M.DC.LXXIX.

PRÆFATIO

M. ELIÆ STOEBER.

Quem dudum sibi civem exquisivit, allegit Argentina Literata, Manilius, politissimi ingenii poëta, tersissimusque scriptor; idem ille nunc iterum ex Alma nostra in literatorum manus exit, non nostra magis opera, quam beneficiis aliorum multo ac ante ornatior.

Duo enim ultra sæculum effluxere lustra, ex quo Bœclerus ille, sui decus ævi præcipuum, Manilianæ seu potius divinæ rationis opus, Astronomicon, tertiis magni Scaligeri curis exornatum prelo nostro emisit.

In quo cum plurima sibi vindicavit utriusque editoris summum ingenii acumen, eximiaque doctrina et industria, magna cum ipsorum auctoritate conjuncta: tum vero pervulgata Bœcleri celebritate factum, ut in augendi splendoris societatem concederent ' non dissimulandi nominis Viri' Bullialdus atque Reinesius, qui quæ ad expoliendum Manilium ipsorum erant lucubratione parata, ea cum illius patrono, suoque amico præcipuo, communicarent.

Equidem vero dignitate licet illis multo inferior, ausim tamen affirmare, me in adornada hac altera Argentoratensi fatis usum esse longe illustrioribus. Hoc quam vere ac juste mihi prædicetur, Tu non aliunde pulchrius intelliges, studiose Lector, quam ex ipsa hujus editionis historia, qua quid a viris doctis, quid a nobis in hoc opere præstitum sit, equidem præfandi officio defuncturus exponam.

Nempe tribus ante propemodum annis ad hoc scribendi genus invitatus ab Amando Kœnigio Bibliopola florentissimo, ut vidi virum honestissimum, non suo magis ac literarum commodo assidue invigilantem, exhibere mihi Bentleianam Astronomici recensionem ad verbum recusam, quam, suo quidem judicio, habebat omnium præstantissimam: equidem illi auctor fui, ut absque selectis eruditorum, qua illius architecti, qua aliorum interpretum, annotatis carmen ne emitteret. Placuit consilium. Ille me in operæ vadimonium vocare; ego placide obire.

Concepta stipulatione nil equidem magis cavendum putavi, nisi ne eadem olim mihi querela conveniat, quam illa nundinarum et nundinantium importunitas aliis bene multis expressit. Cl. Lochneri monitus sum exemplo, qui in calce Nerii, seu Rhododaphnes, hæc mihi legere verba dedit: 'Ceterum cum fato singulari quodam nihil fere incontaminatum a typographis nunc prodeat, hoc quoque opusculum erratis deturpatum esse, maxime cum instantes premerent Francofurtenses nundinæ, haud ambigo.' Quin etiam multo me cautiorem fecit doctiss. Drakenborch, cui tota merito indolet res literaria querenti ad Silium suum lib. XVII. 633. his verbis: 'Atque hæc sunt, quæ nos inter operas typographicas ad Silium effudimus ... tertiam vero partem pæne notarum mearum propter nundinas Francofurtenses, quæ instant, omittere necesse habui.'

Quanquam vero lubens prudensque parui sapientissimo illi monito, 'Vin' rem bene habere? Lente fac, et sæpe corrige:' equidem tamen illorum nolui tarditatem imitari, qui moras nectentes æternas, ultimo tandem fato suis et Poëtæ rebus abrepti, præter ingens sui desiderium fœtum ingenii reliquerunt immaturi Bacchi cunabula quærentem. Quo quidem nomine recensendine nobis, an magis dolendi? Susius,[a] Creechius,[b] Cotesius, Croius, Gevartius,[c] Vier-

[a] Jacobus Susius insignem prorsus Manilio navavit operam. Cui fidem faciunt Eruditi Britanni, qui in Observ. Miscell. excerptas ad Nostrum ex illius libro lectiones, veras pariter ac conjectaneas, passim prodiderunt. Quæ quam eximio fuerint pretio Lud. Carrioni, lubet ipsius, primi forte

schrotus,[d] Richterus[e] et horum coryphæus, ipse Bentleius.[f]

testis αὐτόπτου, verbis declarare: is enim Emendat. lib. II. cap. 7. honorifica sui amici mentione facta, sic pergit: 'cujus longe doctissimus in hunc Poëtam commentarius si, quod omnes desideramus, aliquando edetur in lucem: ab omnium reprehensione omnium suffragiis Manilius absolvetur.'

[b] De hoc Cl. Fabricius in memoria Manilii paucissimis: 'Anglicæ Thomæ Creech Metaphrasi tristia Viri fata intercesserunt.' Sic equidem puto V. C. scripsisse; non autem, uti perperam impressum in Biblioth. Lat. vol. 1. pag. 295. recusum quoque in Præmissis Edit. Manil. Patavinæ 1743. 8. cujus conditor hæc cum ceteris Vulgatæ Scaligero-Fayanæ παροράμασι, Bentleiana penitus neglecta, descripsit. Altera Astronomici Anglica Versio, Edvardi Sherburni, tacta Fabricio l. c. plenius recensetur in Catal. Biblioth. Leidens. (quo ξένιον revolvo τοῦ πάνυ Hemsterhusii) pag. 187. et in Catal. Biblioth. (quondam) Jesuit. Paris. p. 224. num. 3651. ex qua ille liber in Bibliophylacium Regis Parisinum, nostro cum maxime commodo, concessit. Nec Gallicum idioma divinum Manilii epos intentatum reliquit. Etenim Guido Fabricius Boderianus Gallicis versibus illud olim exprimere cœpit. Opus autem non ultra primi Libri argumenta productum: quod ex Epist. Gall. ad Scalig. lib. I. Ep. 17. refert Morhof. Polyh. tom. 1. pag. 875.

[c] De hoc quoque Fabricius vol. 2. pag. 411. sq. et, qui ante illum de Cotesii Manilium restaurandi conatu ex Ephemeridibus retulerat, Falsterus in Cogitat. Philol. p. m. 127.

[d] Justinus Vierschrot, vir elegantiorum literarum plenissimus, matheseos juxta legumque consultissimus, Sereniss. Ducis Saxo-Gothani Secretarius, heu! quondam et Archivarius, anno superiore præmaturo defunctus fato, reliquit apparatum locupletissimum novæ, quam molitus est Manilii et ceterorum hujus familiæ Poëtarum, editionis: præterque hunc Observationum Criticarum Libros tres, uno modicoque volumine comprehensos, quos placuit ipsi inscribere Noctes Gothanæ. His quidem, prelo jam aptatis, varia veteris Græciæ Latiique scriptorum loca, Manilii non pauca, sive difficiliora illa, sive ab aliis sinistre accepta, vel a Dictatore Britanno proscripta, emendantur, vindicantur, illustrantur. Apparatus autem adversaria continet e politioris eruditionis fontibus hausta et suo quæque in Vulgata Scaligero-Bœcleriana loco digesta; collecta magis ac selecta, nec dum judicio critico vel, quo uti satius, logico subacta; commodissima tamen, propter uberrimam locorum parallelorum copiam, quibus vel locutiones Manilianæ Latinitati probæ asseruntur, vel Auctoris aut veterum ac recentiorum interpretum aut sua denique ipsius sententia proposita expendi ac probari vel, si qua minus adæquata, refelli possit. Variantes quoque in Codice Ms. Lipsiensi lectiones sedulo et, si quisquam alius, accurate Cl. Vierschrotus annotavit. Qua quidem opera insignem in modum me sublevavit in lapide hoc movendo sudantem.

Utrumque illum fœcundissimi pariter ac felicissimi ingenii fœtum acceptum, devota mente, referimus efficacissimo non minus ac propensissimo in bonarum artium doctarumque literarum studia amori et patrocinio

Enimvero jam aliquid profecisse mihi videbar in componendis disceptationibus Scaligeri, Petavii, Salmasii, Huetii,

summo, maximeque eminenti inter mores illos vere Augustæos, Regiæ Borbonidarum genti hæreditarios, quibus quidem, ad instar gloriosæ memoriæ patris Sui, animatus Serenissimus Dux Parmensis hodienum, utinam diutissime! regnans, et interprete usus Suæ benignissimæ voluntatis integerrimo, summe Reverendo, Doctissimo, mihique, quod addere licet, amicissimo P. Paciaudi, gratiose permisit jussitque facerem, ut Vierschrotianæ doctrinæ et industriæ, et si qua sunt alia alibi nobis exquisita, monumenta, ad amplificandum exornandumque opus facientia, sumtibus Serenissimi coëmerem, et quoadusque lubet usurparem, aut tandem excussa publicosque in usus collata Parmam curarem, Optimi Mæcenatis illustri Bibliothecæ inserenda. Horum quidem indicium simul et copiam fecit, eoque majorem in modum sibi nos obstrinxit illustris Schlægerus, Vir in promovendis literis, eruditæ præsertim et remotioris Antiquitatis, ingenio, doctrina solertiaque indefessa, uti ad præstanda humanitatis officia morum facilitate nulli secundus, ex utroque capite mihi, inde a perceptis literatissimi viri in Mœrin Atticistam exquisitis lucubrationibus, enumerare non est, quam multis meritis nominibusque celebrandus. Hoc autem relatu mihi non minus jucundum, quam auditu mirabile, virum illustrem illo nobis præstito officio, sane quam eximio, eam quæ cum celeb. Paciaudio ipsi intercedit amicitiam, suavissima animorum et studiorum conjunctione fundatam, literarum vero vel maxime invita intermissione nonnihil languentem ita refovisse, recreasse; ut, quod utriusque amicissimi viri literæ ad nos datæ testantur, restaurati literarum commercii sui epocham cum hac ipsa Operis Maniliani restitutione sint auspicaturi.

* Gotefridus Richterus Bernsbacensis, ingenii culturam capturus inter liberaliores ad Salam Jenenses Musas versatus juvenis, Cel. Buddei, quo non alterius certiore standum pede, judicio, doctissimus, elegantioribusque literis præclare excultus et perpolitus, rarissimo, sui quidem ævi, exemplo variis auctoribus Græcis et Latinis emendandis ac illustrandis, interque illos Manilio quoque, operam dedit. Extat illius Specimen observationum Criticarum Jenæ 1713. typis expressum. Hoc me munere nuper admodum beavit Cl. Harlesius. Cui quidem maximas, pro eo ac par est, ago habeoque gratias, quod ex utilissimo libello cum multa alia didici scitu non injucunda, tum vero et hoc, quod doctus ille juvenis in parato habebat nonnullas in Manilium Animadversiones, ad normam Codicis Lipsiensis compositas, cujus excerptas lectionum varietates ipsi Bentleio V. C. quadriennio ante permisit quam ipse Specimen suarum Observationum in lucem emitteret. Longa ibi, inde a pag. 39. ad 43. eleganterque perscripta legitur Bentleii ad Richterum epistola, qua suum de recudendo Manilio consilium exponit, atque illum impense rogat, ut ipsi varias illas lectiones accuratius consignatas transmitteret. Richterus de se 'Transmisi, inquit, et sic quod debui ac potui, feci.' Itaque post Fellerum, quem solum de Cl. Bentleio Variantibus illis meruisse dicit Fabricius Bibl. Lat. vol. 2. pag. 410. fin. sua quoque ornandus laude Richterus, idque vel ipsius Bentleii junio-

Bentleii: rebus, inquam, illis optimi Poëtæ honestati prope funestis, cum Cel. Schwarzius, Altorfinus, interveniente Cl. Scheubero, mihi liberalius permitteret oculis usurpandum primarium illud Manilii exemplar Regiomontani. Quo quidem beneficio dubium, an quisquam majore Manilium vel Regiomontanum vel omnes harum literarum cupidos ornare potuerit. Hoc certum, maximam apud me gratiam iniisse virum humanissimum, qui aurei illius libelli usu tantum mihi fecit otii Manilium interpretanti, quantum hic aliis, Regiomontano non prælucente, molestissimi laboris creavit. Quo magis mirandum, tot oculatos viros, Manilii interpretes se professos, infinitis in carmine locis cæcutire maluisse, quam primi et præstantissimi illius Editoris luminibus videre, quod rectum, verum, sanum est, et ab ipsius Poëtæ manu profectum. Hoc enim mihi omnino persuasum, omnium primam esse Regiomontani editionem, ad annum scilicet 1472. referendam, quod evidentissimis argumentis evicit inter paucos dignissimus ejus

ris verbis in Præfat. ad patrui sui editionem Carminis Maniliani pag. 14.

[f] Omnium, quos novi, diutissime in elaborando vere novo Manilii Astronomico versatus est Vir ad ævum doctus Rich. Bentleius. Nimirum ille, rem quasi cunctando restituturus, editionem anno superioris sæculi fere nonagesimo primo susceptam non, juxta illud Poëtæ, nonum pressit in annum, sed anno demum 1739. in lucem prodire jussit, ejusque curandæ, senio jam confectus, suo ex fratre pronepoti negotium dedit. Tum demum apparuit præstantissimum Manilii exemplum, illa tam diu desiderata omniumque votis expetita editio. De hac Richterus l. c. 'Unum modo restat vovendum, ut illa tandem prodeat expectata tam diu editio, quam fore accuratissimam absolutissimamque, omnis nunc sibi persuadet orbis eruditus.' Hujus autem suffragia collegit et tribus fere post annis, quam in hominum manibus versabatur, publicavit Cl. Menckenius, post fata quoque fautoris et amici nomine mihi colendus, qui in Miscell. novis Lips. vol. I. part. 2. pag. 258. epistolæ Cavei ad d. 5. Non. Mart. 1691/2 perscriptæ, qua avo suo Ottoni inter alia significat, 'Rich. Bentleium, virum haud vulgariter doctum, Manilium longe correctiorem Latine daturum,' hanc subjecit annotationem: 'Vides, Lector, annos fere quadraginta a Bentleio in edendo Manilio desudatum, ut hinc spem conceperint Eruditi, opus tandem proditurum tale esse, quale adhuc orbis criticus non viderit. Jam, cum manibus nostris expectatus diu liber tenetur, haud pauci sunt, qui vix centesimam spei suæ impletam esse partem conqueruntur.'

possessor in commentatione, de prima Manilii Astronomicorum editione a Joanne Regiomontano Norimbergæ vulgata, pag. 7. Corrigendus itaque Fabricius, qui annum 1473. eidem assignat in Bibl. Lat. Vol. IV. pag. 356. Eandem non ambigo laudare ceterarum præstantissimam, tanquam ab eo adornatam viro, qui mathematicarum et in his astronomicarum peritia vel ipso Manilio major, in describendo ejus carmine usus videtur exemplo scripto pervetusto, lectione sincera, nec locis adeo multis ab editore correcta, quod ex illius comparatione cum Codice Parisiensi colligo, qui fere ubivis eandem servat lectionem.

Hunc codicem vere Regium, Parisinum puta, Cel. Capperonnerius, quo est erga nos favore prorsus singulari, ut tot tantisque in rem literarum publicam meritis suis hoc adderet, eodemque sibi nos majorem in modum devinciret, per utrique nostri amicissimum Bæerium ad me curavit. Quo perlustrato ut vidi, bonæ eum esse frugi, tametsi vix trecentis plus abhinc annis sit calamo exaratus elegantissimo, mirari primum mox indignari subiit, quod Bentleius silentio sane quam pervicaci sprevit varias ejus lectiones, a Cel. Montefalconio, quod e præfatione constat, ipsi suppeditatas. Sed noluit Vir ille acutissimus nisi obsequentibus sibi libris uti. Itaque negligendum putavit hunc, cujus lucidissima scripturæ veritate ipsius in corrigendo temeritatem infractum iri pulchre intellexit. Nos equidem eo impensius gratulamur et libro Ms. et nobis. Illi quidem, quod ejus lectiones non tam male sunt habitæ ab Aristarcho Britanno, quemadmodum ceteris e libris excerptæ, cujus rei specimina passim leges in annotatione nostra: nobis autem, quod prima hujus Codicis collatione pensiculatius facta pristinum Manilio reddere splendorem, novum addere commentationi nostræ, potuimus.

Hos igitur Manilianæ rei statores secuti, eosdem nonnisi summa urgente necessitate deseruimus. Neque magis apud nos valuit Codicis Msti sinceritas, quam summa Regiomontani auctoritas cum probitate conjuncta.

Etenim Codex ille manu Itali cujusdam exaratus tam

religiose servat archetypi longe vetustioris scriptionem, ut vitia quoque illius referat, ab eadem manu rasura notata, nobis germanum in modum indicata, et nostri, si quid est, ingenii ope emendata. Cujus quidem rei specimen habes in annotatione ad Lib. IV. 298.

In recensendo autem editorum principe libro Regiomontani eadem cum accuratione et integritate versati videmur.

Quocirca nobis magno præsidio fuit alter variantum in Cod. Msto Lipsiensi lectionum index, ad marginem Scaligero-Bœclerianæ luculento, quo maxime nobis se probavit, stylo conscriptus. Illum, quod gratiæ referendæ cupidissimi profitemur, Celeb. Ernesti nobis subministravit. In cujus beneficii augmentum, pro sua morum facilitate, vel non rogatus, addidit V. C. editionem Manilii Romæ recusam, ab altera, folii formæ impressa, non nihil diversam. Quam vellemus viro prodigiose docto per occupationes licuisset hactenus exactam Msti Codicis notitiam et suum de illo judicium nobis communicare! Quo quidem solo primarioque nobis standum esset, quod a viro summe literato pariter ac in vetustate et probitate librorum dignoscenda exercitatissimo, non nisi æquissimam verissimamque ferri sententiam posse judicamus. Quod ut tandem aliquando vel publice vel privatim faciat, equidem ab Ipsius humanitate, quibus decet formulis, enixe contendo.

Interea, ne plane dubium dimittamus Lectorem nostrum, equidem de illo toties laudato Codice Collegii Paulini Lipsiensis, unde etiam Paulinus nonnunquam audit, quid sentiant alii, quæque nostra sit de illius ingenio conjectura, par est ut hoc loci exponamus.

Nempe Cl. Vierschrotus, quo nemo Codicem illum attentius legisse videtur, eundem magis superstitiose quam considerate et expense secutus est.[g]

[g] Argumento sit locus ille Manil. Lib. IV. 732. ubi vulgatum, *descripta*, Libri omnes agnoscunt. Solus Lipsiensis heic *discr.* Vierschroti quidem judicio, optime. 'Denotat enim,' sic addit, 'distributionem ac divisionem. Vide Gruter. ad Ciceron. de Senect. cap. 2.' Sed ibi Metellii libri tenent

De ætate Codicis Lipsiensis Cl. Vierschrotus nihil aliud, quod video, scriptum reliquit, nisi quod 'folio minore nitidissime scriptus rubro colore, literas unciales habet initio versuum a secunda manu appictas, quod patet ex appendice Lib. I. ubi per dimidium paginæ initiales desunt.' Bentleius eum Gemblacensi uno facit anno recentiorem, adeo ut annos ille ageret DCC. Quicquid sit, equidem ex luculentis indiciis collegisse mihi videor, eum a manu minime docta, verum ad superstitionem usque religiosa profectum, a Glossatoribus vario tentatum modo, et ad aliorum Codicum normam exactum, horumque lectionum varietate oneratum magis ac ornatum esse. Hinc innumerabiles prope literarum et vocum rasuræ, superscriptiones; emendandæ, nec tamen adhuc correctæ, lectionis signa a Veteribus addita, et a Cl. Vierschroto curatius annotata. Denique recentiorum illius Codicis Lectorum, plus minusve peritorum, excerptis factum, ut quid ille tueatur respuatve multo simus incertiores. Adde, quod Editores Manilii excerpta illa, modo minus distincte consignata, sinistre legerunt, modo suis præconceptis opinionibus adversas lectiones suppresserunt subinde, aut ad suæ, non Auctoris, sententiæ habitum, artificio parum honesto, aptaverunt. Quæ quidem ne contumeliose magis ac vere prodidisse

discr. quod ex his Guilielmius restituit. Perperam hoc, Gruteri judicio, qui addit: 'ita *dissignare*, *diffinire*, alia, passim corrupta in libro.' Hic itaque, ni fallit nos animus, corruptis annumerat illud *discripta* quanto majori jure vox cum simplici elemento *s* expressa? Occurrit hoc *describitur*, ut alibi sæpius, ita quoque Astronom. lib. v. 733. ubi non variat Lipsiensis, neque adeo Vierschrotus noster. Annotat autem, 'Describere eleganter pro ordinare, distribuere; ut observat Græv. ad Cic. Offic. I. 34.' Vides adeo, B. L. quali sit inconstantia lectio Codicis et opinio Recensentis. Quid? quod Guilielmius ad priorem Ciceronis locum longe aliud hoc *discribere* tradit esse, quam *describere*. Siccine a Criticis, suorum Librorum vitia et corruptelas excusantibus non modo, sed speciose magis ac juste defendentibus, nos seduci patiamur? Absit! Quin multo consultius nos fecisse putamus, qui ejusmodi lectiones, sane palam vitiosas, nequidem judicavimus recensendas; nisi ubi vel sub errore Librariorum aliqua saltem veritatis vestigia latere cognovimus. Alia est ratio vocum *deducere* et *diducere*, quarum confusione Codex Paris. rarius, Lips. vero sæpissime peccavit. Qua de re Tibi præcepimus ad lib. I. 3.

videamur, conferas, si vacat, commentationem Bentleii ac nostram ad Astronom. Lib. IV. 422. iterum nostram ad Lib. I. 811. et IV. 434. 542. 550. præ ceteris autem, quæ notavimus l. c. post. vs. 689. Ultimo demum loco Cl. Vierschrotus litem movit doct. Bentleio ad Lib. V. vs. 740. ubi ille nullam affirmat esse in Ms. hujus *priore* variam lectionem, quæ maxime strenuo Poëtæ Correctori videtur recipienda. Codex Paris. ibi *juncta priorem*. Regiom. et Molin. *juncta priori*. Quæ quidem in pertexenda notationum serie omisimus, ut alia ejusmodi multa, non quod sana esse vulgata existimemus, sed quod sano ferri sensu possint. Præter ea vero multa sunt in illo Cod. Lips. quam optime constituta, adeo quidem ut absque illius ope locos insigniter intricatos enodare et sano Auctoris sensui conformare nullo pacto potuissemus. Exemplo sint et veritatis argumento, præ multis aliis, restitutæ nobis lectiones Lib. I. 705. et Lib. IV. 686. nobis recensitus infra.

Scriptis his et principi, Regiomontani, Libris insigni cum fructu comparavi ceteras editiones Scaligero-Bœcleriana vetustiores, Aldi,[h] Pruckneri,[i] et Molinii,[k] juxta cum Romana.[l]

[h] Quæ prodiit a. 1499. fol. Eam liberaliore permissu Cel. P. Paciaudi emendam curavi e Bibliotheca quondam Soc. Jes. Parisiensis, in cujus Catalogo pag. 224. num. 3647. recensetur tanquam 'editio antiqua sine loci et anni indicatione.' Quo quidem minime falsum se nobis probavit concinnator, sed parum oculatum; quod non vidit, hanc et chartæ et typorum habitu geminam esse num. præced. nisi quod additamentis caret, quorum ad extremum Aldus subscripsit annum MID. Hanc a paucissimis interpretum vidi usurpatam; neque Aldus Regiomontani Librum, nedum probæ notæ scriptum expressisse videtur; sed veterem Editionem, forte Bononiensem, vel Romanam, cui fere adamussim respondet. Quod amplius suspicor, illa quidem in ædibus Aldi, ejusque prelo recusa; non autem ipsius accuratione, quæ quidem remissior aliquando fuit in Latinis auctoribus quam Græcis. De Silio certe Aldi haud injuste videtur judicasse Carrio Emend. l. II. c. 11. ubi 'Nunquam,' inquit, 'Silium lego, quem ille cum suis auctiorem et meliorem de veteribus libris edidisse profitetur, quin et Poëtæ vicem doleam, et de boni illius viri fide dubitare incipiam. Quam multa sunt in illorum editione et priore Lugdunense deteriora et a librorum veterum scriptura prorsus abhorrentia!'

[i] Est illa, quam Fabricius Bibl. Lat. vol. I. pag. 294. dicit prodiisse in Germania cum Firmico (adde, cum Ptolemæi quoque et aliorum com-

His adeo ducibus in restituendo Manilii carmine usi, nihil equidem curatius egisse videmur, quam ut locutionem Auctoris nostri puram, tersam, elegantem, non nunquam vero metri legibus nonnimis astrictam et contortam, vel argumenti, ad eam quæ hodie viget astronomiæ regulam minime exigendi, ratione obscuram, caste integreque redderemus, eamque aliorum Latinæ Linguæ conditorum, vel hos pensiculate imitantium, exemplis probaremus et interpretatione, non e nostro vel aliorum sensu petita, sed e verborum contextu vel sponte nata vel cogitatione eruta, dilucidaremus. In quo quantum pro ingenii modulo præstite-

mentis quibusdam Astrologicis, Latine redditis) fol. Basil. 1551. Huic in plerisque locis convenit cum Aldina et Romana; sæpius tamen sensum probum scite disposita interpunctione vel levi correctione monstravit. Hoc volumen penes alia beneficentiæ et amicitiæ documenta apud me reposuit Ill. Brunkius, Consiliar. Reg. cet. Vir ad alendas augendasque literatas literas sidere sane quam dextro natus. Ille etiam, meo potissimum rogatu, comparavit sibi Opera Poëtarum a Maittario collecta; et Londini 1713. typis expressa. Quibus equidem putavi me Manilii, Tomo I. inserti, correctius exemplar assecuturum. Hanc vero spem Scaligero-Bœcleriana, prorsus intentata, fefellit.

[k] Apud Tornæsium Lugd. 1566. Quo me munere nuper demum φιλίας χάριν ornavit Cel. Sachsius, illustris Caroli-Hesychei Rector, eximiæ doctrinæ et virtutis laude conspicuus. Hæc quidem editio, licet ætate ceteris inferior, et formæ habitu omnium minima, longe tamen illis præstantior accuratione et ingenio sui Auctoris, quem se profitetur esse Molinius Matisconensis, qui et vitam Manilii a Petro Crinito succincte expositam Carminis recensioni, ad vetusti Codicis instar compositæ et ab ipso limatius expolitæ, præmisit. Quantum nos ex illa profecerimus, postremis demum plagulis, quod plurimæ jam erant impressæ, plus tamen uno alterove loco demonstravimus.

[l] Forma folii quadripartita, cujus annus natalis jam non subit, nec consignatus Morhofio Polyhist. T. I. p. 874. Repete sis quæ de hac memoravimus supra p. 12. Alteram, anno 1484. folio impressam, in præfatione recensuit, et per totum opus neglexit 'suo libris ingenio major' Bentleius. Utraque tamen editio, si quidem ab exquirendi difficultate judicium capere licet, perrara; neque hanc vidit Fabricius neque alteram Morhofius. Uterque V. C. his quoque augendus, quas nobis indicavit omnis eruditæ Antiquitatis promus condus, mihique nunquam satis celebrandus P. Paciaudi. Prodierunt enim Astronomicorum Libri V. Steph. Dulcinio emendante, Mediolani 1489. fol. Per Zavotum Parmensem et per eundem ibid. 1499. Quam vero Fabricius dicit Commelinianam 1590. 8. ea operæ Sanctandreæ ascribitur inter libros Perizonii, quos legati titulo servat Bibliotheca Leidensis, cujus vide Catal. pag. 493. Adde sis illam quæ excusa est Patavii 1743. 8. de qua nos incidenter supra pag. 10.

rimus, tuum erit, B. L. judicare. Quod si quando nos ab illustrium in arte critica virorum sententia discedentes errasse videamur, cogites velim, non nos interpretes, sed Auctorem esse secutos, et lubentius quidem cum hoc quam cum illis errare voluisse. 'Errabat enim in multis antiquitas: quam vel usu jam, vel doctrina, vel vetustate immutatam videmus.' Hæc de suo ævo divinus Tullius Lib. II. de Divinat. sect. 33.

Neque vero nobis id datum esse putavimus, ut ipsius Auctoris verba, optimorum Codicum constanti fide probata, specioso correctionis vel emendationis titulo mutata, interpolata et ultro citroque transposita interpretis sensui vel potius præjudicatæ opinioni se accommodare cogeremus. Quod quidem non absque indignationis sensu cognovi factum ab aliis; qui præpostero consilio, nostrique Auctoris rebus infensissimo, verissima ipsius verba, et vel sanissimis saniora, tanquam ægra, hiulca, misere corrupta, barbara, sensu cassa repudiarunt, ejecerunt, vel sua prius substituerunt, alteris subinde multo pejora, quam de sano priscæ et genuinæ lectioni sensu reddendo cogitarent. Itaque illi chirurgiam in Nostro exercentes non tetigisse magis quam injecisse videntur ulcera, non manu sed unguibus sananda, quos nescio quomodo in ipsis sæpe ulceribus reliquerunt; nisi eo forte consilio, ut dignoscas ex ungue leonem.

Quam ob rem cum sæpius, pro eo ac debui, misertus sim optimi Auctoris, ubi acerbissimas de corrupta ejus lectione querelas, interpretum commenta legendo, percepi; tum vero ad lucidam priscorum librorum veritatem intente respiciens, equidem facile intellexi, falsas esse plurimorum criminationes, et vel ideo a Criticorum principibus intentas, ut suæ temeritati causam prætexentes ad liberiorem et non raro licentiosam emendandi vel immutandi rationem sibi viam præmunirent. Quocirca ne illis inhonesto quodam obsequio morem gereremus, neve illorum placita, quæ pro delphicis oraculis stupenda subinde confidentia jactant, cæco quodam assensu prosequeremur, monitu suo effecit

Cl. Bestius, cujus quædam verba obsecundatu dignissima recitavit doctiss. D'Orvillius ad Charitonem pag. 591. quibus omnino jungenda, quæ nos ejusdem Bestii verbis disseruimus in annot. ad Astronom. Lib. v. 520. et ea quæ ab ipso D'Orvillio ex animi sententia sunt prodita l. c. pag. 778. Hunc animum mirifice confirmavit Marcell. Palingenius, cujus verum aiunt esse nomen Angelus Manzolli, qui quam vere tam ingenue suam quæ in illos criticæ rei dictatores aptissime quadrat sententiam his concepit versibus in Zodiaco vitæ, sub Aquario:

> O quot morosophos tellus parit et philodoxos!
> Quare non tutum est facile omnia credere cunctis.
> Ille licet magni sit nominis, innumerasque
> Scribendo implevit nigra loligine chartas;
> Magni sæpe viri mendacia magna loquuntur,
> Et nemo est adeo prudens, quin sæpius erret.
> Est igitur ratio in primis quærendæ, fidesque
> Major in ambiguis rationi est semper habenda,
> Quam dictis hominum: nam hæc sunt falsa frequenter.

Hac mente, hoc consilio equidem multa e commentariis clarissimorum Virorum Scaligeri, Petavii, Salmasii, Huetii, Fayi, Bentleii nostra in scrinia retulimus, quæ et ordinandæ verborum structuræ, qua sæpius ab aliis peccatum, et sententiæ Manilianæ convenire, sana rectaque ratione cognovimus. Nec nisi eadem prælucente selegimus observationes, stricturas, animadversiones eorum, qui vel data Manilio opera, vel occasione aliunde oblata, loca quædam emendare et illustrare conati sunt. Ascivimus enim in operæ societatem Viros artis criticæ consultissimos, Carriones, Barthios, Turnebos, Gronovios, juxtaque hos Heringam quoque, amicissimum nomen nobis, Rhœrium, ceterosque eruditos Batavos et Britannos, Observatorum familiam, non nimis hodie fœcundam, ducentes. Adeundos quoque putavimus principum Latiæ Linguæ Auctorum Commentatores et Interpretes. Horum æque ac illorum copiam, nostra quidem suppellectile deficiente, fecerunt in-

structissimæ Bibliothecæ cum Illustrium Virorum Schoepflini et Brunkii, tum Almæ nostræ. Magno fatemur illorum ingenii monumenta nobis usui fuisse; nonnunquam et senio longe majori. Quapropter selecta tantum rerum capita dare visum, modo ipsis auctorum verbis, modo nostris concepta. Itaque non omnes et singulas aliorum annotationes in nostro commentario requiras, sed exquisitas; neque has omnino integras, siquidem verborum profusione vel conjectandi temeritate non raro molestas; sed enucleatas, nonnullas quoque pressius pensiculatiusque discussas, easque juxta cum nostris in liberæ castæque rationis incude bis terve recusas. Quocirca ut volumen ne pateretur, neve ad cognoscendam veritatem longo foret tibi sententiarum anfractu eundum, in primis cavisse mihi videor. Siquidem non omnium super eundem locum opiniones, neque uno vel altero plures ejusdem sententiæ testes cumulavi; eo quod, uti Plinius ait, 'sententiæ non numerandæ, sed ponderandæ sunt.' Auctorum nomina suis quæque notationibus ascribere visum non est: tum ne gloriolam captare videamur nostris; tum vero ut, quod dudum Muretus scite præcepit, 'ejus quod dicitur potius, quam qui dicit, ratio habeatur:' ne videlicet adolescentes parum cauti tantorum virorum auctoritate moveantur, nullumque discrimen faciant; neque, ut ait Lucilius, signent alba linea, præsertim cum videamus quotidie homines natura et usu prudentes, et qui in istis meliorum disciplinarum studiis familias creduntur ducere, ita sæpe quid humanum pati, ut sui penitus obliti esse, et illorum potius temeritatis, quam imperitiæ scribenda dica videatur. Hæc verissima sunt Carrionis verba, quibus illud Mureti monitum egregie confirmat.

Propria vero luce radiant inter annotationes quædam ad difficillima Libri I. loca, quas suo acutissimo politissimoque ingenio elaboratas benevole nobis subministravit celeberrimus in Alma nostra Mathematum Professor Brackenofferus, qui præterea consilio luminibusque suis nos

sæpius adjuvit: quod cum intentiore gratitudinis sensu prædicamus.

Quod superest, unum tuæ B. L. in inquirendo sedulitati commendo versum, his conceptum verbis:

Et propter vitam vivendi perdere causas: †

quem quidem diligentissimus Barthius ad Grat. Cyneg. vs. 308. Manilio ascripsit; equidem vero in his Astronomicorum libris non memini legisse. Poterit ille quidem ad Libri IV. prologum referri; at citra Codicum fidem eum carmini inserere mihi certe religioni foret. Itaque tuam nostræ velim operam conjungas, ut iste versus suæ aliquando familiæ restituatur.

Nunc vero ne Te amplius in hoc operis vestibulo moremur, equidem Te bene valere, nostraque opera tuoque judicio probe uti cupimus. Quod ubi nostris conatibus favere, sic ut est in votis, intellexerimus; ad majora olim enitenda, si Deus vitam viresque concesserit, Tu dabis animum. Vale.

Dabam Argentorati Pridie Kal. Nov.
A. R. S. MDCCLVI.

[† Juvenal. VIII. 84.]

DE

MARCI MANILII

VITA.

Marcus Manilius, excellentis ingenii Poëta, nec mathematicorum imperitus, quo anno natus sit, quisve fuerit, incertum est. Neque enim Ovidius, qui omnes æquales suos Poëtas recenset: neque ullus veterum, eorum saltem qui extant, illius meminerunt.

Petrus Crinitus, qui an. MDIV. singulorum poëtarum vitas, facta, et opera singulis capitibus prosecutus est, cum nihil certi de Manilio afferre posset, hoc tamen, quo justum caput adimpleret, in illius laudem conscripsit.

'Marcus Mallius ex illustri familia natus creditur: iisdem temporibus in Urbe claruit, quibus Divus Augustus Imperium Romanæ Urbis felicissime gubernavit. Neque dubitandum est fuisse illum tanto Principi gratissimum, propter egregiam disciplinarum cognitionem, et ingenii excellentiam. Fabius Quintilianus nullam mentionem de Poëta Mallio facit: quocirca mirantur quidam cur illum prætermiserit, præcipue cum de T. Lucretio, et Æmilio Macro judicium fecerit. Studium suum atque industriam collocavit in mathematicis artibus, tantumque in his profecit, ut maximas ingenii sui laudes tulerit. Scripsit libros quinque de Astronomicis, carmine hexametro, in quibus magna ex parte Hipparchum, Eudoxum, atque Aratum secutus traditur. Idem Mallius seipsum excusat parum sibi licere in suo carmine, propter difficultatem operis,

omnia Latinis verbis exequi: et in eo maxime laborare, ut magis instruere ac docere videatur, quam delectare, quoniam

Ornari res ipsa negat, contenta doceri. Lib. III.

Neque desunt qui existiment Plinium de hoc ipso Mallio intellexisse, quo loco de Obeliscis disserit. Is enim suo ingenio pilam auratam in Obelisci apice constituit, ex cujus umbra horarum momenta observarentur. Qua in re maximam commendationem accepit. De obitu illius nihil a nobis compertum est.' Hactenus Crinitus.

Laurentius Bonincontrius testatur, præter Poggii codicem, vetustissimos quoque Manilii quinterniones ab Antonio Panormita sibi fuisse traditos, in quibus ad omne librorum initium talis hæc erat inscriptio: C. MANILII POETÆ ILLUSTRIS ASTRONOMICON INCIPIT.

Quorum quinternionum auctoritate permotus ille, non veritus est affirmare ab impressoribus male scriptum fuisse, M. Manilium, pro C. Manilio. Lilius Gyraldus Ferrariensis lib. de Poët. hist. dialog. 4. edition. Basil. an. M.D.LXXX. scripsit hæc de Manilio.

'Per hæc tempora (Augusti) crediderim Marcum Manilium, qui et C. Manlius ab aliquibus dictus esse videtur, ab aliis vero M. Manlius, vel Manilius, Poëta, Astrologiæ scriptor, de quo non, nisi ex ipsius carmine, satis firma habeo argumenta. Sunt qui extare dicant nomismata, quorum unum se habuisse ait Laurentius Miniatensis, qui in ipsum auctorem commentaria reliquit; idem et Stephanus Dulcinus scribit. Alterum quoque nomisma simile se vidisse vir doctus ac probus, atque mihi longa junctus amicitia, Nicolaus Trapolinus, dicere est solitus; in quibus nomismatibus ipsius effigies, habitu peregrino, cum Sphæra Astronomica conspicitur, cum hujusmodi inscriptione, C. MANLII. Quo argumento alienigenam illum et peregrinum facile existimare possumus. Sunt qui Antiochenum ex Plinii verbis faciant; ut minus illis credendum sit, qui Romæ illum ex illustri familia natum arbitrantur. Ego potius in Manliam familiam adoptatum crediderim, quam

natum, si conjecturæ standum. Plinius quidem lib. XXXV. Manlium Astrologiæ, ut ait, conditorem celebrat; et eum quidem Romam vectum eadem navi cum Plotio et Taberio Erote Grammatico. Idem quoque Plinius lib. XXXVI. Manlium Mathematicum ait, cum de Augusti Obelisco, qui in campo Martio ad deprehendendas solis umbras, dierum noctiumque magnitudines, positus erat. Ex ipsius igitur Manlii principio Augusto Principe florente fuïsse colligimus. Nolunt quippe alium intelligi eruditi, nisi Augustum, his versibus lib. I.

Tu, mihi, tu, Cæsar, patriæ princepsque paterque,
Qui regis Augustis parentem legibus orbem,
Concessumque patri Mundum Deus ipse mereris.

Item in fine lib. IV.

Ne dubites homini divinos credere visus,
Jam facit ipse Deos, mittitque ad sidera numen,
Majus et Augusto crescit sub principe cœlum.

Mortuus vero videtur Manlius Augusto adhuc vivente: nam cum de Tiberio meminit, qui Rhodum navigavit, ait,

Es, Rhodos, hospitium recturi principis Orbem. Lib. IV.
Illuc enim vitandæ injuriæ causa profectus erat Tiberius, ut scribit Suetonius.

Imperfectum quoque opus suum reliquisse Manlium sunt qui putent, cum de septem planetis nonnihil meminerit, et de his mox plane non est executus. Latuit vero hoc ipsum C. Manlii opus per multa sæcula. Primus enim Poggius cum aliis libris, ut scitis, in Italiam attulit, Martini V. Pontif. maximi tempore. Antonius vero Panormita, vir ut ea tempora tulere inprimis doctus, in Cassinensi bibliotheca cum alterum reperisset vetustum, causa fuit ut castigatius et perfectius nonnihil illud haberemus, ut idem scribit Laurentius, qui et commentaria in illud edidit, quique de hoc Poëta multa vel commentus est ipse, vel inani certe ductus conjectura scripsit; cum eorum temporum scriptores ejus ne minimam quidem mentionem fecerint, præter unum Plinium, si modo Manlius, cujus ipse memi-

nit, is est Poëta, quem nos nunc dicimus. Id quod ea ratione factum facile crediderim, ut non ejus meminerint, quod cum Mathematicus et peregrinus esset, et inquinate, si non barbare, plerumque loqueretur, in apertum opus suum non dedit, veritus non satis se probatum iri, cum nec ejusmodi materia satis ornamenta capiat, ut ipse cecinit,

Ornari res ipsa negat, contenta doceri. Lib. III.

Utcumque ejus electio haud nobis multi facienda; non enim Poëta, nisi in paucis, nedum bis vates, ut ipse de se cecinit.

Secutus Manlius dicitur Dorotheum Sidonium sideralis scientiæ Poëtam. Id quod et nostri scriptores asserunt, Julius Firmicus Maternus lib. II. tametsi in aliquibus exemplaribus *Dorochius* perperam scriptum inveniatur, meminit et Pontanus. Scripsit autem apotelesmata versibus disertissimis, ut ait idem Firmicus, quem certe Pontanus nostris diebus videtur, si non in ipsa astrorum peritia, in carminis majestate post se reliquisse.

Vossius autem lib. de Poët. Latin. edition. Amsteld. an. M.DCC.LIV. ita de Manilio loquitur.

'Manilius, sive, ut in variis est libris, Manlius, cujus Astronomicon habemus, extrema Augusti ætate vixisse creditur. Sane meminit Varianæ cladis, quæ quinquiennio contigit ante excessum Augusti. Antiquior igitur esse Augusto non possit. Verum si Ovidio fuerit æqualis, mirum ejus Ovidium ultima Ponticorum elegia non meminisse. Etsi non ignorem ipsum dicere, quosdam a se præteriri. Præterea dictio videtur suadere potius vixisse senioris Theodosii temporibus. Immo clarissimo viro Gevartio videtur esse is Manlius Theodorus, quem ab siderali scientia prædicat Claudianus in Panegyrico ad eum scripto. Vide eum notis in Statii lib. III. Sylv. carm. 3. ubi et pluribus se argumentis id ostensurum in Electis pollicetur. Si ævi sit Augustæi, eum sibi imitandum proposuerit Julius Firmicus, qui sub Constantino M. vixit. Sin Theodosiana vixerit ætate, Manilius Firmicum carmine expres-

serit. Quæ opinio nobis placuit lib. II. de arte grammat. cap. 26. Nunc in alteram magis sententiam propendeo. Legenti enim Manilium iterum iterumque Augusti temporibus videtur convenire.'

Verum non est jam cur de Marci Manilii nomine aut prænomine etiam varient auctores cum Bonincontrio, cum Crinito, aut etiam cum L. Gyraldo, præcipue cum ex ceteris omnibus codicibus ac manuscriptis manifesto constet, non C. Mallium, sed M. Manilium esse scribendum.

Addit autem L. Gyraldus cum Bonincontrio, Manilium hunc nostrum non alium esse a Manilio Antiocho, quem Astronomiæ conditorem pedibus cretatis inter venalitia Romam nave devectum narrat Plinius. Cujus rei firmandæ testem producit Bonincontrius nummum argenteum, quem penes se fuisse ait, in quo impressa erat imago hominis peregrino habitu, Sphæra juxta caput ejus apposita cum his literis MANILI. Cui nummo similem alterum fuisse penes quendam Nicolaum Trapontinum familiarem suum scribit Gyraldus.

At infirmum sane argumentum; quasi aut Antiochus gentile nomen potius sit, quam proprium, aut hominem peregrino habitu Antiochenum fuisse oportuerit. Accedit quod, quem Manlium Antiochum Astrologum Romam delatum scribit Plinius, is una cum Staberio Erote grammatico vectus sit; quem Staberium Syllanis temporibus, hoc est annis nonaginta quinque ante obitum Augusti, ludum aperuisse testatur Suetonius. Atqui, cum Manilius hic noster hoc Astronomicon scripserit post cladem Varianam, hoc est, annis quinque ante mortem Augusti, ut jam infra demonstrabitur, cumque ad hoc opus absolvendum longævam ipse sibi optet vitam his verbis,

Faveat magno fortuna labori,
Annosa et molli contingat vita senecta,
Ut possim rerum tantas emergere moles, I. 115.

oportuerit sane ut annos CXX. et amplius fuisset natus, cum

manum huic operi admovit. Senex autem non est, qui cupit fieri senex.

Fidem potius iis adhibuerim, qui Manilium hunc nostrum non alium esse volunt ab eo, quem Plinius scribit pilam Obelisco Augusti imposuisse. Quamvis enim non poëtam, sed mathematicum nominat, Manilius hic sane, quicquid abnuerint nonnulli, et poëta illustris, et mathematicus non ignobilis fuit.

Cum igitur alii scriptores nihil certi de Manilio nobis prædicent, ex illius scriptis præstat repetere quicquid ipse de se non importune loquitur.

Natione autem Romanum fuisse ipse indicat hoc versu:

> Speratum Hannibalem nostris cecidisse catenis. IV. 41.

Romæ scripsisse hoc opus, etsi dicatio ipsa operis per se satis prodit, ipse tamen declarat hoc altero versu.

> Qua genitus cum fratre Remus hanc condidit Urbem. IV. 775.

Tempus vero, quo scripsit, manifestum faciunt hæc carmina:

> Externas modo per gentes ut fœdere rupto
> Cum fera ductorem rapuit Germania Varum,
> Infecitque trium legionum sanguine campos. I. 896.

Ex iis enim constat hoc Astronomicon scriptum fuisse post cladem Varianam.

Huc accedit ipsa operis dicatio, quam Augusto factam, etiam me tacente, satis loquuntur hi versus:

> Tu mihi, tu, Cæsar, patriæ princepsque, paterque,
> Qui regis Augustis parentem legibus orbem,
> Concessumque patri mundum Deus ipse mereris,
> Das animum viresque facis ad tanta canendum. I. 7.

Augustus enim et Pater patriæ consalutatus est, et divinos honores, etiam dum viveret, consecutus est, quos post mortem tantum Julio Cæsari redditos Suetonius testatur; et revera Julii Cæsaris filius fuit, non quidem natura, sed judicio et voluntate. Quod idem Poëta subinde repetit, ubi de secunda Philippica pugna agens ait Augustum se-

cutum esse vestigia Julii Cæsaris, atque in iisdem campis victorem extitisse, in quibus Julius victoriam prius retulerat:

Perque patris Pater Augustus vestigia vicit. I. 911.

Denique saltem ille vixit ea ætate, qua Augustus, ut hæc carmina aperte demonstrant, quibus Augusto viventi adulatur:

Uno vincuntur in astro
Augusto, sidus nostro quod contigit orbi,
Cæsar nunc terris, post cœlo maximus auctor. I. 391.

Facit etiam ad hujus firmandam fidem vel unus ille locus, in quo, de Rhodo insula mentionem faciens, felicem vocat illam, ex eo quod Tiberii post Augustum futuri Imperatoris sit hospitium:

Felix terraque marique
Es, Rhodos, hospitium recturi principis orbem.

Tiberius enim adhuc regnante Augusto Rhodum in insulam secessit, sive uxoris, ut ait Suetonius, sive Reipublicæ tædio affectus; ibique quasi in exilio remansit per annos octo, donec revocatus est omnium votis, utpote quem in unum, tanquam in Imperii et Augusti hæredem, ora et oculi populorum converterentur. Hactenus de Manilio. Restat ut aliquid de illius opere Astronomico proloquamur.

DE

ASTRONOMICO

MANILII OPERE.

ASTRONOMICON M. Manilii mutilum esse nemo, qui legerit illud, in dubium revocaverit; quod et ipse L. Gyraldus testatur supra citatus; neque modo priorem hujusce operis partem, quam aggressus est, omnem omnino absolvit; neque posteriorem si scripsit, eam vidisse ullus testatur. Scilicet cum ea Manilius, quæ a veteribus Græcis tradita fuerant de arte siderali, Latinis versibus edere instituerit, illos, ut in ceteris rebus, sic in operis divisione imitatum fuisse verisimile est. Veteres autem Græci totum hoc Opus in duas partes partiti sunt, εἰς ἀμιγῆ καὶ συγκρατικὴν θεωρίαν, hoc est, in eam partem, in qua signorum habitus ad se invicem, et eorumdem suffragia tantum, absque stellarum errantium suffragiis, considerantur: et in illam, in qua stellarum erraticarum decreta admiscentur. Posteriorem quidem hanc partem executurum se multoties in iis, qui nobis restant, libris pollicetur:

Stellæque ex ordine certo,
Ut natura sinit, lustrant; variasque locorum
Efficiunt vires: utcumque aliena capessunt
Regna, et in externis subsidunt hospita castris.
Hæc mihi sub certa stellarum parte canentur. II. 961.

Item:

Templa quoque et partes cœli sua munera norunt,
Et proprias tribuunt certo discrimine summas,
Cum bene constiterit stellarum conditus ordo.

Sed mihi templorum tantum nunc jura canentur:
Mox veniet mixtura suis cum viribus omnis. III. 583.

Verum hanc partem aut non absolvit, aut si scripsit, ad nos usque illa non pervenit. Conscripsisse autem non solum ipsi toties pollicenti credendum est; sed Firmico etiam fideli illius interpreti, qui decreta planetarum prosecutus est totidem capitibus, quot retulit apotelesmata signorum ex ipsius Manilii verbis.

Quod autem spectat ad primam partem, eam sex libris complexam esse nemo non videt; quorum tamen quinque tantum supersunt, nec ii quidem omnes integri. Quintus enim liber truncus est in postremis sui partibus, in quo ceterorum clarorum siderum coortus ad zodiaci signorum ortum desideratur. Sextus vero liber de eorundem clarorum siderum occasu ad zodiaci signorum occasum sane fuit, cum libri quinti initio rem istam æque polliceatur Manilius:

Quæ mihi per proprias vires sunt cuncta canenda.
Quid valeant ortu, quid cum merguntur in undas. v. 27.

Igitur ad quinque superstites libros jam revertamur, de quibus ita bene loquuntur multi: sed inprimis Junius Biturigis monachus in Epistola ad D. Henr. Smetium.

'Manilius est styli gravitate, sermonis proprietate, et commoditate argumenti multis facile præferendus.' Iterum ibid. 'Atque in illa poësi Maniliana, ut gratiam ejus taceam, id ego summo opere sum admiratus, quod mores hominum ea gravitate, dignitate, commoditate a Manilio expressi sunt, quam vix Orator et Poëta ullus adæquarent. Judicio meo breviter, graviter, suaviterque omnia, ut ad usum institutionemque omnium commodissime.'

Lilius etiam Gyraldus, quamvis hoc Opus non videatur admodum laudare, non potuit tamen, quin hoc carmen Manilianum disertissimum esse prædicaverit. Scaliger autem, cui Manilianum hoc Opus vix admodum olim probari visum est, causam improbandi carmen hoc tandem non in Manilii imperitiam, sed in lectorum inscitiam merito rejecit. 'Nihil enim, (inquit in Præfat. Maniliana ad ter-

tiam editionem, quam præparaverat) nihil iniquius inscitia, præsertim pædagogica, et eorum inprimis, qui elementa mathematica docent: qui, cum olim nobis lectione Manilii interdixerint, quod sibi solis Epoptis ad illa adyta penetrare fas putent, vellem non illam priscam astrologiam, quam ne in somnis quidem viderunt, sed dictionem tantum Manilii interpretarentur: argumentum operis dicerent, mentem Auctoris declararent, qui nihil magis in deliciis habent, quam Latine nescire. Hoc enim grammaticorum est. Sed bene est quod noster Manilius grammaticis istis, quos vocant, opus habuit. Nam certe ab hujusmodi Astrologis nulla spes salutis affulgebat tam male accepto Poëtæ, et ab innumeris mendis et trajectione non solum unius, sed et plurimorum versuum: quod tantam perturbationem toti operi attulerat, ut antea ne, quid vellet quidem Manilius, satis constaret. Itaque ignoscendum si nemo scriptorem illum intelligebat, quem attingere menda non sinebant: boni consulendum, si nemo attingebat, quem non intelligebat...... Certe ejus (Manilii) liber primus ita utilis adolescentibus futurus est, ut ad sphærica elementa illis viam munire debeat.'

Unum superesset nobis præstandum, ut totius Operis brevem synopsim, hoc est conspectum hic daremus: verum quia cuique libro peculiare argumentum præfiximus, non est cur eadem ad nauseam fortasse repetamus.

SELECTA VARIORUM

DE M. MANILIO

EJUSQUE CARMINE

TESTIMONIA AC JUDICIA.

[Ex Ed. Stoeb.]

Cum multi sunt qui de Manilio memoriæ prodiderunt, in quorum, de illius ætate et dictione, sententiis sanum et æquum judicium desideramus; tum vero nostri parciores otii, his exscribendis supersedemus. Adeas, si vacat et lubet, Gyrald. de Poët. Hist. Dial. IV. p. m. 161. sq. Sciopp. Gevart. ad Statii III. Sylvar. pag. 355. sq. et Bentleium in Præfat. ad suum, non nostrum, Manilium. Quorum argumenta satis solide Fayus in sua ad Manil. præfatione refutavit. Neque illorum huc transferre verba visum, qui de diversis aliorum opinionibus judicium ferentes, pro nostri quidem instituti ratione nimis prolixe, vel etiam parum curate hoc argumentum exposuere. Quo loco referendi nobis Pope Blount in Censura Celeb. Auctor. pag. 77. sq. Morhof. Polyhist. Tom. I. Lib. IV. cap. 12. Fabric. Biblioth. Lat. Vol. I. et II. Lib. I. cap. 18. Gotefr. Ephr. Muller in Introduct. ad Auctores Lat. quæ dubium, an ad linguæ vernaculæ, quam ad Historiæ critico-literariæ majorem sit amplitudinem conscripta, Part. IV. pag. 421. sqq. Hieron. Freyer Fascic. Poëm. Lat. pag. 376. sq. Gualter in append. Auctor. ad Latinit. restit. pag. 82. Buhcner de commut. rat. dic. pag. 326. Quibus, si

qui sunt, alios nobis hactenus ignotos, ex tua, Lector, harum rerum conscientia junges. Nos extantiora et relatu digniora de Manilio Judicia et Testimonia hic subjungimus eorum, qui suis, non aliorum, oculis opus perlustrantes, de Auctoris ingenio doctrinaque statuerunt. Quibus equidem ipsis rerum argumentis edocti, lubentes subscribimus.

PETRUS CRINITUS

De Poëtis Latinis Cap. 41.

M. Manilius ex illustri familia natus creditur. Iisdem temporibus in Urbe floruit, quibus Divus Augustus imperium Romanæ urbis felicissime gubernavit. Neque dubitandum est, fuisse illi tanto principi gratissimum, propter egregiam disciplinarum cognitionem et ingenii excellentiam. Fabius Quintilianus nullam mentionem de Poëta Manilio fecit: quocirca mirantur quidam, cur illum prætermiserit, præcipue cum de T. Lucretio et Æmilio Macro judicium fecerit. Studium suum atque industriam collocavit in mathematicis artibus, tantumque in his profecit, ut maximas ingenii sui laudes tulerit. Scripsit libros quinque de Astronomicis, carmine hexametro, in quibus magna ex parte Hipparchum, Eudoxum, atque Aratum secutus traditur. Idem Manilius se ipsum excusat, parum sibi licere in suo carmine propter difficultatem operis omnia verbis Latinis exequi: et in eo maxime laborare, ut magis instruere ac docere videatur, quam delectare, quoniam 'ornari res ipsa negat, contenta doceri.' Neque desunt, qui existiment, C. Plinium de hoc ipso Manilio intellexisse, quo loco de obeliscis disserit. Is enim suo ingenio pilam auratam in obelisci apice constituit, ex cujus umbra horarum momenta observarentur: qua in re maximam commendationem accepit. De obitu illius nihil a nobis compertum est.

JO. REGIOMONTANUS

præstantissimam Manilii editionem suam obsignavit his:

Ridetur merito sciolorum insana caterva
Vulgo qui vatum nomina surripiunt.
Heus quicumque velis Latia perdiscere musa
Sidereos nutus fallere difficiles:
Manilium sectare gravem, qui tempore Divi
Floruit Augusti. Lector amice vale.

Ex officina Joannis de Regiomonte
habitantis in Nuremberga, oppido
Germaniæ celebratissimo.

ALDUS MANUTIUS

Ad calcem Editionis suæ MID. (1499.)

Marcus Manilius Mathematicus, cujus extat opus elegantissimum heroico carmine de matheseos disciplina compositum, et tam motum quam apotelesma, id est effectum stellarum continens, floruit Augusti temporibus; quod ipse in principio hujus operis indicat, et Plinius testatur, cum refert trigesimo sexto libro Naturalis Historiæ, cujusdam obelisci cacumini per Manilium mathematicum auratam pilam fuisse additam ad dignoscendum horarum rationes. Et primus omnium Latinorum de astris carmine scripsit. Et ideo non immerito, cum in pluribus hujus operis locis de hoc maxime glorietur, ferendus est. Non est enim parvi laboris et ingenii, res ita difficiles carmine adeo apte, Latine, dilucide explicuisse, ut noster hic Manilius fecit: cum enim ista non assecutis, voluisse tamen, abunde pulchrum atque magnificum sit.

JOH. BAPT. PIUS

Annot. Poster. Syllog. III. Cap. 17.

Manilius scientiæ sideralis et Astronomicæ maximus professor et antistes multa nitide scripsit et erudite, inter

quæ hoc relatu dignum judicavimus, quod libro quinto Matheseos invenies in hæc propemodum verba:

Quin etiam ille pater tali de sidere cretus, &c.

LUDOV. CARRIO

Lect. Antiq. Lib. I. Cap. 20.

Loxiæ oracula mihi audire videor, quotiens Manilium lego. Ita multa sunt in eo turpiter conturbata, lacera, mutila, prodigiose obscura, et quæ nemo, nisi artem hariolandi noverit, recte interpretari potest.

IDEM

Emendat. Lib. II. Cap. 2.

Venio ad Manilium, quem neque natalem Augusti ignorasse (quid enim minus est verisimile, quam Poëtam, qui eo vixerit tempore, quo hæc vel pueris fuerunt nota, et Matheseos, si quod isti volunt, non nimium peritus, at certe quod negari non potest, fuerit studiosus, cum his de rebus ad Augustum cogitaret scribere, hæc ignorare potuisse?) nec igitur ignorasse, nec a se ipso adulandi causa dissensisse, facile probavero.

JOSEPH. SCALIGER

Prolegom. in Manil. pag. 20. sq.

De Manilio nondum statui, magis optandumne fuerit, illum publice in scholis legi, an dolendum, quod hactenus neglectus jacuerit. Poëta ingeniosissimus, nitidissimus Scriptor, qui obscuras res tam luculento sermone, materiam morosissimam tam jucundo charactere exornare potuerit. Ovidio suavitate par, et (quod tam falso quam immerito Ovidio objectum olim) nunquam scit desinere. In quo peccat, non judicio, sed fertilitate, indulgentia styli, qua in re non judicium sed animum Ovidio defuisse Quintilianus animadvertit. Et est aliud non leve vitium in

Nostro, quod nimius in verborum iteratione, cum posset aut parcius eadem aut alia pro illis usurpare. Itaque criticas aures offendunt illa toties totiesque inculcata, 'Sidera,' 'Cœlum,' 'Mundus,' 'per Templa,' 'per Sidera,' et alia non pauca, quæ ter quater trinis quaternis continuis versibus infarcit. Hoc non mediocre vitium est in nitido scriptore, ita puri sunt ab hac labe principes Poëtæ, Virgilius et Ovidius. Hoc uno excepto, nihil ad perfectionem absoluti operis in hoc Auctore requiras. Inprimis omnia ejus prooemia et παρεκβάσεις extra omnem aleam posita sunt. Nihil illis divinius, nihil copiosius, gravius, et jucundius dici potest.

JO. LUDOV. VIVES

De tradendis Disciplinis Lib. III. p. 55.

Manilii Astronomicon multa habet de Chaldaica superstitione ac vanitate inspersa. Adeundum igitur non sine judicio et duce, qui, quæ devitanda sint, admoneat.

OLAUS BORRICHIUS

De Poët. Lat. Dissert. I. § 26. p. 54. sq.

Opus Manilii Astronomicon est et Genethliacon libris V. versu epico expressum, et ab Ægyptiorum disciplinis magnam partem decerptum. Dictio tersa, genus dicendi mediocre, judicium exquisitum, promtum et facile eloquium in argumento Latinis versibus antea intentato. Quin et philosophatur identidem non sinistre.

IDEM

Cogitat. de Ætat. Ling. Lat. pag. 10.

In Manilium paulo obliquior mihi videtur Scioppius, quod in argenteæ ætatis classem eum retulerit, cum in aureæ locum mereatur. Etenim et argumentum difficillimorum culto meditatoque expressit carmine, et scripsit aliquot annis ante excessum Oct. Augusti, recenti nimirum adhuc vulnere Varinæ cladis, ut ex libro ejus primo notamus.

CASP. BARTHIUS

Adversar. Lib. x. Cap. 26. pr.

Si quisquam Auctor rerum materiæque, quas tractat, gratia difficilis et obscurus ad nos venit; is est Manilius, si principibus poëtis non annumerandus, ornatissimus tamen vates, et multis ex tumidis buccinatoribus ingenio prior; quorum si quis tale quid ausus fuisset, sane mirifice eum affectandis acuminibus et sententiolis a perspicuitate recessurum fuisse arbitror.

Idem Adversariorum Lib. viii. cap. 8. et ad Statium suum Tom. ii. pag. 555. et alibi sæpius.

GERH. JO. VOSSIUS

De Poëtis Latinis.

Manilius sive, ut in variis est libris, Manlius, cujus Astronomicon habemus, extrema Augusti ætate vixisse creditur. Sane meminit Varianæ cladis, quæ quinquiennio contigit ante excessum Augusti. Antiquior igitur esse Augusto non possit. Verum si Ovidio fuerit æqualis, mirum, ejus Ovidium ultima Ponticorum elegia non meminisse. Etsi non ignorem ipsum dicere, quosdam a se præteriri. Præterea dictio suadere videtur potius vixisse senioris Theodosii temporibus. Immo clarissimo viro Gevartio videtur esse is Manlius Theodorus, quem ab siderali scientia prædicat Claudianus in Panegyrico ad eum scripto. . . . . Si ævi sit Augustæi, eum sibi imitandum proposuerit Julius Firmicus, qui sub Constantino M. vixit. Sin Theodosiana vixerit ætate, Manilius Firmicum carmine expresserit. Quæ opinio nobis placuit Lib. ii. de Arte Grammat. cap. 26. Nunc in alteram magis sententiam propendeo. Legenti enim Manilium iterum iterumque Augusti temporibus videtur convenire.

MARCI MANILII
ASTRONOMICON
LIBER I.

ARGUMENTUM.

HUNC librum de mundo et cœlo, seu de sphæra mundi inscripsit Poëta, utpote qui totius universi brevem, sed absolutam descriptionem complectatur. I. Namque Manilius, præmisso procemio de astronomiæ et astrologiæ inventione, deque hominum industria in variis artibus inveniendis, primam mundi originem, variasque de ea veterum philosophorum opiniones commemorat. II. Cum hoc totum universum sit perfecte rotundum, terram quoque in ejus medio rotundam jacere demonstrat. III. Quia vero totam hanc universi molem circa ejus axem divina mens agitat, cujus suprema superficies lucentibus stellarum flammis est adornata, sidera quæque aggressus, primum duodecim zodiaci signa, deinde cetera, tam in australibus quam in aquilonaribus cœli partibus posita, prosequitur. IV. Horum autem omnium non nomina sola, non solum numerum recenset; sed et singulorum imagines formasve depingit, et aliquas astrothesiæ causas cujusque reddit, atque statos ortus occasusque, dispositis vicibus, immutabili lege semper peragi docet. V. Qua ex immutabili ortus occasusque siderum lege postea concludit, brevi quadam digressione, nullum esse præsentius argumentum, non casu fortuito, sed divina quadam æterna ratione ac providentia totum hoc universum moveri. VI. Totius ejusdem universi dimensionem quasi decircinans, brevem sphæræ descriptionem subjicit; quinque prius parallelos circulos, æquatorem nempe, tropicos duos, duosque polares: meridianum deinde, horizontem, zodiacum, et galaxiam describit. VII. Cum autem animos heroum in galaxiam, quam Græci vocant, Latini viam lacteam, recipi vetustas omnis crediderit; hinc, quos præsertim Romana vetustas in hanc cœli partem retulerat, illorum censum brevi serie carminum agit. VIII. Tandem præfatus pauca quædam de septem planetis, qui zodiacum hinc inde dispariliter pererrant, corollarium de cometis, aliisque meteoris subnectit, ut primam, quam Græci vocant Μετεωρολογίαν, astronomiæ partem totam absolvat.

CARMINE divinas artes, et conscia fati
Sidera, diversos hominum variantia casus,
Cœlestis rationis opus, deducere mundo

Suscipio evocare e cœlo meis versibus disciplinas divinas, et stellas, quæ sunt participes fati, et quæ mutant varias fortunas hominum, quod est opus mentis divinæ,

NOTÆ

1 *Carmine*] Cum arduum et difficile, immo cœlestis rationis, opus aggrediatur Manilius, ait sibi vi carminum opus esse, ut e cœlo possit deducere artem, quam in eo Dii condidere. Alludit quippe ad ea carminum incantamenta, quibus luna, quoties magis veneficis luberet, e cœlo vel invita evocari credebatur. Virg. Ec. VIII. 69. 'Carmina vel cœlo possunt deducere lunam.'

Divinas artes] Astronomiam et astrologiam, cujus utriusque principia præceptaque traditurus est. Quas *divinas* vocat, quia a Diis datas, et e cœlo evocatas habemus.

Conscia fati Sidera] Ex veterum errore, qui fata, fatalesque rerum eventus sideribus agi atque alligari credebant: quod et innuit passim. III. 58. 'Fata quoque et vitas hominum suspendit ab astris.'

Fati] Duæ præsertim veterum de fato extitere opiniones. 1. Platonicorum et Stoicorum. 2. Democriti, Heracliti, Empedoclis, et ejusdem sectæ virorum. Hi fatum autumarunt rem esse naturalem: illi rem penitus divinam fecerunt, quippe quibus Fatum dupliciter dictum sit, vel *οὐσία*, i. e. substantia, vel *ἐνέργεια*, i. e. actus. Fatum, ut substantia, Deus ipse fuit iis, seu æterna ratio, quæ cuncta disponat, causasque causis ita innectat, ut ex earum serie contingant quæcumque contingunt. Fatum vero, ut actus, partim ipsum est Dei decretum, quo Deus omnia constituat, unde Fatum dictum volunt a fando; hoc est, dicendo seu destinando: partim ordo causarum invariabilis. Quo sensu *Fatum* ab iisdem dicitur 'necessitatis filia,' 'ordo complectens ordines omnes,' 'lex qua Deus ipse teneatur.' Manil. IV. init.

Qui vero Fatum autumarunt esse rem mere naturalem, neque ab ullo Dei decreto dependentem, ii pariter duas in sententias abierunt. Alii enim fatum esse dixerunt necessitatem æternam, quæ impediri non possit, neque tamen a Deo constitutam, sed per se necessario et invariate perseverare. Ita censuerunt Democritus et Heraclitus. Cic. De Fato. Alii vero posuerunt Fatum seriem causarum naturalium inter se quidem connexarum; sed reputarunt causas posteriores non ita dependere a prioribus, quin impediri possint ab iis agendis, quæ alioquin agerent; impediri, inquam, a rebus vel fortuitis, vel libertate utentibus. Ita Aristoteles, Phys. II. 6. et ejus discipulus Theophrastus apud Stobæum, v. docens Εἱμαρμένην εἶναι τὴν ἑκάστου φύσιν, 'Fatum esse cujusque rei naturam.' Et Epicurus apud Lucret. II. 251. Hinc ne mireris Fatum varias sortiri significationes apud Manilium, ac præsertim usurpari pro rerum morte ac interitu, fatalique casu ac eventu. Infra vs. 184.

3 *Mundo*] Cœlo. Vide vs. 9. ubi dicetur, cur *mundus* pro *cœlo* dicatur.

Aggredior; primusque novis Helicona movere
Cantibus, ad viridi nutantes vertice sylvas
Hospita sacra ferens nulli memorata priorum.
Tu mihi, tu, Cæsar, patriæ princepsque paterque,

et primus incipio personare novis cantibus Helicona, et sylvas, quæ agitantur cacumine virenti, afferens res sacras peregrinas, et cantatas a nemine antecedentium me. Tu, o Cæsar, domine et parens patriæ, qui gubernas orbem terrarum obsequentem

5 'Gronovio præeunte, renuente licet omnibus codd. Bent. particulam *et* in præpositionem *ad* mutavit, quasi hæc cum sequenti *ferens* essent nectenda. Scripsit vero Poëta, *movere aggredior Helicona et v. n. v. s.*' Stoeber. et sic Scal. Delph. et vulg.—7 Vulg. Delph. *Nunc m. t. C.* Cod. vero Gemblac. quem secutus Scal. *Hunc m. t. c.* Correxit Bent. 'quod concinnius est, *Tu m. t. C.* ut Virg. Æn. VI. 834. 'Tuque prior, tu parce, genus qui ducis Olympo.' Et Æn. VII. 41. 'Tu vatem, tu Diva mone;' et Æn. IX. 404. 'Tu Dea,

NOTÆ

4 *Primus*] Nemo enim poëta Latinus ante Manilium astronomiæ præcepta versibus tradiderat. Apud Græcos quidem Phænomena carmine persecuti fuerant Eratosthenes et Aratus, quem e Græco in Latinum carmen ab Ovidio post Ciceronem, et post Ovidium a Germanico conversum habemus. Apotelesmata vero seu horoscopi effectus siderumque magisteria unus Dorotheus Sidonius Græco carmine conscripserat, quod opus legerunt Arabes, Omar, Messahala, Alchabitius, ut ipsi testantur, et alii; sed non extat.

Helicona] Montem Phœbo et Musis sacrum, juxta Phocidem, non procul a Parnasso, semper virentes lauros ferentem.

Movere] Personare, *faire retentir*, vel, excitare, sup. 'Musas in Helicone sedentes.' Continens pro contento.

6 *Sacra ferens*] Finguntur enim poëtæ Musarum sacerdotes. Virg. Georg. II. 476. 'Quarum sacra fero, ingenti perculsus amore.' Ovid. III. Am. 8. 23. 'Ille ego Musarum purus Phœbique sacerdos.' Per *sacra*, intellige rem omnem Musis sacratam, puta carmina, sacrificia, &c. Sacra igitur ferre, est vel carmina afferre, ut ait Pers. prol. 7. 'Ad sacra vatum carmen affero nostrum.' Et Virgil. Æn. II. 239. 'Sacra canunt.' Vel sacra perficere, ut loquitur Virgil. Æn. III. 19. 'Sacra Dionææ matri Divisque ferebam.'

Priorum] Suppl. *Latinorum poëtarum*, ut monui vs. 4. Sic inf. 113. 'Hoc mihi surgit opus non ullis ante sacratum Carminibus.'

7 *Cæsar*] Augustus, cui suum hoc opus dedicat Manilius, et cui propter ingenii excellentiam gratus admodum fuit. Crinit. Poët. III. 41. Quamvis autem non omnibus adeo constet, quo tempore scripserit Manilius; ex hoc tamen uno ejus opere facile est colligere Augusto Cæsari fuisse æqualem. Quod satis innuunt hæc verba sequentia: 'patriæ princepsque paterque.' Is enim Augustus vivus patriæ pater est salutatus, ut jam dicemus. Et hæc, vs. 8. 'Augustis legibus.' Alludit enim ad Augusti nomen. Similiter isthæc vs. 13. 'Hoc sub pace vacat:' quibus Au-

Qui regis augustis parentem legibus orbem,
Concessumque patri mundum Deus ipse mereris,
Das animos, viresque facis ad tanta canenda.

tuis sanctis edictis, et qui Divus ipse dignus es cœlo, quod fuit datum parenti tuo, das mihi animum, et addis vires ad cantandas res tam magnas. Et præterea cœlum

tu præsens nostro succurre labori.'—10 Scal. Delph. et vulg. *animum*. 'Cum semel insedisset mendosum illud *hunc* in vs. 7. consequens erat, ut iidem hic ponerent *animum*. Atqui ab auctoris manu erat, *Das animos v. q. f.* ut Virg. Æn. II. 617. 'Ipse pater Danais animos viresque secundas Sufficit,' et Æn. VII. 383. 'Dant animos plagæ.' Martial. VIII. 73. 'Si dare vis nostras vires animosque Thalia.' Ovid. passim. Delph. et vulg. *ad tanta canendum*.

NOTÆ

gusto adulatur ob pacem toti Orbi partam: sed hæc præcipue, vs. 391. 'Cetera non cedunt; uno vincuntur in astro Augusto, sidus nostro qui contigit orbi: Cæsar nunc terris, post cœlo maximus auctor.' Et vs. 796. 'Venerisque ab origine proles Julia descendit cœlo, cœlumque replevit, Quod regit Augustus socio per signa tonante.'

Pater patriæ] Augusto enim Cæsari, teste Suet. in ejus vita, 58. 'Patris patriæ cognomen universi repentino maximoque consensu detulerunt. Prima plebs, legatione Antium missa: dein, quia non recipiebat, ineunti Romæ spectacula frequens et laureata: mox in curia senatus, neque decreto, neque acclamatione, sed per Valerium Messalam. Is, mandantibus cunctis. Quod bonum, inquit, faustumque tibi sit, domuique tuæ, Cæsar Auguste . . . . Senatus te, consentiens cum P. R. consalutat Patriæ Patrem.' Quod Ovid. duobus his complexus est vss. Fast. II. 27. 'Sancte pater patriæ, tibi plebs, tibi curia nomen Hoc dedit: hoc dedimus nos tibi nomen eques.'

8 *Augustis*] Sanctis. Namque, ut ait Ovid. Fast. I. 609. 'Sancta vocant augusta Pâtres: augusta vocantur Templa, sacerdotum rite dicata manu. Hujus et augurium dependet origine verbi, Et quodcumque sua Jupiter auget ope.' Alludit igitur Poëta noster ad Augusti nomen. Octavius enim Cæsar cognominatus est *Augustus*, quia Divus, quia sanctus, quia vivus adhuc hominibus venerandus fuit. Merito igitur, quia Augustus ipse, Augustis legibus regebat orbem.

9 *Patri*] Julio Cæsari, cujus Augustus non natura quidem, sed judicio et voluntate fuit filius, imperiique hæres. Suet. c. 83. in vita Jul. Cæsaris. Sic Manilius infra vs. 911. 'Perque patris pater Augustus vestigia vicit.'

Mundum] Cœlum, quo dignum prædicat Augustum, et in quod Julius Cæsar post mortem fuerat relatus. Suet. Mundum pro cœlo I. 3. 11. 107. 368. 524. 672. Et II. 101. et alibi passim. Et Plin. II. 1. 'Mundum, quod alio nomine appellari licuit.' Forte quia pars nobilior pro toto sumitur; vel quia *mundus* dicitur ab ornamento cœlorum, qui decus universi faciunt, quem *mundum* vocamus. Unde infra, vs. 126. ait Manil. 'Mundumque enixa nitentem,' &c.

Jamque favet mundus propius scrutantibus ipsum,
Et cupit æthereos per carmina pandere census.

favet iis, qui rimantur ipsum propinquius, et incitat ad explicandum versibus cœ-

Codd. Gemblac. et Bonincontrii *canenda*, et sic correxit Scal.—11 Scal. Delph. et Editt. omnes ante Bent. *Jam propiusque favet mundus.* 'Illud *que* loco venit non suo. Repono, *Jamque f. m. propius s. i.* et ordine et sententia meliore. Non enim *propius favet* connectenda sunt, sed *propius scrutantibus*; ut Noster alibi *propius rimari*, *propius adspectare*, I. 735. 'Dum nova rimatur propius spectacula mundi.' IV. 908. 'victorque ad sidera mittit Sidereos oculos, propiusque adspectat Olympum.'' *Bent.* Antiquam lectionem probat Stoeb. 'Præterquam enim illa metathesis vocis *que* minime infrequens poëtis, Tibull. I. 6. Propert. II. 20. tum vero noluit Noster dicere cœlum favere *illis qui propius id scrutantur*. Probe scil. novit, vel non scrutantibus illud eximie nonnunquam favere. Nervus autem in hoc *propius* omnino situs; quod cum hoc *favet* jungendum. Est enim h. l. id quod *amicius, propensius*. Alibi commodius, aptius, vel simile quid, significat. Minucius Felix p. m. 15. 'Quid Mantuanus Maro? nonne apertius, proximius, verius?' Et Apuleius in Apol. 'Næ tu, Claudi maxime, patiens vir es, et oppido proxima humanitate.' Itaque Nostri sic verba accipias, ac si dixisset; et *jam propensius favet cœlum*, nimirum propter Numen Cæsaris jam receptum, et Augusti mox recipiendum. Infra vs. 391. sqq.' *Stoeb.*—12 Scal. Delph. et vulg. *rapit.* 'Pro *rapit*, quæ recentiorum codicum lectio est, veteres quatuor *cupit.* Atque id revocandum: Mundus *favet* se scrutantibus, et *cupit*, gaudet, se aperire. Noster II. 142. 'Et gaudente sui mundo per carmina vatis.'' *Bent.* Sic Scal. Delph. et vulg. antiqui vero libri *sensus*, quam lectionem defendit Stoeber. 'Magis enim ei conveniens hoc *pandere*; quemadmodum apud Lucan. VI. 590. *pandere fata.* Sideribus autem non h. l. tantum Noster, verum et alibi *sensum* tribuit. Vid. l. II. 501. Atque 'omnes mundi partes sentientes esse' longe ante eum asseruit et rationibus firmavit Tullius de Nat. Deor. l. II. c. 8. et 15. Notat vero Poëta per *æthereos sensus* vel, arcana cæli consilia, vel, siderum stellarumque affectiones, et voluntatis quasi inclinationes, cum his, qui homini proprie conveniunt, sensibus, auditu potissimum, visu et tactu. Vid. II. 466. sqq.

NOTÆ

11 *Mundus*] Universus terrarum orbis, qui, quia pace fruebatur tempore Augusti Cæsaris, favere plurimum videbatur Manilio ad cœlestes orbes ubique perscrutandos, et ad carmina pandenda. Sic Lucret. I. fatetur non æquo animo posse philosophari, in adverso tempore, hoc est, tempore belli, quasi arma non bene cum musis jungi possint.

12 *Census*] Divitias, opes. *Census* enim apud Romanos dicebatur 'Æstimatio rerum ac bonorum, secundum quam tributa solverentur.' Sic III. 72. 'Totumque hominis per sidera censum Ordine sub certo duxit.' Et IV. 878. 'Inque ipsos penitus mundi descendere census.' Quanquam non pro solis divitiis, sed et pro serie ac ordine rerum, pro dote, et pro jure ac dominio *censum* usurpat Manilius. Pro *divitiis* quidem hic et II. 821. III. 72. IV. 11. 126. 192. 372. 538. 693. et V. 277. 353. 363. Pro *serie ac ordine rerum*, puta cœlorum, siderum, &c. hic et lib. II. 69. V. 719. pro *dote*, IV. 507. pro *dominio*, II. 457. Codex Gemb. *Sensus.* Male: neque enim ea mens fuit Manilii ut astrorum sensus explicaret: sed potius cœlorum

Hoc sub pace vacat. Jam nunc juvat ire per altum
Aëra, et immenso spatiantem vivere cœlo,
Signaque et adversos stellarum noscere cursus.
Quod solum novisse parum est. Impensius ipsa
Scire juvat magni penitus præcordia mundi :

testes opes. Id autem licet solum fieri tempore pacis. Igitur jam delectat me vadere per ipsum æthera, et vivere ambulantem in cœlo late patenti: et agnoscere sidera, et motus contrarios astrorum. Quod tantum cognovisse, parva res est. Multo magis delectat me agnoscere intrinsecus viscera magni cœli ; et videre quænam animalia

IV. 122. &c.' *Stoeber.*—13 Scal. Delph. et vulg. *H. s. p. vacat tantum. Juvat i. p. ipsum.* Cod. Lips. et ceteri antiqui cum Glossa, *ad hoc nos invitat sub pace tua.* Lectionem nostram defendit Bent. ' *Vacat* Gemblac. cum novitiis aliquot, recte: ceteri antiqui *vocat:* omnes sententiam ibi finiunt, puncto post *vacat* vel *vocat* posito. Et sane hoc *tantum* insulse hic repetitur ; cum paulo ante habuerimus, *ad tanta canenda.* Virgil. Georg. I. 42. ' Ingredere, et votis jam nunc adsuesce vocari.' Propert. II. 15. ' Ipse ego venabor : jam nunc me sacra Dianæ Suscipere, et Veneri ponere vota juvat.' Ceterum *altum* reponimus ex codice Veneto : ceteri enim *ipsum.* Sed *ipsum* paulo ante habuimus, et mox habebimus *ipsa,* utrumque in fine versiculi. Pythagoras apud Nasonem Met. XV. 147. ' juvat ire per alta Astra ; juvat, terris et inerti sede relictis, Nube vehi.' ' *Bent.* ' Malim *per ipsum,* quod multo certe significantius. Libri uni-

NOTÆ

ac siderum orbes, dominia juraque in hæc inferiora ; vel ipsorum cœlorum opes, ac siderum dotes.

13 *Hoc sub pace*] Quasi inter strepitus belli bene et æquo animo carmina conscribere non liceret. Metuunt quippe strepitum armorum Musæ. Bene igitur adulatur Augusto, qui pacem universo mundo pepererat, Janique templum clauserat. Suet. in Aug. c. 22. Sic Lucret. I. 42. et seqq. de rerum exortu primo dicturus operi suo tempus pacis exoptat, quasi vigente bello arma cum studiis teneretur commutare : ' Nam neque nos agere hoc patriai tempore iniquo Possumus æquo animo.' Sic Germanicus interpretaturus Phænomena Arati auspicatur a pace, Augustique nomine : ' Pax tua, tuque adsis nato, numenque secundes,' &c. Sic fere omnes poëtæ.

15 *Adversos stellarum, &c.*] Non fixarum, sed errantium, quas ideo *planetas* vocant, a verbo πλανᾶσθαι *vagari.* Et *erraticas ; errones.* Stellæ quippe fixæ contrarios non habent motus, sed unius primi mobilis motu rapiuntur ab ortu in occasum. Planetæ vero, præter hunc primi mobilis motum, quo feruntur pariter ab ortu in occasum, huic contrarium, et sibi proprium alterum habent, quo ab occasu in ortum feruntur.

17 *Magni præcordia mundi*] Signa zodiaci : zodiacum quippe vocat *magnum mundum,* seu cœlum, tum quia major est cœlestis sphæræ circulus : tum quia præcipua cœli pars est. Plurima quoque alia nomina sortitur zodiacus. Infra enim vs. 262. dicitur, ' Arx cœli.' vs. 308. ' Medius orbis.' vs. 312. ' Flamma cœli.' vs. 696. ' Signifer.' Et lib. III. 361. ' Balteus cœli,' &c. Signa vero duodecim zodiaci dicuntur *præcordia cœli,* quia sunt tanquam mundi viscera, ex quibus astrologus futuros rerum even-

Quaque regat terrena suis animalia signis
Cernere, et in numerum, Phœbo modulante, referre.
Bina mihi positis lucent altaria flammis:
Ad duo templa precor, duplici circumdatus æstu,
Carminis et rerum: certa cum lege canentem

illud condat et effingat in suis sideribus; et reducere hæc omnia in mensuram verborum, Apolline concinente. Duæ aræ emittunt mihi lucem ignibus supra positis;

versi tuentur.' *Stoeb.*—18 Mss. fere omnes *quæque:* emendavit Scal. et sic vulg. *Quaque regat generetque:* 'non enim *quæ* animalia regit Zodiacus vult scire: regit omnia, sed *qua* regit.' Delph. *Quæque tegat,* 'i. e. modo condat, modo producat, et spectantibus ostendat.' Nostram lectionem defendit Bent. 'Inepte et perverso ordine veniunt, *regat generetque;* quasi prius *regeret* animalia, deinde *generaret.* Noster II. 83. 'Ducit ab æthereis terrena animalia signis.' Si miraris et obstupescis, *terrena* potuisse demutari in *generetque;* perge modo in his libris perlegendis, et fœdioribus mendis implicatus mirari desines.' *Bent.* Stoeb. autem *generetque* omnino retinendum vult.—22 'Vetusti omnes *cum lege;* pauci ex novitiis *tum:* quod Scaligerum admisisse doleo. Quorsum enim *tum*, alio scilicet tempore, cum *jam* canit, et mundus *jam* circumstrepit? lege igitur, *certa cum lege canentem.* ubi *cum* præpositio est, non conjunctio. *Lege;* hoc est, metro, lege carminis. Sic Horatius Carm. IV. 2. 10. 'Seu per audaces nova dithyrambos Verba devolvit, numerisque

NOTÆ

tus præcipue prævideat. Alludit autem Poëta ad aruspicum morem, qui victimam immolatam in ara inspiciunt, et ex ejus extis futurarum rerum casus dicunt. Ovid. Met. XV. 136. 'Protinus ereptas viventi corpore fibras Inspiciunt, mentemque Deum scrutantur in illis.' Sic Manil. III. 61. de iis signis zodiaci: 'Quæ quasi per mediam mundi præcordia partem Disposita obtineant,' &c. Et infra vs. 261. 'E quibus et ratio fatorum ducitur omnis.'

18 *Suis signis*] Quæ duodecim sunt contenta hoc disticho: 'Sunt aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo, Libraque, scorpius, arcitenens, caper, amphora, pisces.' Dicuntur autem *signa* illa sidera, quia species aut figuras animalium quorundam, aut rerum aliarum referre finxerunt veteres, quo sensu simulacra, imagines, et statuæ dicuntur *signa.*

19 *In numerum*] In mensuram carminis. Quia enim carmen cantatur, omnis autem concentus numeris constat, frequenter *numerus* aut pro carmine, aut potius pro ratione harmonica usurpatur. Virg. Ecl. IX. 45. 'Numeros memini, si verba tenerem.' Igitur referre aliquid in numerum, est illud carmine, seu numerosa verborum mensura dicere.

Phœbo] Apolline. Apollo enim *Phœbus* et *Sol* dicitur cum pro lucis auctore, aut pro carminis repertore vatumque præside sumitur. Φοῖβος enim significat lucidum et vaticinium, quasi φῶς βίου, Lux vitæ. Lux namque solis vere est vita. Dum autem Apollo mentem vatibus inspirat, animis eorum lucem affert. Virg. Æn. VI. 12. 'Magnam cui mentem animumque Delius inspirat vates, aperitque futura.'

21 *Æstu*] Animi dubitatione, ac

Mundus et immenso vatem circumstrepit orbe,
Vixque soluta suis immittit verba figuris.
Quem primum interius licuit cognoscere cœlum

implicitus gemina difficultate, versus scilicet et materiæ, ore ad duas ædes sacras: nimirum cœlum vasto suo ambitu obruit me cantantem cum certa mensura verborum, et agentem poëtam; et vix sumministrat mihi voces liberas a suis figuratis significationibus. Cui primo hominum in hisce terris inferioribus concessum est cognoscere

fertur Lege solutis.' Atque hoc prius dixerat, 'duplici circumdatus æstu Carminis et rerum:' *rerum*, ut Astronomus; *carminis*, ut Poëta. Sic III. 35. ipse de eadem re jure gloriatur; 'quæ nosse nimis, quid? dicere quantum est? Ordine quid proprio? pedibus quid jungere certis?' *Bent.*—25 Scal. Delph. vulg. *Q. p. infernis l. c. terris.* '*Infernis* Scaligero placuit; 'Quis, inquit, ab his locis infernis ad illa superiora penetrasset? Ego contra aio, Quis unquam dixit *infernas terras?* infernæ sedes, valles, &c. semper de inferis accipiuntur. Codices omnes *interius*, non *infernis;* recte: nam in alio verbo mendum delitescit. Lego, *Q. p. interius l. c. cœlum.* Quis, ait, primus valuit *interiora cæli* cognoscere? ut Noster I. 19. 'Scire juvat magni penitus præcordia mundi.' et III. 61. 'Quæ quasi per mediam mundi præcordia partem.' *Quem primum licuit?* quod usitatius diceretur *cui primo licuit?* sed ita Plautus Pseudol. I. 1. 14. 'Licet me id scire, quid sit?' et Lucanus II. 15. 'liceat sperare timentes.' *Bent.* 'Hoc *interius* Codd. Gemb. Palat. Lips. et ex iis vulg. Bonon. et Regiom. tenent. *Infernis* agnoscunt Edit. Ald. et Pruckn. quod Scal. Barth. Fayo magis placuit. Nobis ut præferamus illud *interius*, vs. 31. imprimis suadet. Locum sic constituimus: *Q. p. interius l. c. terris M. c. Q. &c.* Interrogantis nota post *cælestum* locum non habet. Non enim quærit poëta, quis primus illa munera *interius* cognoverit: sed sibi non nimis indulgens, ut simul insuetum carminis argumentum, impeditamque scribendi rationem excusaret, ait: *omnium ipsi primo concessum esse, arcana cæli, qua homini par est, scrutari, eaque hoc carmine complecti.* Vides adeo, illa verba *ad canentem vatem* esse referenda: alioquin citra metri læsionem scripsisset *Cui primo licuit, &c.* Eandem illam opinionem, (jactantiusne aut verius?) de se conceptam Auctor plus repetita vice prodidit. Videsis infra vs. 113.

NOTÆ

ægritudine, i. e. difficultate, quam carmen et materia pariunt. Rem sane tractat, quæ vix carmine tractari potest, tum propter materiæ difficultatem, cum propter verborum inopiam. Unde ait III. 31. 'At mihi per numeros, ignotaque nomina rerum, Luctandum est.' Sic Lucret. III. 574. 'mentis qui gignitur æstus.'

24 *Figuris*] Tropis, figurata significatione, vel mensuris, numeris, pedibusque, quibus carmina solent constringi. Quasi verba propria sibi desint ad tantas res canendas, puta, cœlorum census, ordines, stellas, figuras siderum, nomina, ortus, occasus, aspectus, conjunctiones, oppositiones, &c. Unde III. 33. 'Dicere quantum est, Ordine quid proprio? pedibus quid jungere certis? Ornari res ipsa negat contenta doceri; Et si qua externa referentur nomina lingua, Hoc operis, non vatis erit. Non omnia flecti Possunt, et propria melius sub voce notantur.'

Munere cœlestum? Quis enim, nolentibus illis,
Cepisset furto mundum, quo cuncta reguntur?
Quis foret humano conatus pectore tantum,

dona Deorum Superorum? Nam quis homo furatus esset cœlum, a quo omnia gubernantur, dum Dii cœlestes creabant illud? Quis aggressus esset viribus solum

II. 57. seqq. III. 66. seqq.' *Stoeb.*—26 Scal. Delph. et vulgo *Munera c.* 'Gemb. pro varia lectione *munere*, eaque lectio certissima est. Nulli licuit interius cœlum cognoscere nisi favore superum, sive *munere cælestum*, ut Noster I. 11. 'Jamque favet mundus propius scrutantibus ipsum.' Sequentia hæc plane postulant.' *Bent.* Omnes libri Mss. et cusi *condentibus illis.* Nostram lectionem sic defendit Bent. 'Quo sensu est illud *condentibus.* Alius accipit *creantibus*, alius *abscondentibus.* Illud ineptissimum, et hoc ineptum, non enim abscondunt superi. Sic IV. 922. 'Ipse vocat nostros animos ad sidera mundus; Nec patitur, quia non condit, sua jura latere?' Repone *Quis enim nolentibus illis*, ut mox *invitis Diis.* Probat Deorum munere astrologiam inventam esse; quis enim illis nolentibus arcana fatorum scire potuisset?' Stoeb. autem 'rescribendum vult *condentibus*, quod libri universi servant. *Condere* autem h. l. non valet *abscondere*, quod sane contra Manilii sententiam foret, IV. 920. Sed accipiendum illud pro *facere, construere*, uti II. 475. et V. 289. Ordo verborum: Quis enim condentibus illis mundum, clepsisset eum furto.'—27 Scal. Delph. et omnes Mss. et cusi *Clepsisset.* 'Auctoritate omnium Codd. legendum *clepsisset.* Videtur ab hoc κλέπτω derivatum, cujus significationem ut plurimum servat. Quo minus autem illam pervulgatam h. l. ei tribuamus, nil magis obstat, quam quod addidit *furto*, quod sane redundaret, nisi putaveris dictum pro *furtim* vel *occulte.* *Furtum* enim non ablata res solum, et etiam quicquid occulte geritur, auctoritate veterum dici potest. Non. Marc. cap. VI. Observavit autem priscæ Latinitatis assertor Varro lib. VI. *clepere* ab aliis usurpatum pro *corripere*, quod Nostri dicto apprime conveniens videtur esse. Negat enim his verbis interrogative conceptis, exactam corporum cœlestium descriptionem ab alio quoquam concinnari potuisse, nisi quis *occulte corripuisset cœlum cum jam conderetur.* Firmic. III. 1.' *Stoeb.* Mutavit Bent. '*Clepere*, verbum suo tempore probum; sed, cum Auctor scriberet, nimis antiquum et cascum. Dedit ille, *Cepisset f. m. q. c. r.* Capere furto, ut capere arte, dolo, fraude, astu, insidiis, &c. Sic Noster IV. 30. 'Captus et a captis orbis foret.' et IV. 886. 'Et capto potimur mundo.' et II. 127. 'Quis neget esse nefas invitum prendere mundum; Et, velut in semet, captum

NOTÆ

26 *Quis enim nolentibus* [*condentibus, &c.*] Firmic. III. 'Non fuit ista genitura mundi; nec aliquis interfuit eo tempore, quo mundus divinæ mentis ac providi numinis ratione formatus est.' Et Manil. ipse IV. 304. 'Et verum in cæco est multaque ambagine rerum.' Et 407. 'Impendendus homo est, Deus esse ut possit in ipso.'

27 *Mundum*] Cœlum, vs. 3. Quod his inferioribus dominari crediderunt veteres, vel ex mente Stoicorum, qui quod ratio est homini, id cœlum toti mundo esse voluerunt: vel ex errore, quo fatales rerum eventus cœlorum siderumque motibus agi putaverunt.

28 *Quis foret humano, &c.*] Sic IV. 290. 'Quod quæris Deus est; cona-

Invitis ut Diis cuperet Deus ipse videri?
Tu princeps auctorque sacri, Cyllenie, tanti;
Per te jam cœlum interius, jam sidera nota,
Sublimes aperire vias, imumque sub orbem,

humanis opus tam arduum, ut ipse vellet videri Deus, Diis repugnantibus? Scilicet detegere cœlestes cursus et stellas obedientes suis jussis infra infimum Globum ter-

deducere in orbem?'—31 'Novem isti qui versum 30. sequuntur omnes suppositi sunt. *Cælum interius* vs. 31. jam habuimus vs. 25. *Sublimes aperire vias, &c.* nullo sensu. *Pondera vires* semibarbare, pro et pondera et vires. *Major mundi facies*, qui fieri potest major? *veneranda;* non solet Auctor hexametrum sic claudere. *Species*, idem prorsus, quod paulo ante *facies*. *Deum quam maximus esset*, ne Latine quidem dictum. Postremi duo versus a libris omnibus absunt: credo eos a Benincontrio, qui primus Manilium cum commentario edidit, fuisse confictos. Jam vero vides ut apte versus genuini connectantur. *Tu princeps, &c. Et natura, &c.* Mire variant Codd. et Interpp. in disponendis his undecim versibus. Libri universi eum servant versuum ordinem quem in textu nunc exhibemus. Equidem indignor tam capitale ingenium a spuriis et inficetis versibus ludificari.' *Bent.* Scal. quem sequitur Delph. et sic Edd. fere omnes, primos quinque versus sic transponit: 30. *Sublimes, &c.* 31. *Et per, &c.* 32. *Nomina.* 33. *Tu princeps.* 34. *Per te.* In vs. 31. Scal. Delph. et vulg. *in terris.*—32 Regiom. *unumque.* Subscribit Barth. Adv. p. 17. Per *unum orbem* notare Auctor videtur consonam astrorum choream, quam agere summa cum suavitate Poëtis dicuntur. Claudian. XXI. 84. Correxit tamen ex Gemblac. Scal. '*Imum* orbem opponit inani, i. e. aëri. Altero infe-

NOTÆ

ris scandere cœlum, Fataque fatali genitus cognoscere lege, Et transire tuum pectus mundoque potiri.' Sed magis ad rem II. 115. 'Quis cœlum possit, nisi cœli munere nosse, Et reperire Deum, nisi qui pars ipse Deorum est,' &c.

Pectore] Mente: continens, pro contento. Pectus enim sedes est cordis, cor sedes mentis et animi, ut quibusdam veteribus visum est. Infra vs. 79.

30 *Cyllenie*] Mercuri. Mercurius enim *Cyllenius* est dictus a Cyllene Monte Arcadiæ, in quo natus est. Virgil. Æn. VIII. 137. 'Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia Cyllenæ gelido conceptum vertice fudit.'

31 *Per te, &c.*] Mercurius enim astronomiæ simul et astrologiæ primus auctor et inventor fingitur. Firm. lib. III. 1. 'Mundi itaque genituram hanc esse voluerunt, secuti Æsculapium, et Anubim, quibus potentissimum Mercurii numen istius scientiæ secreta commisit.' Scilicet divinæ sunt artes, et e cœlo evocandæ, ut sit Manilius v. 1. Quanquam non consentiunt auctores de primis astrologiæ et astronomiæ inventoribus. Namque, teste Diodor. II. 3. id sibi commentum asserunt Ægyptii: at lib. v. id Actino Solis filio tribuitur. Docet autem Joseph. Antiq. I. 16. ab Abrahamo ad Ægyptios, ab his ad Græcos traductam sideralem scientiam. Plin. vero lib. VII. Atlantem primum facit astronomiæ auctorem, quem ideo fabulati sunt poëtæ cœ-

Et per inane suis parentia finibus astra;
Mominaque et cursus signorum, pondera, vires.
Major uti facies mundi foret, et veneranda
Non species tantum, sed et ipsa potentia rerum:
Sentirentque Deum gentes, quam maximus esset,
Quis sua disposuit per tempora, cognita ut essent

rarum, et per medium æthera; et nomina, et motus, et dominia, et affectiones siderum? Tu, o Cyllenie, es magister et auctor muneris tam sacrali; per te jam cœlum, jam astra sunt cognita in terris, nimirum ut vultus cœli esset augustior, et ut non solum aspectus ejus esset dignus veneratione; sed etiam ipse auctor rerum; et ut homines agnoscerent Deum, quam potentissimus esset Deus, qui

rius hemisphærium, altero superius intelligit.'—33 Delph. et vulg. *legibus*.—34 Delph. et vulg. auctoritate Cod. Lips. et ceterorum fere omnium, *Nomina*: correxit Scal. 'Veteres enim *momen* pro *momento*, quod utrumque a *moveo*, dixerunt. Notat proprie quamlibet mutationem, vel motionem utcumque exiguam et fere insensibilem. Lucret. 'momine parvo,' 'tantillo' lib. III. 189. sq. *Momina* h. l. si placet, referre possis ad *stellas fixas*; *cursus* ad eas, quas, qui cum Græcis errare volunt, *erraticas* salutant.' *Stoeb.* 'Alii *numinaque*; i. e. jura, vires: sic IV. 307. verum bis eadem repeterentur eodem versu; additur enim *pondera, vires*. Fay. vulg. *pandere vires* auctoritate Edd. Regiom. et Rom.—37 'Legendum omnino, *qua maximus*. non enim hoc *quam*, nisi cum verbo *possum*, superlativo *maxime* jungi assolet. Emendavit quoque in Propertio Gronovius II. 1. '*qua maxima* Roma est;' ubi vulgatum erat *quam maxima*. Sensus h. l. *ubi* vel *qua* parte *Deus esset maximus*: ubi maxime majesta-

NOTÆ

lum humeris sustinere. Quanquam idem Plin. lib. VI. id commentum ascribit Jovi Belo: Servius in Ecl. Virg. VI. Prometheo. Sed e cœlo evocatam astronomiam concinunt omnes poëtæ.

33 *Per inane*] Per aëra, seu æthera superiorem. Opponit enim *inane* terrarum inferiori parti.

34 *Momina* [*Nominaque*] Sic vs. 109. 'Attribuitque suas formas, sua nomina signis.' Et Virg. Georg. I. 137. 'Navita tum stellis numeros et nomina fecit.'

Pondera] I. e. potentiam, jus, dominium. *Pondus* enim pro *auctoritate* sumitur. Cic. Epist. 1.

35 *Facies mundi*] Forma exterior cœli, Concava cœli species. Sicut e contra per *cœlum supernum* intelligitur convexa cœli superficies; interior cœli conspectus. Quanquam sicut per *faciem mundi* intelligit Poëta vultum Dei exteriorem: ita per *cœlum supernum* notat interiorem Dei intuitum, seu Deum ipsum. Ita enim sese explicat, II. 116. 'Et reperire Deum, nisi qui pars ipsa Deorum est? Quisve hanc convexi molem sine fine parentis,' &c. Et IV. 308. 'Quæ tibi non oculis, alta sed mente fuganda est Caligo, penitusque Deus non fronte notandus,' &c.

36 *Potentia rerum*] Divinitas rerum creatrix, Divina potentia.

38 *Quis* [*Qui*] Deus. Scaliger *queis*; pro *quibus*, supple *gentibus*. Sic enim ille: 'quibus gentibus sua ne-

Omnibus et mundi facies, cœlumque supernum:
Et natura dedit vires, seque ipsa reclusit,
Regales animos primum dignata movere,
Proxima tangentes rerum fastigia cœlo:
Qui domuere feras gentes oriente sub ipso,
Quas secat Euphrates; in quas et Nilus inundat,

distribuit ita formam exteriorem cœli, et cœlum ipsum supremum in suas quasque partes temporis, ut innotescerent omnibus hominibus; et indidit tales vires natura ut ipsa patefecerit sese, principio dignata excitare mentes regum, qui attingerent ingenio culmina rerum vicina cœlo; qui scilicet subjecerunt imperio suo populos feroces in ipso oriente quos Euphrates interfluit, et in quos Nilus effundit se, ea nimirum parte, qua cœlum revertitur et volvitur super nigros

tem potentiamque suam exserit, nempe in cœlo.' *Stoeb.*—39 Delph. *cœli facies.* Vss. 39. et 40. exulant a codd. Gemblac. et Palat. Neque edit. Bonon. et Regiom. eos agnoscunt.—40 Delpb. auctoritate Editionis Rom. *Naturæque d. v. se quæ* i. r. 'Scil. Deus: ut se ipsa recluderet ac patefaceret earum rerum curiosis.'—44 Suppositum hunc versum credit Bent. 'An Euphrates secat *gentes?* Terras potius et campos arbitrabar: *in quas inundat;* barbare dictum. Et frustra Gronovius substituit *rigat.* Riguos amnes atque

NOTÆ

gotia Deus disposuit per tempora. Non enim Deus sua, sed hominum negotia intelligitur disposuisse.' Quasi vero ea sit Manilii sententia. Immo ait Poëta Deum ita cœlorum faciem exteriorem et interiorem disposuisse per sua quæque tempora, hoc est, per temporis vicissitudines, motusque intervalla, ut utraque bene hominibus innotesceret: i. e. ut non solum cœli ac siderum notitiam haberent homines; sed et cœli siderumque vires et affectiones penitus intuerentur, unde futuros rerum eventus prævideret.

40 *Et natura*] Vult enim Poëta Deum naturæ auctorem ipsi indidisse has vires, ut ipsa sese recluderet et patefaceret primum regibus, deinde sacerdotibus. Itaque innuit primos astronomiæ inventores fuisse reges, deinde sacerdotes, seu augures, qui ex signis cœlestibus augurium darent, et a quibus in ceteros homines hanc artem dimanasse creditum est.

41 *Regales animos*] Reges. Belum sane notat Babyloniæ regem; notat et Chaldæorum et Assyriorum reges alios, puta Zoroastrem Bactrianorum regem, qui sideralis scientiæ peritissimus fuit. Plin. xxx. 1. et Justin. I. Chaldæi namque, Assyrii et Ægyptii primi cœlum observarunt. Si tamen Josepho, Antiq. I. 16. credimus, primus Abrahamus sacerdotibus Ægyptiis astronomiæ artem tradidit: eademque scientia Moses excelluit.

42 *Tangentes fastigia rerum*] Attingentes mente, et concipientes res superas, ac cœlestes.

43 *Qui domuere, &c.*] Puta Belum regem Babyloniæ, quam alluit Euphrates ad orientem.

44 *Euphrates*] Celeberrimus Mesopotamiæ fluvius, quem Strabo scribit ex Niphate monte Armeniæ in mare Rubrum per Babyloniam deflue-

Qua mundus redit, et nigras superevolat urbes.
Tum qui templa sacris coluerunt omne per ævum,
Delectique sacerdotes in publica vota
Officio vinxere Deum; quibus ipsa potentis
Numinis accendit castam præsentia mentem,

populos. Deinde dignata movere illos, qui venerati sunt ædes sacras sacrificiis per omnem ætatem, et qui electi sacerdotes ad publicas preces peragendas conciliaverunt Deum cultu suo: et quibus ipsa præsentia divinitatis omnipotentis afflavit mentem

hortos noveram: riguas gentes jam primum inaudio.' 'Vss. 44. et 45. transpositiunculu opus habent ut sensus constet: vs. 44. *Qua, &c.* 45. *Quas secat.*' Stoeb. qui legendum vult *ferat* pro *secat*, quod Edd. Rom. Regiom. Ald. et Pruckn. expresserunt, et in Mss. esse indicavit Junius.—48 Delph. et vulg. *junxere*, quod est in Edd. Regiom. Rom. et ceteris. Correxit Scal. 'Cœli interpretes Deos hominesque *vincire* dicuntur Plin. H. N. II. 12. vide vero an non legi possit *vixere:* vivunt enim Deorum officio qui in rebus divinis oc-

NOTÆ

re, ac totius Syriæ oris interim allabi. Notat ergo Poëta Chaldæos, Babylonios, et Assyrios.

In quas et Nilus] Notat et Ægyptios: Nilus enim Ægypti fluvius est notissimus, de quo nos III. 272. Plin. XV. 9. et nos iterum in Lucretium VI. 712.

45 *Mundus*] Cœlum, seu sol. Sic III. 591. 'Qua redit in terras mundus, nascensque tenebit Exortum.' Is enim est Ægypti situs in orbe terrarum ut media jaceat sub Tropico Cancri, a quo mundus redire dicitur, cum sol ab eo retrovertitur. Hæc enim est altera solis meta, ultra quam non abit, ut dicitur infra. Nugatur ergo Junius Biturigis, qui vocem *mundus* interpretatur *purus*, i. e. limpidus, sup. *Nilus*. Ne Poëta, inquit, tam ipsos notasset Æthiopas, quam Ægyptios. Quasi Nilus *purus* non feratur per Æthiopiam, sed per solam Ægyptum limpidus refluat. Ex hoc antem errore in alterum pejorem est lapsus, dum per *nigras urbes* intelligit ipsas domos ac ædes ex nigro lapide constructas in Ægypto, cujus generis lapides frequentiores esse ait in ipsa inferiori saltem Ægypto, in cujus rei fidem testatur Plinium V. 9. ubi ne verbum quidem de hisce nigris lapidibus.

Nigras urbes] Populos nigros: Ægyptios; qui nimio caloris æstu adusti nigrescunt. Est autem poëtis familiare, ut civitates, aut littora usurpent pro civibus aut incolis. Sic vs. 244. 'Illic alma dies sopitas excitat urbes.' I. e. Cives sopitos, et vs. 883. 'Extulit antiquas per funera pacis Athenas.' I. e. Athenienses, et Virg. Æn. III. 44. 'Heu, fuge crudeles terras, fuge littus avarum.' I. e. homines crudeles et avaros.

46 *Tum qui templa, &c.*] Apud Ægyptios nulli sacerdotes nisi astrologiæ periti. 'Ad cultum Deorum deputati, per omnem vitam philosophantur, peritissimi astrologiæ habiti Chaldæi,' Diod. Sicul.

47 *Vota*] Preces, sacra, sacrificia, &c.

Inque Deum Deus ipse tulit, patuitque ministris.
Hi tantum movere decus; primique per artem
Sideribus videre vagis pendentia fata.
Singula nam proprio signarunt tempora casu,
Longa per assiduas complexi sæcula curas:
Nascenti quæ cuique dies, quæ vita fuisset:
In quas fortunæ leges quæque hora valeret:
Quantaque quam parvi facerent discrimina motus.
Postquam omnis cœli species, redeuntibus astris

pudicam; et in quos Deus ipse immisit seipsum Deum et patefecit se ut suis ministris. Isti sacerdotes cognoverunt hoc tantum donum, et priores observaverunt per artem fata alligata esse sideribus huc illuc dispersis in cœlo. Namque notarunt quæque spatia temporis suo quoque fato, postquam observaverunt longa spatia temporis per observationes diligentes. Observantes quæ dies natalis fuisset unicuique, et quænam vita; ad quas rationes fati quælibet hora pertineret; et quam magnas differentias minimi motus efficerent. Postquam omnis forma cœli fuit observata

cupantur.' *Stoeb.*—51 Delph. *novere:* sic in antiquis libris: correxit Scal. —55 *Nascendi* Scal. Delph. et vulgati veteres, probante Stoeb. *que* pro *quæ* scriptum est. In iisdem correxit Bent. '*nascendi lex*, *nascendi sors* recte dicitur, sed quis unquam *diem* dixit *nascendi* pro *die natali?*'

NOTÆ

50 *Inque tulit*] Pro *intulitque.*

51 *Movere* [*novere*] Vulg. et Gembl. *movere*, i. e. *promovere*, dum scilicet sideralem scientiam sacerdotes posteris per artem tradidere; nec male.

53 *Proprio casu*] Gembl. Bene: *casum* enim usurpat Poëta pro *fato;* quod certis cœli spatiis et sideribus alligatum voluerunt veteres. At Scaliger: *propria ... causa*, quia, inquit, legitur, vs. 106. 'Quæ postquam in proprias deduxit singula causas.'

Tempora] Intervalla quædam cœli motusque cœlorum, quæ in duodecim partes distinxere veteres Chaldæi.

54 *Per assiduas, &c.*] Sunt autem qui crediderunt Babylonios longissimo temporis usu has experientias collegisse. Unde Cic. II. Nat. Deor. ait: 'Nam quod aiunt quadraginta et septuaginta millia annorum in periclitandis experiendisque pueris, quicumque essent nati, Babylonios posuisse, fallunt.'

56 *Fortunæ*] Felicis vel infelicis eventus, qui hominibus in vita contingit. Fati, fatalis casus, vs. 2.

57 *Quantaque quam parvi, &c.*] IV. 503. 'Nec te perceptis signorum cura relinquat Partibus, in tempus quædam mutantur,' &c. Unde Sext. Emp. citatus, ait de duodecim domibus cœlestibus: 'Censent Chaldæi stellas non eandem vim habere ad male vel secus faciendum, si consideretur in centris et in anaphoris, et in declinationibus: sed alicubi efficaciores: alicubi vero minus efficaces,' &c.

58 *Cœli species*] Forma, conformatio, situs, thema, quod vocant: nimirum postquam omnes signorum imagines, absoluto integro cursu suo, ad

Descripta in proprias sedes, et reddita certis
Fatorum ordinibus sua cuique potentia formæ;
Per varios usus artem experientia fecit,
Exemplo monstrante viam; speculataque longe
Deprendit tacitis dominantia legibus astra,
Et totum alterna mundum ratione moveri,
Fatorumque vices certis discurrere signis.
Nam rudis ante illos, nullo discrimine, vita
In speciem conversa, operum ratione carebat,

sideribus revertentibus in sua pristina loca; et postquam per diversas experientias, propriæ quæque vires attributæ sunt cuilibet figuræ, ex certis legibus fatorum, tunc usus peperit scientiam, exemplo docente rationem illius faciendæ; et penetrans alte cognovit sidera imperantia per vires occultas; et cognovit totum cælum agitari immortali mente; et vicissitudines fatalium casuum vagari per certa sidera. Etenim ante illos sacerdotes vita hominum ignara ignorabat causam rerum intuens solum

tali?'—59 Omnes fere libri *percepta*, et sic Scal. Delph. et vulg. Cod. Lips. *præcepta*. 'Neutrum convenit. Repone *descripta:* ut IV. 589. 'Quatuor in partes cœli describitur orbis.' et IV. 733. 'Et certis descripta nitent regionibus astra.'' *Bent.* 'Si quid mutandum, legere malim *concepta*, quod scriptionis compendio proxime accedit.' *Stoeb.*—64 Delph. et vulg. *æterna*. 'Libri universi *alterna*, et ita Scal. in textu; sed in notis mavult *æterna;* quod et bonus Fayus secutus est. Tu codicum auctoritatem hic sequere. Sic II. 402. 'Ut sociata forent alterna sidera sorte.' et II. 62. 'Totumque alterno consensu vivere mundum, Et rationis agi motu.' *Bent.*—65 Libri omnes *discernere*.

NOTÆ

eadem loca, seu ad primas sedes observatas redierunt. Ita enim veteres siderum cursum observarunt, vs. 53. Not.

61 *Artem experientia fecit*] Principio Assyrii, propter planitiem regionum, quas incolebant, cum ex omni parte cœlum apertum ac patens intuerentur, motus stellarum observaverunt. Cic. I. Divin. 'Revera experientia dicitur primum artis principium.' Colum. IV. 11.

62 *Exemplo monstrante viam*] Singulas enim hominum genituras, quas duxerant ex observationibus multiplici exemplo conformatis, in tabulas referebant Chaldæi. Quas ideo Ptolem. in Almag. vocat 'Genituras exemplares.'

64 *Alterna* [*æterna*] *mundum ratione, &c.*] Cœlum agi divina mente. Volebant enim veteres a Deo stellis fata hominum allegari, et agi. Quod Poëta noster vs. 3. dixit esse 'Cœlestis rationis opus.' Et Lucret. v. 1185. et seqq.

Mundum] Cœlum, vs. 9.

66 *Ante illos*] Sup. *sacerdotes*, seu Chaldæos, qui primi dicuntur astrologiæ et astronomiæ repertores.

Nullo discrimine] Sup. *Causarum, rerum*. Adeo enim prima gens illa hominum rudis fuisse creditur, ut nullam calleret artem.

67 *Operum ratione carebat*] Lucret. v. 1182. 'Præterea, cœli rationes ordine certo, Et varia annorum cernebant tempora vorti: Nec poterant,

Et stupefacta novo pendebat lumine mundi;
Tum velut amissis mœrens, tum læta renatis
Sideribus; variosque dies incertaque noctis
Tempora, nec similes umbras, jam sole regresso,
Jam propiore, suis impar discernere causis.
Necdum etiam doctas solertia fecerat artes,

figuram exteriorem, sine ulla distinctione: et attonita hærebat præ quotidiana luce cœli, modo tristis quasi præ exortis sibi sideribus, modo læta præ iisdem iterum exortis; nec poterat cognoscere per proprias causas, dies fieri mutabiles, et tempora noctis non esse certa, nec tenebras noctis æquales, scilicet propter nunc retrogressum, nunc magis accedentem solem. Nondum quoque acumen ingenii pepererat doctas

Correxit Scal.—71 Vulg. *nec sole r.*—72 Scal. Delph. et vulg. *suis poterat d. c.* 'Quid, ait, poteratne rudis vita suis *causis* discernere varietatem dierum, noctium, et umbrarum? Sic verba, ut feruntur, affirmant. Sed Auctor hoc volebat, *non poterat discernere:* et idem voluerunt interpretes, verbis utcumque invitis. Fefellit hos particula negativa *nec, nec similes umbras:* quam ad *poterant* referebant, ut sit *nec poterant.* Atqui *nec similes* separari non possunt: idem quod *et non similes, et dissimiles.* Vidit hoc acutissimus Huetius; et ut particulam negativam lucraretur, substituit *nec sole regresso.* Sed omnes ubique scripti habent, *jam sole regresso, Jam propiore:* et, si unum *jam* abstuleris, quid fiet de altero? nam geminatum hic requiri sciunt, qui Latine sciunt. Repono, *jam sole regresso, Jam propiore, suis impar discernere causis.* Constructio est, *Rudis* ætas *operum ratione carebat, mœrens amissis sideribus, læta renatis,*

NOTÆ

quibus id fieret, cognoscere causis,' &c.

68 *Novo lumine, &c.*] Quotidiano solis ac lunæ etiam et siderum exortu. Neque enim eadem semper nobis astra lucent: sed certis temporum vicibus alia suboriuntur, aliaque occidunt. Pars enim sub undis seu terris latet, dum altera pars terris exoritur. Unde addidit: 'Tum velut amissis mœrens, tum læta renatis.' Quod tamen de sole et luna potissimum est intelligendum.

68 *Pendebat stupefacta*] Stupebat: dicitur autem 'pendere,' vel, 'pendere animi;' vel, 'pendere animo,' pro 'animo suspenso esse; stupefieri.'

71 *Sole regresso, Jam propiore, &c.*] Solis quippe discessus et accessus ab uno ad alterutrum e tropicis, quas solis metas vocant, dierum noctiumque disparitatem et inæqualitatem variam efficiunt. Itaque qui septemtrionalis terræ partibus degunt, iis eo longiores fiunt dies, breviores vero noctes, quo magis ad tropicum cancri sol accedit: noctes autem eo longiores, dies vero breviores, quo magis sol recedens a tropico cancri accedit ad tropicum capricorni. Idem, vice versa, contingit populis, qui in australibus terræ partibus degunt. Hujus autem inæqualitatis causas prima hominum gens rudis et ignara non noverat: sed rusticorum more attonita, novo lumine mundi, quotidianoque solis exortu, novisque vicissim tenebris noctis obstupescebat.

73 *Doctas . . . artes*] Puta grammaticam, rhetoricam, philosophiam, mathematicas disciplinas, jurisprudentiam, aliasve doctas artes, quas non

Terraque sub rudibus cessabat vasta colonis.
Tumque in desertis habitabat montibus aurum,
Immotusque novos pontus subduxerat orbes.
Nec vitam pelago, nec ventis credere vota
Audebant, se quisque satis novisse putabant.
Sed cum longa dies acuit mortalia corda,

disciplinas: et terra, tanta quanta est, quiescebat sub agricolis ignaris; et tunc aurum latebat sub montibus incultis; et mare nondum agitatum remis eripuerat novas terras; nec homines audebant committere vitam suam mari, nec carbasa ventis, sed unusquisque credebat satis esse nosse seipsum. Verum postquam ætas

impar varios dies discernere suis causis.' Bent.—75 Delph. et vulg. *Tuncque.*—76 Vulg. *ignotus.* correxit Scal. ex Codd. Gemblac. et Lips.—77 Delph. et vulg. *nec v. c. vela.*—78 Scal. Delph. et vulg. ex Rom. Ald. et Pruckn. *sed q. s. se nosse putabat.* Regiom. *sed q. s. fovisse putabat.* Libri veteres uno con-

NOTÆ

modo prima hominum gens rudis ante Saturni tempora ignoravit: sed quas nec placidi homines, regnante Saturno per illam quam vocant ætatem auream, ullatenus excoluerunt. Ovid. Met. I.

74 *Terraque sub rudibus, &c.*] Neque enim ante Saturnum, necdum Saturno regnante, primi homines agriculturam noverant. Quam Xenoph. lib. v. ἀπομν. vocat 'aliarum artium matrem et nutricem.' Sic Lucret. v. 931. Quippe, ut observabimus, vs. 86. non nisi sub Jove cœpit Agricultura.

75 *In montibus aurum*] Unde Plin. VII. 56. scribit, quod primus 'auri metalla et conflaturam invenit Cadmus Phœnix ad Pangæum montem.' Quo in monte, qui Thraciæ est, multum auri et argenti abundare testatur Herod. VII. Latet quippe in imis terræ visceribus aurum. Unde Noster v. 523. 'Quærere sub terris aurum, furtoque latentem Naturam eruere omnem, orbemque evertere prædæ Imperat, et glebas inter deprendere gazam.'

76 *Novos orbes*] Peregrinas terrarum regiones. Totum pro parte. Ovid. Met. I. 94. 'Nondum cæsa suis, peregrinum ut viseret orbem, Montibus, in liquidas pinus descenderat undas.'

Pontus] Mare. Vossius putat hanc esse vocem orientalem, quæ generatim mare significat: speciatim vero *Pontum Euxinum.* Alii Græcam volunt a verbo ποντίζω, *Mergo.*

78 *Se*] Suam patriam, sua littora. Ovid. Met. I. 96. 'Nullaque mortales, præter sua, littora norant.'

79 *Sed cum longa dies, &c.*] Jam notat argenteum sæculum, quo regnans Jupiter non otiosos, non rudes et ignaros passus est vivere mortales; sed humanas mentes acuens ad omnes artes, aut dura rerum egestate, aut insano habendi amore tentandas, meditandoque excolendas coëgit. Virg. Georg. I. 121.

79 *Corda*] Mentes. Cic. I. Tusc. 'Mens aliis cor ipsum videtur, ex quo excordes. Aliis nec cor ipsum placet ... Sed alii in corde dixerunt animi esse sedem et locum.' Sic vs. 28.

Et labor ingenium miseris dedit, et sua quemque
Advigilare sibi jussit fortuna premendo:
Seducta in varias certarunt pectora curas,
Et quodcumque sagax tentando reperit usus,
In commune novum commentum læta dederunt.
Tunc et lingua suas accepit barbara leges,

diuturna exacuit mentes humanas, et labor addidit ingenium egentibus, et sua miseria vexando unumquemque coëgit providere sibi; mentes hominum distractæ in diversas solicitudines laboraverunt certatim, et gaudentes dederunt in publicum usum inventionem rerum omnium, quas solers experientia invenit experiendo. Tunc usus loquendi incultus habuit suas regulas; et agri inculti fuerunt exculti

sensu nostram tuentur lectionem.—83 Vulg. et Delph. *quæcumque.* Correxit Scal. 'nam quis sanus construat *commentum* cum illo *quæcumque.*'—84 Scal. Delph. et vulg. *In c. bonum c. l. dedere.* Regiom. *In c. bonum commentis l. dedere.* i. e. 'commentariis,' columnis aut pyramidibus inscriptis. Nostram lectionem defendit Bent. '*in commune*, absolute, ut passim. Phædr. v. 6. 3. 'Eja, inquit, in commune quodcumque est lucri.' *Novum commentum;* quod

NOTÆ

80 *Labor ingenium, &c.*] Sic Virg. Georg. I. 145. 'Tum variæ venere artes. Labor omnia vincit Improbus, et duris urgens in rebus egestas.'

81 *Fortuna*] Sup. *adversa*, i. e. Egestas, paupertas. Sicut enim *secunda fortuna* usurpatur pro divitiis: ita *adversa* pro paupertate, et infelici casu.

82 *Certarunt*] Priscis enim temporibus, inquit Petron. in Satir. summum certamen inter homines erat, ne quid profuturum sæculis diu lateret.

83 *Tentando*] An meditando? An exercitando? Utroque modo. Namque ex Philon. II. de Sacris, artium inventio recensetur inter mentis encomia. Et ex Cic. Divin. II. observatio diurna notandis rebus fecit artem. At ex Virg. Georg. I. 133. ipsa artium inventio refertur etiam ad usum et exercitationem: 'Ut varias usus meditando extunderet artes.' Lucr. v. 1451. 'Usus, et inpigræ simul experientia mentis, Paullatim docuit pedetentim progredienteis.'

85 *Tunc et lingua ... barbara, &c.*] Alii hæc interpretantur de grammatica. Alii melius hæc ad morum instituta, ad mentem Virgilii Æneid. VIII. 316. 'Quis neque mos, neque cultus erat,' &c. Veteres quippe ac primi homines ferarum more vivebant sine legibus, ac institutis, quæ postea sequentibus sæculis sunt edocti. Ego vero neque de grammatica, neque de morum cultu primo hæc interpretatus fuerim; sed de ipso potius linguæ ac loquelæ usu distinctiori ac magis exculto. Namque ut Diod. I. 1. de primo hominum exortu, deque prima illorum vita refert: 'Sonus oris cum confusus esset, paulatim discrevisse vocem aiunt; et res omnes suo nomine appellavisse.' Quod præclare Lucret. v. 1027. 'At varios linguæ sonitus natura subegit Mittere, et utilitas expressit nomina rerum,' &c. Immo subdit Diod. 'Verum cum diversis siti essent in orbis locis, non usos eisdem verbis ferunt.

Et fera diversis exercita frugibus arva,
Et vagus in cæcum penetravit navita pontum,
Fecit et ignotis iter in commercia terris.
Tum belli pacisque artes commenta vetustas.
Semper enim ex aliis alia proseminat usus.

variis segetibus; et nauta errabundus transiit in mare ignotum; et navigatio fecit negotiationem in regionibus incognitis. Denique antiquitas excogitavit disciplinas belli et pacis, namque experientia propagat perpetuo alias disciplinas ex aliis. Neque

****

usus modo repererat. Porro *dederunt* vetusti omnes.'—86 'Magis placet Regiom. qui pro *fera* dedit *fora* cum distinctione (:) i. e. Lingua accepit leges et *fora*, quæ cum juris dicendi, tum sermonis exercendi causa constituta.' *Stoeb.*—87 Vulg. *incertum*. Correxit Scal. ex Gemblac.—88 Omnes Mss. excepto Veneto, habent *itiner*, et sic Scal. Delph. et vulg. Mutavit Bent. in *iter in*: 'sane nimis vetustum pro Auctoris sæculo illud *itiner*. Fecit et terris ignotis iter, commerciorum causa. *Terris*, casu dativo, non idem quod *ad terras*; sed fecit, ut ignotæ iter inter se tentarent. Sic Ovid. Met. IV. 69. 'Et voci fecistis iter,' hoc est, ut vox iter haberet. et Met. XV. 106. 'Fecit iter sceleri,' et Art. Am. II. 332. 'In tabulas multis hæc via fecit iter.' Stoeber autem *itiner* retinendum mavult, quod frequens apud veteres poetas, quorum testimonia recitant Priscianus et Nonius: 'Tu modo fac, Nostri verba sic colloces: Itiner fecit commercia terris ignotis. Sensus erit: homines, ex quo cœperunt iter terra marique facere, longe dissitas gentes commercio junxerunt. Nam, ut ait Priscianus, 'Disjunctas gentes docuerunt jungere merces.' '—90 Vulg. *ex aliis alios*. Mutavit Scal. in *alias*, approbante Stoeb. Gemb. Bonin. et alii *alia*, quam lectionem tuetur Bent. 'si *alias* adsciscis, intelligendum erit ex priore versu *artes*. Sed libri veteres

NOTÆ

Propterea et diversos characteres extitisse, primosque hominum cœtus suæ quemque gentis initium fuisse,' &c.

86 *Fera*] Bene: sicut enim *barbara lingua*, ita *fera arva* domita sunt, et exculta.

87 *Vagus*] Nauticam artem primum invenisse Neptunum tradit Diod. VI. ex quo factum est, ut a poëtis Deus maris fingeretur. Plinius vero VII. 56. non Neptunum, sed Erythram regem; saltem hunc primum in mari Rubro navigasse ait, Tibull. Eleg. I. 7. primam navigandi artem Tyriis tribuit. Ego Noëmo tribuerim potius, quem Euseb. De Præp. Evang. X. Neptuno, Tyriisque facit natu grandiorem.

Cæcum] Ignotum, infidum. Sic Virg. Æn. V. 106. et Æn. III. 203. et Æn. I. 539. vocat vada *cæca*; et scopulos *cæcos*, et undas *cæcas*; et Lucret. I. 1102. primordia *cæca*, quippe quæ sensus fugiant.

88 *Iter in* [*Itiner*] Antiquata vox pro *iter*, quod prioris illius casus retinuit. Hic autem sumitur pro *navigatione*: Sic apud Terent. Hecyr. III. 4.

90 *Semper enim ex aliis, &c.*] Sic Lucret. V. 1455. postquam de omnium artium inventione et usu disseruit longius, concludit: 'Namque aliud ex alio clarescere corde videbant Artibus, ad summum donec venere cacumen.'

Ne vulgata canam; linguas didicere volucrum,
Consultare fibras, et rumpere vocibus angues,
Solicitare umbras, imumque Acheronta movere,
In noctemque dies, in lucem vertere noctes:
Omnia conando docilis solertia vicit:

cantabo vobis res communes. Homines cœperunt prœcognoscere voces avium; inspicere exta victimarum, et infringere serpentes verbis magicis; excitare manes; et exciere infimum Acheronta; et mutare dies in noctem, et noctem in diem. Industria capax hominum superavit et potuit omnia tentando. Neque mens hominis

alia: non solum artes sed res quascumque.'—91 Delph. et vulg. *Nec v. c. volucrum prædiscere linguas.* Alii *prædicere.*—95 Pro *docilis* Regiom. non admo-

NOTÆ

91 *Ne vulgata*] Non enim solum ad artes liberales et vitæ necessarias excogitandas impulit urgens rerum egestas; sed et ad magicas artes et incantamenta, divinationesque. Quas artes Manilius *non vulgatas* vocat. Sic Diod. III. 8. de Chaldæis scribit: 'Multi divinatione quædam futura prædicebant, ac tum auguriis, tum sacris, tum aliis quibusdam incantationibus, et mala avertere ab hominibus, et bona afferre, auguria insuper somniaque et prodigia interpretari consuevere,' &c.

Ling. didicere vol. [*volucrum prædiscere linguas*] Notat autem Poëta *augurium*, solum. Erat tamen et *auspicium* et *solistimum* seu *tripudium*. Triplex enim ex avibus fuit ars divinandi. Aliæ quippe aves volatu, ut alites; aliæ cantu, ut oscines; aliæ pastu, ut pulli pascentes, futura prædicebant. *Auspicium* a volatu avium; *augurium* a cantu seu garritu; *solistimum* seu tripudium a pastu ducebatur.

92 *Consultare fibras*] Aruspicium est, et extispicium. Antiqui enim *fibrum* vocabant et *fibras*, quæ rerum sunt extrema. Hinc viscera et exta animalium, seu potius extrema jecoris, cordis, pulmonis et extorum dicta sunt *fibræ*, in quibus vim inesse credebant aliquam, quæ futuros rerum eventus prænotaret.

Rumpere vocibus angues] En serpentum incantatio, quæ variis modis fiebat, 1. Cum medii disrumperentur serpentes. Ovid. Am. II. 1. 25. 'Carmine dissiliunt, abruptis faucibus, angues.' 2. Cum stupentes sistunt. Tibull. I. 8. 20. 'Cantus et iratæ detinet anguis iter.' Senec. Med. Act. IV. 3. Cum per soporem veneno exarmantur. Lucan. lib. VI. 'Humanoque cadit serpens afflata veneno.'

93 *Solicitare umbras*] Necromantia est, qua mortuorum manes seu umbræ, et inferorum imagines evocantur e sepulcris. Cic. I. Divin. Lucan. VI.

Acheronta movere] Dæmonum evocatio. Acheron enim inferorum est fluvius, qui vulgo pro inferis et dæmonibus usurpatur. Virg. Æn. VII. 312. 'Flectere si nequeo Superos, Acheronta movebo.'

94 *In noctemque dies, &c.*] Alterum incantamentum. Sic Medea apud Ovid. Metam. VII. 201. 'Nubila pello; Nubilaque induco: ventos abigoque, vocoque.'

95 *Omnia conando, &c.*] Quam sententiam sic retulit Virg. Georg. I.

Nec prius imposuit rebus finemque manumque,
Quam cœlum ascendit ratio, cepitque profundis
Naturam rerum claustris, viditque quod usquam est.
Nubila cur tanto quaterentur pulsa fragore ;
Hyberna æstiva nix grandine mollior esset,
Arderent terræ, solidusque tremisceret orbis,

fecit finem ac moderationem rebus tentandis ante, quam extulit se in cœlum : et cognovit naturam rerum ex causis absconditis, et inspexit quod est ubique, vidit quare nubes illisæ personarent tanto sonitu : cur nix hyemalis esset minus indurata, quam grando æstivalis : cur terræ dehiscerent ardore : et cur globus terrarum stabilis

dum male, *talis.*—96 Scal. Delph. et vulg. *modumque.* ‘ Elegans lectio est in vetustis omnibus *manumque.* Ovid. Heroid. XVI. 115. ‘ Imposita est factæ postquam manus ultima classi.’ et Met. VIII. 200. ‘ postquam manus ultima cœptis Imposita est.’ et XIII. 403. ‘ Imposita est sero tandem manus ultima bello.’ et Rem. Amor. 114. ‘ Supremam bellis imposuisse manum.’ Ita alii non raro.’ *Bentl.* ‘ Sic Cod. Lips. et Edit. Regiom. Neque tamen prorsus damnandum illud *modumque,* quod ante Scaligerum dederunt Ald. Rom. Pruckn. *Stoeb.*—97 Gemblac. Lips. Voss. *profundam:* Venetus *profundum:* ceteri omnes, qui recentiores sunt, *profundis.*—98 Scal. Delph. et vulg. *causis*, quod Bent. mutavit in *claustris.* ‘ *Cepit naturam ;* ut Noster I. 27. ‘ cepisset mundum ;’ et II. 127. ‘ prendere mundum.’ *Claustra naturæ,* ut Lucretius I. 71. ‘ confringere ut arcta Naturæ primus portarum claustra cupiret.’ Hæc opposita sunt : ratio et in cælum ascendit, et descendit in profunda naturæ claustra. Noster I. 541. ‘ ratio, cui nulla resistunt Claustra, nec immensæ moles, cæcive recessus.’ *Bent.* Stoeb. autem mavult reponendum *causis*, quod optimi Codd. præstant. Non enim humanæ rationis est, naturam rerum claustris comprehensam tenere. Asserit vero Manil. huic ætati eam

NOTÆ

145. ‘ Labor omnia vincit Improbus.’

97 *Quam cælum ascendit ratio, &c.*] Sic de Epicuro Lucret. I. 73. ‘ Ergo vivida vis animi pervicit, et extra Processit longe flammantia mœnia mundi ; Atque omne immensum peragravit mente animoque : Unde refert nobis victor quid possit oriri, Quid nequeat,’ &c.

99 *Fragore*] Tonitru. *Tonitru* enim sonitus est ; *fulmen*, lapis ; *fulgur*, coruscatio seu ignis. Dicemus autem quid sit, et cur fiat sonitus dum tonat, in illud Lucret. VI. 95. ‘ Principio, tonitru quatiuntur cœrula cœli,’ &c.

100 *Nix grandine mollior*] Nivem vocat *hybernam*, quia hyeme potissimum ningit : grandinem vero *æstivam*, quia præcipue æstate grandinat. Mollior autem nix est grandine, quod nix sit vapor, qui, priusquam in pluviam resolvatur, summo mediæ regionis aëris frigore congelatur, et in flocculos molliores decidit. Grando vero pluvia est, quæ dum decidit, in infima aëris regione, propter antiperistasim caloris congelatur, et in duriores grandinis globulos coalescit.

101 *Arderent terræ*] Nimia terræ siccitas et hiatus vulgo referuntur ad nimiam aëris intemperiem, nimiamque e terra erumpentium exhalationum abundantiam. Virg. Æn. III. 137. et seqq.

Cur imbres ruerent, ventos quæ causa moveret,
Pervidit; solvitque animis miracula rerum:
Eripuitque Jovi fulmen viresque tonandi,
Et sonitum ventis concessit, nubibus ignem.
Quæ postquam in proprias deduxit singula causas,
Vicinam ex alto mundi cognoscere molem
Intendit, totumque animo comprendere cœlum;
Attribuitque suas formas, sua nomina signis;
Quasque vices agerent, certa sub sorte notavit:
Omniaque ad numen mundi, faciemque moveri,

contremeret: cur pluviæ caderent: quæ causa excitaret ventos; vidit hæc omnia, et eripuit mentibus hominum admirationes rerum; et detraxit Jovi fulmen, et potentiam tonandi, et attribuit tonitrum ventis, et ignem fulmineum nubibus. Quas res singulas ubi primum ratio distribuit in suas causas, conata est perspicere massam cœli proximam e superiori parte, et complecti mente omne cœlum; et assignavit singulis sideribus suas imagines, et sua nomina: et observavit quas vicissitudines haberent cum constanti ordine; et observavit cunctas res agi secundum vires, et

scientiæ perfectionem, quæ in superiori desiderabatur, vs. 72.'—104 Vetusti codd. *tonantis*, et sic Scal. 'nam qui legebat *tonanti*, valde, ut in plerisque omnibus, hallucinabatur. Sed asinis respondere, asinorum est, non hominum.' 'Vetusti *tonantis*, quam lectionem si admitterem, tunc legere vellem *nomen v. q. tonantis*, sed recentiores duo *tonandi*: atque id placet. Ita Noster I. 368. 'Lacte fero crescens ad fulmina vimque tonandi:' et IV. 903. 'Unus in inspectus rerum viresque loquendi:' sic apud Ovid. passim 'vires currendi,' 'nocendi,' 'sequendi,' 'loquendi.' *Bent.* 'Si vel unus sincerus Codex faveret, mallem scribere *nomen*.' Stoeb.—110 Delph. *lege*, et sic codd. vetustiores: correxit Scal. ex Gemblac. 'Sed ita ut *sors* sumatur pro vice,

NOTÆ

102 *Cur imbres ruerent*] Supra vs. 99.

Ventos quæ causa moveret] Quatuor ventorum vulgares causas; materialem, formalem, efficientem et finalem referemus in Lucret. VI. ubi de his plura.

103 *Solvitque animis miracula, &c.*] Ex ignorantia nascitur admiratio. Ea enim solum admiramur, quorum nos causa latet. Vera igitur rerum cognitio per veras causas tollit omnem rerum admirationem. Lucret. I. 147.

104 *Eripuitque Jovi fulmen*] Veteres quippe ex superstitione, vel ex summa potius rerum ignoratione, Jovem fulminis et tonitrus auctorem fecerunt, Lucret. VI. 1185. et seqq. Cic. Divin. II.

107 *Ex alto*] E superiori parte. Locutus enim est de aëre, et meteoris: jam vero agit de cœlo superiori, quod superne vicinum est aëri.

Mundi] Cœli, vs. 3.

109 *Formas*] Figuras, imagines, quarum aliæ humanæ, aliæ ferinæ, aliæ aliarum rerum signis tribuuntur.

110 *Vices*] Vicissitudines, motus; vel, munia, sortes.

111 *Omnia*] Hæc inferiora cuncta.

Numen mundi] Divinitatem cœli, nutumque; æternam ac cœlestem ra-

Sideribus vario mutantibus ordine fata.
Hoc mihi surgit opus, non ullis ante sacratum
Carminibus. Faveat magno fortuna labori,
Annosa et molli contingat vita senecta,
Ut possim rerum tantas evincere moles,
Magnaque cum parvis simili percurrere cura.
  Ac quoniam cœlo descendit carmen ab alto,

formam cœli, stellis variantibus fata rerum ex diversa dispositione. Id operis, quod nullis versibus antea fuit consecratum, exoritur mihi canendum. Fortuna igitur obsecundet huic tam magno operi; et vita longæva concedatur mihi cum senectute quieta, ut queam exire tam magnas difficultates rerum, et observare pari diligentia res magnas cum parvis. Et quia poësis venit e summo cælo, et series decreta

lege, et ordine.' *Delph.*—112 Mss. omnes *variis:* correxit Scal.—116 Scal. Delph. et vulg. *emergere.* Mutavit Bent. 'In Mss. qui scribendi compendia sectantur, *emgere* et *euicere*, non nisi litera differunt.' Stoeb. autem dissentit: 'Huic emendationi favere videtur unus Virg. locus Æn. II. 497. Codd. vero universi habent *emergere*, quod quidem active sumtum vix alibi reperiri ait Huetius. Sed legerat in membranis Ovid. Heinsius, qui illud auctori vindicavit Fast. III. 367. 'totum jam sol *emerserat orbem.*' Plura ibi exempla prodidit vir doctus, quæ, *se emergere*, non minus Latine ac illud dici, probant. Sunt et codd. nonnulli, in quibus Heinsio lectum *evolvere*. Hoc nostri loci est. Habet Cod. Sus. notante Anon. Anglo. Ecquid voci *moles* jungi aptius potest? Sic Ennius apud Macrob. 'Quis potis ingentes oras evolvere belli?' Ovid. Metam. XV. 152. 'seriem evolvere fati.' *Stoeb.*——118 Scal. Delph. et vulg. *Et q. c. carmen descendit.* correxit Bent. ex codd.

NOTÆ

tionem, 35. 39. 64. ubi dictum est de utraque cœli facie, interna et externa: namque per exteriorem, intelligitur cœlorum exterior facies et conspectus; per interiorem, ratio divina, seu Deus ipse, quo cuncta aguntur.

112 *Fata*] Fatales rerum eventus, vs. 1.

113 *Non ullis ante sacratum*] Sic vs. 6. 'Hospita sacra ferens nulli memorata priorum.'

114 *Fortuna*] Recte Fortunam Deam invocat, qui de fato fortunæque casu vario dicturus est. Namque ex Cic. I. Ac. qq. Deus ipse fatalisque rerum necessitas aut prudentia dicitur *fortuna*. *Fortunam* autem utramque, adversam et secundam, veteres fecere Deam, utpote cujus nutu et arbitrio mala pariter ac bona omnia evenire crederentur. Plin. II. 7. et Manil. III. 525.

115 *Annosa et molli, &c.*] Non igitur senex Manilius, dum hoc opus est aggressus, qui senectam sibi mollem et annosam exoptat.

116 *Evincere* [*emergere*] *moles*] Exire difficultates. Metaphora sumta ab iis, qui ex aquis sese emergunt.

118 *Carmen ab alto, &c.*] Et metri, et carminis, quæ poësis est, ratio. Utrumque enim nobis a Deo concessum est, inquit Diod. VI. Unde poëtæ dicuntur *divinum genus*, Ovid. Art.

Et venit in terras fatorum conditus ordo,
Ipsa mihi primum naturæ forma canenda est,
Ponendusque sua totus sub imagine mundus:
Quem sive ex nullis repetentem semina rebus
Natali quoque egere placet, semperque fuisse,
Et fore, principio pariter fatoque carentem:
Seu permixta chaos rerum primordia quondam
Discrevit partu, mundumque enixa nitentem
Fugit in infernas caligo pulsa tenebras:
Sive individuis, in idem reditura soluta,

fatorum descendit quoque e cælo in terras, principio figura ipsa naturæ est mihi cantanda; et omnis hic mundus constituendus est sub sua forma. Seu creditum est ipsum non ducentem sua primordia ex ullis rebus carere etiam primordio nativo, et fuisse ab omni tempore, et futurum esse, non habentem initium similiter ac finem: sive chaos aliquando per generationem distinxit principia rerum, quæ erant confusa; et confusio discussa tandem abiit in tenebras Tartareas, postquam peperit mundum bene ordinatum: sive mundus constat ex primordiis insecabilibus, reversurus

veterrimis. *Ac* tantum mutavit quod illi *at*.—128 ‘Hic ét tres versus seqq. spurii sunt, et a manu indocta. Epicuri hoc dogma longe luculentioribus

NOTÆ

III. 549. ‘Est Deus in nobis; et sunt commercia cœli; Sedibus æthereis spiritus ille venit.’

119 *Fatorum ordo*] Ratio fatalium eventuum, qui hominibuś contingunt: sic vs. 261.

120 *Naturæ*] Mundi hujus, et universi.

122 *Quem sive ex nullis, &c.*] Varias de primo mundi hujus exortu opiniones relaturus poëta, principio Aristotelis sententiam proponit. Is enim I. de Cœl. 10. 11. 12. docet mundum ingenitum esse et æternum; hoc est, principio et fine carentem.

Semina] Principia, primordia, originem.

123 *Natali*] Sup. *die*, vel *ortu*, i. e. natalitio, nativa origine.

124 *Fato*] Fine, interitu: sic vs. 184. ‘Solisve assiduos partus et fata diurna.’ Id est, diurnos interitus et ortus: vs. 1. et IV. 16. 90.

125 *Seu permixta chaos, &c.*] Hesiodi sententia in Theog. qui primum omnium fuisse *chaos* docuit, hoc est, informem rerum confusionem ac caliginem, ex qua terra cœlumque, hoc est, nitor et ornatus ille mundi, quem cernimus, partu fuit discretus in suas species. Immo ex quo pariter nigra Nox et Erebus sunt orti.

126 *Nitentem*] Alludit ad mundi ipsius appellationem; mundus enim Græce *κοσμὸς*, *ornatus*, dicitur, et *nitor*. Buchan. de Sphæra I. ‘Omnia complexum gremio longæva vetustas, Admirata decus varium, pictique nitorem Ætheris, et puros radiati luminis orbes, Uno appellari consentit nomine mundum.’

127 *Fugit in infernas, &c.*] Ad mentem Hesiodi, qui, post terram et cœlum, docuit Erebum seu infernum

Principiis natura manet, post sæcula mille ;
Et pæne ex nihilo sumtum est nihilumque futurum,
Cæcaque materies cælum perfecit et orbem :
Sive ignis fabricavit opus, flammæque micantes,
Quæ mundi fecere oculos, habitantque per omne

quidem in eadem primordia post mille sæcula, quando fuerit dissolutus ; et summa fere ex nihilo constans, et reditura fere in nihilum, et corpora invisibilia, formaverunt cælum et globum terrarum : seu ignis fecit opus mundi ; et ignes lucentes, quæ fecerunt oculos mundi, et insunt in toto corpore illius, et fabricant in cælo ful-

verbis enarratur infra, atque ibidem refutatur et spernitur, ut I. 493. 'nec Forte coisse magistra, Ut voluit credi qui primus mœnia mundi Seminibus struxit minimis, inque illa resolvit.' Quomodo igitur hic ut probabile ponitur, quod illic improbatur? Vide insuper sermonis barbarismos : *in idem* reditura, pro *in eadem ;* principia scilicet. *Sumtum est nihilumque futurum,* pro *sumta* et *futura ;* nempe *natura.* Vide et ignorantiam hominis : quasi Epicuri individua *pæne nihilum* vel ipsum *nihilum* essent : quæ ad infinitos mundos condendos sufficere potuissent.' *Bent.*—130 Mss. veteres *summum,* et sic

NOTÆ

et noctem, hoc est, tenebras tartareas, ortum pariter suum duxisse e chao, in Theog.

128 *Sive individuis, &c.*] Democriti et Epicuri sententia, qui primum rerum principium *atomos* fecerunt, hoc est, corpora individua, insecabilia, quæque sub sensum non cadant, sed quæ sola ratione percipiantur.

In idem reditura] Sicut enim Epicurus ex atomorum conciliatu cæco ac temerario mundum exortum esse voluit, ita ex earundem dissolutione aliquando interiturum dixit, et in easdem atomos rediturum post mille sæcula, i. e. post longa tempora. Teste Lucret. II. sub finem. Immo vult Lucretius ibid. 1150. mundum jam in suo senio esse.

129 *Natura*] Mundus, vs. 120.

130 *Sumtum* [*summum*] Summa naturæ, mundus, qui pæne ex nihilo factus, pariter in pæne nihilum est reversurus : quippe ex atomis coalescit, quæ corpora sunt adeo exigua, ut vix aliquid sint ; immo fere sint nihilum. Male ergo Gemb. *Sumtum est.* Cui male suffragatur Scaliger. Ad quid enim illud *sumtum est* referretur ?

131 *Cæcaque materies*] Atomi. Corpora prima, quæ *cæca materies* dicuntur, quia sub sensus non cadunt. Lucret. I. 278. 296. et alibi passim.

132 *Sive ignis, &c.*] His 3. vss. Hippasi et Heracliti sententia, qui mundum ex igne tanquam primo principio exortum voluerunt. Plutarch. Pl. 18. Diog. Laërt. IX. Quam sententiam præclare refutat Lucret. I. 635. et seqq.

Flammæque micantes] Stellæ, quas ex igne tanquam ex materia compactas scribit Plin. V. 5. Quas ignem ex communi Ægyptiorum philosophorum consensu dicit esse Diog. I. Quas igneas vocat Virg. Æn. IV. 352. Sed de his plura, Plut. Plac. II. 13.

133 *Mundi oculos*] Veteres enim credidere mundum esse quoddam animal, cujus oculos stellæ facerent.

Habitantque per omne Corpus] Sic vs. 848. 'Sunt autem cunctis permixti

Corpus, et in cœlo vibrantia fulmina fingunt:
Seu liquor hoc peperit, sine quo riget arida rerum
Materies, ipsumque creat, quo solvitur, ignem:
Aut neque terra patrem novit, nec flamma, nec aër,

mina coruscantia. Sive aqua generavit hoc opus, sine qua materia rerum exsiccata arescit, et haurit avide ipsum ignem, per quem interit. Vel sive neque terra agnovit genitorem, neque ignis, neque aër, vel aqua agnoscunt genitorem, et componunt

Delph. correxit Scal. ex Gemblac.—136 Scal. ex Gemblac. *vorat*, consentiente Lips. et sic Delph. vulg. *vocat*. 'Utraque lectio melior Bentleiana. Liquor *vorat* ignem et ignis liquorem. *Vocat* autem liquor ignem, i. e. cupit, requirit ad excitandum et continuandum motum, ad expellendos vapores atque rarefaciendos.' *Stoeb.* Nostram lectionem sic defendit Bent. 'Elegantissime,' inquit Scaliger, 'liquor vorat ignem, et ignis liquorem.' Sed hoc nunc non agitur, quid ignis *voret*, sed quid *pariat*. Sive aqua, inquit, cetera elementa, ipsumque, a quo disperditur, ignem *creat*. Quod ut re mira-

NOTÆ

partibus ignes.' Nempe ad mentem Heracliti, qui dixit totum corpus mundi, hoc est, omnes mundi partes, ex igne nasci.

134 *In cœlo fulmina fingunt*] In æthere. Fulmen enim fabricatur et accenditur in nubibus. Quod innuit, supra vss. 104. 105. et 849. 'Sunt autem cunctis permixti partibus ignes, Qui gravidas habitant fabricantes fulmina nubes.' Sic Lucret. VI. 245. et seqq.

Fulmina] Non solum vorticem, seu lapidem igneum, quod *fulmen* vulgo dicitur, sed et coruscationes, et fulgetra, quod *fulgur* vocamus. Lucret. VI. 296. et seqq.

135 *Seu liquor, &c.*] His 2. vss. Thaletis Milesii sententia, qui, testibus Laërt. I. et Plutarch. I. plac. 3. principium omnium aquam esse dixit. Quam refutat Lucret. I. 708. et seqq.

Rerum Materies, &c.] Quasi primum rerum principium arescat omnino sine aqua, nec res generari possint. Unde vulgo cuncta creari dicuntur ex humido et calido.

136 *Creat*] *Vorat* Gemb. Bene, i. e. rapit, avide haurit. Thales enim voluit ex aqua primum fieri ignem, ex igne aërem, ex aëre terram. Et rursum terram resolvi in aërem, aërem in ignem, ignem in aquam. Non absimili ratione, quam Heraclitus dixit, ex igne primum densari aërem, ex aëre liquescere aquam, ex aqua solidari terram. Et iterum terram liquescere in aquam, aquam densari in aërem, aërem rarescere in ignem. V. 133. not. Minus ergo bene alii, *vocat*, i. e. cupit, desiderat.

Quo solvitur] Vel, per quem interit, vel in quem resolvitur. Aquam enim, ut monui, primum in ignem solvi et mutari voluit Thales.

137 *Aut neque terra patrem, &c.*] His 8. vss. Empedoclis sententia, qui quatuor elementa simul, ignem, aërem, aquam, terram, amicitiamque qua copulantur, et discordiam, qua dissideant, primum rerum principium esse docuit. Sex. Empir. VIII. Lucret. I. 715. &c.

Aut humor; faciuntque Deum per quatuor artus;
Et mundi struxere globum, prohibentque requiri
Ultra se quicquam: cum per se cuncta creentur;
Frigida nec calidis desint, aut humida siccis,
Spiritus aut solidis; sitque hæc discordia concors,
Quæ nexus habiles, et opus generabile fingit,
Atque omnis partus elementa capacia reddit.

Deum ex quatuor membris, et fecerunt orbem mundi; et vetant, aliquid aliud investigari, quod sit ante se ipsa, quia res omnes fiunt ex iis quatuor, ne res frigidæ deficiant rebus calidis, vel humidæ siccis, vel aër densis; ut hæc pugna sit concordans, quæ scilicet facit vincula apta, et rem, quæ creari possit, et quæ facit quatuor prima principia apta ad omnem generationem. Quicquid sit, ratio originis mundi,

bile, ita dictu argutum, et re vera elegantissimum.'—140 Scal. Delph. et vulg. *tum p. s. c. creantur*. Correxit Bent. *Cum* vetusti omnes: *creentur* Lips. pro varia lectione.—141 Scal. Delph. et vulg. *ne*. 'In vitio est illud *ne*: non ideo creantur *ne* desint; sed quia creantur, ideo non desunt. Lege *nec*. Sex codd. quorum duo vetusti, *nec* habent.' *Bent.*—142 Ms. Lips. *consors*.—143 Lips. *Quem n. habilis*. Regiom. *Quam n. habilis*. Rom. Ald. et Pruckn. *Quam n. habilisque*. Correxit Scal.—144 Cod. Lips. *rapacia*, et *red-*

NOTÆ

138 *Deum*] Universum: mundum, qui 'dicitur Deus, quod non immortale tantum animal sit, ut plenum inclytæ rationis ex illa mente purissima; sed quod etiam virtutes omnes, quæ primæ omnipotentiam summitatis sequuntur, aut ipse faciat, aut contineat.' Macrob. Saturn. I. 17. Unde per metaphoram Manilius vocat quatuor elementa, quatuor *artus* seu *membra*, ex quibus Deus seu *mundus* componitur.

141 *Frigida nec* [*ne*] *calidis, &c.*] Ideo quatuor simul elementa statuit esse prima rerum principia, quod quæque suam primariam, ut vocant, qualitatem haberent, quæ concordi pugna temperari debuit. Est enim in igne summus calor; in aëre summum frigus; in aqua summa humiditas; in terra summa siccitas. Igitur si ex igne solo cuncta nascerentur, ignescerent; si ex aëre solo, frigescerent; si ex aqua sola, humescerent; si ex terra sola, exsiccata arescerent. Hæc ergo mutuo temperari debuerunt ad rerum generationes.

142 *Spiritus*] Aër, qui sua natura rarus intercipitur rebus, ne densæ solidæque omnino fiant.

Discordia concors] Ad Empedoclis mentem, qui voluit inter quatuor elementa amicitiam qua copulentur, et discordiam qua dissideant. Sext. Emp. IX. Diog. Laërt. VIII. Hanc autem discordiam concordem vulgo vocant philosophi 'combinationes primarum in elementis qualitatum.' Quarum ex concordia et discordia simul res generari putat Empedocles.

143 *Quæ nexus habiles, &c.*] I. e. Quæ discordia concors res copulet, in generationem et ortum. Male Gemb. 'Quem nexus habile,' &c.

Opus generabile] Rem generabilem, quæ possit creari et gigni.

Semper erit genus in pugna; dubiumque manebit,
Quod latet, et tantum supra est hominemque Deumque.
Sed facies quacumque tamen sub origine rerum
Convenit, et certo digestum est ordine corpus.
Ignis in æthereas volucer se sustulit oras,
Summaque complexus stellantis culmina cœli,

quæ jam nunc ignoratur, et adeo est supra hominem et Deum, erit perpetuo in controversia, et restabit incerta. Attamen sub qualicumque initio forma rerum constat certa, et totum opus dispositum est juxta certum ordinem. Scilicet ignis levis ascendit in regiones ætheris, et assecutus alta culmina cœli stelliferi, exstruxit am-

---

dunt pro *reddit.*—146 Edd. vetustiores omnes *superest hominumque deumque.* ‘Pro *superest*, Gemblac. habet *supra est*. Rectissime. Nunquam, inquit, ejus rei origo patebit, utpote quæ lateat, atque adeo *supra* ipsum Deum sit, nedum hominis captum: *τὸ superest* ineptissimum erat.’ *Scal.* Assentitur Bent. ‘Frustra Huetius litem moveat de *super*, (et sic Delph.) Idem contra Scal. explicat supra hominis captum et Dei potestatem. Frustra hoc quoque; non enim potestas, sed scientia requiritur ad solvendam quæstionem de mundi origine.’ Stoeb. antiquam lectionem, *superest hominumque deumque,* non ita malam censet, uti visum est Scal. et Bent. ‘Videtur enim Auctor reddere rationem velle, cur de origine mundi nihil certi statuere quisquam possit, scil. quod tot supersunt homines quot Dii: unde dubium semper erit, num mundus cum Diis, an ab iis, an post eos natus sit.’—147 ‘Rectius cod. Lips. et cum eo Regiom. Ald. Rom. Pruckn. *quæcunque.* Ait enim: Quæcumque sit origo mundi, sive habeat principium, sive non, nam id in dubio est, non dubitatur tamen de forma.’ *Stoeb.*—149 Omnes Mss. et edd. *auras:* mutavit Bent. ‘Hoc plane perversum; licet omnes codd. agnoscant. Ignis enim supra *auras* evolavit; quas aër, sive æther, sive spiritus constituit; et, si sustulit se in *auras*, auræ ibi fuerunt ante ignis ascensum. Repone *oras.*

NOTÆ

145 *Semper erit genus in pugna, &c.*] I. e. Nunquam certum constabit, quæ prima fuerit mundi origo; sed semper in controversia erit inter philosophos. Quippe quæ cognitio sit supra hominumque Deorumque mentem. Impia sane hæc sententia. Lateat enim quantumvis mentes hominum, at Deum saltem latere non potest.

147 *Facies*] Vultus exterior. Ordo, scilicet, et series, quam inter mundi partes conspicimus, sed præcipue inter quatuor elementa, quæ primæ sunt mundi partes, et de quorum ordine jam poëta dicturus est his 26. vss. seqq.

148 *Corpus*] Totus mundus, qui corpus dicitur, quia ex partibus constat præcipue quatuor, quæ quatuor sunt elementa.

149 *Ignis in æthereas, &c.*] Hunc igitur inter elementa constituunt omnes ordinem, ut ignis, quia levis, in summum æthera ascenderit, aër, quia minus levis, infra ignem extendatur, aqua, quia gravis, circumfluat ad terram, terra denique, quia gravior, in imo loco jaceat. Lucret. v. 450. ad 510.

Flammarum vallo naturæ mœnia fecit.
Proximus in tenues secessit spiritus auras,
Aëraque extendit medium per inania mundi:
Ignem ut flatus alat vicinis subditus astris.
Tertia sors undas stravit fluctusque natantes,
Æquoraque effudit toto nascentia ponto:

bitus mundi sepimento suarum flammarum. Flatus venit vicinus in regiones inanes, et explicuit ipsum aëra medium per spatia vacua mundi. Scilicet spiritus infra positus nutrit ignem, qui est proximus stellis. Tertia pars elementorum extendit aquas, et undas fluctitantes per latas planities surgentes in toto mari; scili-

Lucret. et alii passim.'—152 Scal. Delph. et vulg. *descendit*. Mutavit Bent. 'Mirum vero *descendisse* spiritum sive aëra, cum ignis se sustulerit. Ergo ante descensum inter ignes locum habuit. Vides τὴν ἀτοπίαν. Sed neque *descendit* neque ascendit in *auras:* auræ enim non locus ætheris, sed materies: lege ergo *secessit:* rarefactus secessit; rarescebat in auras. Noster infra 162. 'Quoque magis puras humor secessit in auras.' Ovid. Fast. v. 375. 'tenues secessit in auras.' *Bent.*—154 Delph. et vulg. *Ignem flatus alit vicinum s. a.* Scal. *vicinis*. 'Posita distinctione (.) post hoc *mundi*, uti in Ed. Regiom. Rom. et Ald. melius est cum Scalig. legere, *Ignem flatus alit*, *&c.* In quibus nihil mutat Ms. Lips. Nec Rhodiginus aliter legit L. A. I. 13. Cf. Nostr. infra vs. 157. sq. et III. 52. sq.' *Stoeb.* Nostram lectionem sic defendit Bent. 'Hoc quia nullo nexu prioribus cohæret, sine omni Venere est. Lege *ut flatus alat*, plane ut mox 157. 'ut liquor exhalet...vomat...pascat.' Recti autem hic flatus pro aëre; quia ignis flatu excitatur et augescit.'—155 Vetust. codd. *flatusque*. Correxit Scal. ex Gemblac.—156 Delph. et vulg. *perfundit*. Scal. *perfudit* ex Cod. Gemblac. 'Hoc *fluctus* autem in Chirographis cum hoc *flatus* sæpius permutatum. Exemplo sit Lucan. v. 559. 'pelagus flatusque negabunt.' Ubi male quidam, *fluctusque*. Idem nostro accidit loco. Cod. autem Lips. et Editi vetustiores præstant *flatusque*, quod vehementer probo.' *Stoeb.*—156 Delph. et vulg. *perfundit*. Scal. *perfudit*. Mutavit Bent. 'Sic quidem codices: et Scaliger ad locum, 'Trajectio,' inquit, 'Maniliana: id est, fluctus natantes fudit per æquora.' Displicet hoc Huetio; qui aliam

NOTÆ

151 *Naturæ mœnia*] Cœlos, qui suo ambitu, tanquam vallo, totum mundum circumcingunt. Sic III. 48. Sic Lucret. I. 73. 1094. et alibi passim.

152 *Spiritus*] Aër, qui et *flatus* dicitur. Fluidus enim quasi flatu aut spiritu agitatur et extenditur aër.

154 *Ignem flatus alat, &c.*] Quia, ut ait Cic. 2. Nat. Deor. nullus ignis in his inferioribus potest esse sine aliquo pastu, credidere veteres ignem in æthere et sideribus, marinis et terrenis humoribus ali, quos in aëra terra ac mare perpetuo evomant. Atque ita sibi mutue alimentum præbere elementa, ut terra pascat aquam, aqua aërem, aër ignem, et vicissim.

155 *Tertia sors*] Aquæ elementum, quod tertium est ordine et situ, vs. 149. Porro *sors*, inquit Varro, dicitur a serie seu ordine.

156 *Effudit* [*perfundit*] Pro *fundit per æquora*. Quæ trajectio familiaris est Manilio. Sic 53. *Imponat* pro *ponat in*, &c.

Ut liquor exhalet, tenues atque evomat auras;
Aëraque ex ipso ducentem semina pascat.
Ultima subsedit glomerato pondere tellus,

vel ut aqua emittat et effundat vapores tenues, et nutriat aëra, qui trahit suam originem ex ipsa. Terra jacuit infima præ sua gravitate conglobata, et lutum mix-

constructionem asciscit: cui tamen deest conjunctio *et*, sententia turpiter hiante. O miseram Auctoris sortem! si sic toties excusandus est. Tu lege *Æquoraque effudit.* Ita II. 225. 'Cancer, et effuso gaudentes æquore pisces.' Ovid. II. Amor. XVI. 25. 'Charybdis Fundit, et effusas ore resorbet aquas.' *Bent.* 'Ita emendare visum est Bentleio et ante eum Barthio ad Stat. Theb. IX. 438. Damnat vero ille, quam hic laudat, Scaligeri interpretationem, qui constanti Codd. fide legit, *æquora perfudit*, sed per transpositionem hanc verborum structuram dedit, *fluctusque natantes fudit per æquora.* Non placet. Simpliciorem et, quod sibi persuasit, veriorem excogitavit Huetius: Tertia sors undas stravit et nascentia æquora toto ponto perfudit; h. e. inquit V. C. 'per recentes planities terræ effudit.' Cui, si nihil aliud impedimento esset quam defectus particulæ *que*, equidem subscribere nullus dubitarem. Verum illa, *fluctus stravit natantes* non sibi tantum invicem verum etiam Auctoris rationi aperte repugnant. Aliter Virg. Æn. v. 763. 'placidi straverunt æquora venti.' Ceterum bene habet hoc *effudit* in locis a Bentl. productis, e Nostro II. 225. et Ovid. II. Amor. XVI. 25. ubi de Aquario et Charybdi sermo est. In loco præsenti non item. Cur non dedit potius: *Et freta diffudit*, ex Ovid. Metam. I. 36. Ut taceam, illud *effundere* contrariam plane rei, de qua agitur, habere notionem; quod ex hoc Ciceronis dicto luculenter apparet: 'Mare conglobatur undique æquabiliter, neque redundat unquam, neque effunditur,' de Nat. Deor. II. 45. O miseram Auctoris sortem! quem turba Medicorum, ubi sanandum putat, ibi multo reddit ægriorem. Age vero, sublata in fine versus distinctione, quam nec illi qui præsto sunt Codd. agnoscunt, sic constituamus locum, ut non cum antecedentibus modo cohæreat, sed etiam cum sequentibus, quæ alioquin prorsus hiulca jacerent: 'Tertia sors undas stravit et perfudit flatus natantes æquora (toto nascentia ponto) ut liquor exhalet,' &c. Videbis profecto, ni aliorsum oculos habueris aversos, quam concinne eleganterque hæc dicta sint, et quam apte omnia sibi invicem respondeant. Durior quidem videri phrasis possit, *flatus natantes æquora.* Verum genuinam esse nemo dubitabit, nisi qui nondum legerit apud Martial. 'charta natabit aquas,' XIV. 196. et apud ipsum Maronem, 'fluvium innaret Clœlia,' non *Cœlia*, quod est in mendo apud Non. Marcell. p. m. 172. *Flatus* autem non *fluctus* requiruntur, ad exhalationes aquarum summo ætheri, in pastum quasi, transmittendas. Auctor Tullius, non ille jam adolescentulus, qui Aratea convertit, de Nat. Deor. II. 45. ubi 'Huic,' inquit, '(mari) continens aër, fertur ille quidem levitate sublimi, sed tamen in omnes partes se ipse fundit.' Et mox: 'Sunt autem stellæ naturæ flammeæ. Quocirca terræ, maris, aquarum vaporibus aluntur iis, qui a sole ex agris tepefactis et ex aquis excitantur,' &c. Hoc ipsum autem ventorum quoque agitationi tribuit l. c. cap. 10. his verbis: 'Atque etiam maria agitata ventis ita tepescunt, ut intelligi facile possit, in tantis illis humoribus inesse calorem.' Adde his quæ ad rem disserit Rhodig. L. A. I. 13. 16.' *Stoeb.*—157 Codd. vetust. et Scal. *U. l. e. tenuis, a. e. a.* correxit Bent.

NOTÆ

159 *Ultima subsedit, &c.*] Terra, utpote gravior, ultimum locum inter elementa tenet, ut dixi vs. 149. Sic Lucret. v. 450. 'Quippe et enim pri-

Conventitque vagis permixtus limus arenis,
Paulatim ad summum tenui fugiente liquore.
Quoque magis puras humor secessit in auras,
Et siccata magis strinxerunt æquora terræ,

tum cum arenis, quæ huc illuc vagabantur, congregatum est, aqua levi recedente minutatim ad superiorem locum. Et quo magis aqua abiit in aquas illimas, eo ma-

---

in *tenues*: 'Maniliani enim codices ubique in similibus verbis plurales accusativos per *is* scribunt. Non *tenuis liquor* ergo, sed *tenuis auras*: ut poëtæ omnes passim.'—160 Pro *convenit* legendum vult Stoeb. *concrevit*, 'quo verbo Virg. et Lucret. sæpius usi sunt de rebus in unum corpus conjunctis. *Limus* autem est concretio humoris cum re qualibet. Cf. Lucret. v. 496. seqq.' Delph. *limus commixtus*. Scal. *limus permixtus*. 'Meliore ordine vetusti omnes, ut *limus*, quod sententiam ducit, in arsi et sub ictu ponatur.' *Bent.*—162 Omnes Mss. et edd. ante Bent. *secessit in undas*, et in vs. seq. *terras* pro *terræ*. 'Hæc nullo sensu feruntur. Quid enim est, 'humorem secedere in undas?' Quid porro illud, 'siccata æquora magis stringere terras?' Immo necesse est, ut eo minus stringant. Sed facilis est emendatio, quam argumentum ipsum suppeditat. Corrige ergo, *Quoque magis puras humor secessit in auras, Et siccata magis strinxerunt æquora terræ*. Sententia jam clara: Quo magis aqua exhalans et rarescens in aëra secessit, et eam ob causam magis siccata æquora in cavas convalles recesserunt, ideo tandem, terra stringente, orbis terræ exiliit. Ovid. Met. xv. 245. 'resolutaque tellus In liquidas rorescit aquas: tenuatus in auras Aëraque humor abit.' Huetius ad locum; 'perverso,' inquit, 'sensu, vel potius nullo:' legique jubet, *Siccataque magis strinxerunt æquora terras.* Ubi vir summus in illud ipsum perversum incidit, quod volebat effugere. Si enim æquora magis magisque terras strinxissent, eo tardius, immo nunquam, terra arida emersisset.

NOTÆ

mum terrai corpora quæque, Propterea quod erant gravia, et perplexa, coibant In medio, atque imas capiebant omnia sedes.'

160 *Limus*] Quasi fæx, seu crassior aqua pulveribus arenosis immixta. Sic Lucret. v. 496. 'Sic igitur terræ, concreto corpore, pondus Constitit, atque omnis mundi quasi limus in imum Confluxit gravis, et subsedit funditus, ut fæx.'

Arenis] Pulveribus, cineribus. Buch. lib. I. de Sph. de Globo terræ: 'Quem circum amplexus fudit se mobilis humor, Pulvereumque globum terræ siccosque fluentem In cineres tinxit,' &c. Quas autem *arenas* vocat Manilius, Lucretius *atomos* dixit, seu corpuscula prima sicciora, ex quibus terra coalescat, v.

162 *Quoque magis puras, &c.*] Sic præclare Lucret. v. 484. 'Inque dies quanto circum magis ætheris æstus, Et radiei solis, cogebant undique terram Verberibus crebris, extrema ad lumina apertam, In medio ut, propulsa, suo condensa coiret; Tam magis expressus salsus de corpore sudor Augebat mare manando, camposque natanteis.'

163 *Et siccata magis, &c.*] Lucr. v. 448. 'Et seorsum mare utei secretum humorque pateret,' &c.

Strinxerunt] Corroserunt, cavave-

Adjacuitque cavis fluidum convallibus æquor,
Emersere fretis montes, orbisque per undas
Exsiliit, vasto clausus tamen undique ponto.
Imaque de cunctis mediam tenet undique sedem.

gis et maria exsiccata corroserunt terras, et mare liquidum subsedit in concavis campis, et montes exierunt e mari, et globus terrarum eminuit super aquas, circumseptus nihilominus immenso mari ex omni parte; et terra infima occupat medium

Recte terræ strinxerunt æquora: ut alibi IV. 627. 'Hæc medium terris circumdat linea pontum, Atque his undarum tractum constringit habenis.' *Bent.* Dissentit Stoeb. 'Lectione Huetii, si quidem opus, nulla præstantior. Etenim *strinxerunt* idem est ac absciderunt, ut apud Virg. Ec. IX. 61. 'Agricolæ stringunt frondes,' ubi Servius: 'amputant, decutiunt.' Quo sensu concinit Nostro Ovid. Met. I. 22. 'et terris abscidit undas.' At dudum observarunt viri docti hæc verba *stringere* et *struere* ab imperitis librariis sæpius esse permutata. Vide Heins. et Drakenb. ad Silium IV. 746. Eadem confusio apud Gratium Cyneget. 110. Cum autem hoc *stringere* eo quo diximus sensu nusquam alibi apud Nostrum occurrit, ipse vero supra 139. scripsit, 'Et mundi struxere globum,' equidem vehementer probo Cod. Lips. scripturam, '*humos secessit in undas, Et siccata magis struxerunt æquora terras.* Accedit Cod. Susian. qui similiter *struxerunt*, notante Anon. Anglo. Sensus verborum hic erit: Quo magis humidum per associationem particularum homogenearum *in undas*, i. e. in suos alveos, secessit, *Et siccata magis æquora*, i. e. loca quæ æquoribus superfusa erant, ob secessionem aquarum siccata, *struxerunt*, accumularunt, terras, ut supra æquor attolli viderentur.' *Stoeb.*—164 Edd. Regiom. Rom. et Ald. *fluvidum*, 'quod ne dubitem alteri præferre, facit Lucret. II. 463. 'quæ fluvida constant Sudor uti maris est,' ubi sudor vel udor idem quod unda maris. Pergit Noster: hic cum *fluvidum æquor* ob gravitatem aquarum specificam profundum peteret, et in *cavis* quasi *convallibus* adjaceret terris eas circumcirca premens et urgens, *Emersere fretis montes, &c.*' Stoeb.—167 'Iterum versum spurium habemus, et vel furca expellendum. *Ima*, inquit, et volebat *tellus*. Atqui *orbis* masculinum nomen præcesserat. Deinde omnes Codd. seq. vs. *illo*, non *illa*, quod priorem τῆς νοθείας plane damnat. Quid, quod Auctor mox eandem rem dicit, 'medium totius et imum est?'' *Bent.* Renuit Stoeb. 'Putaveram olim pro *imaque* legi posse et debere *itaque* vel *illaque*. Nunc vero Auctoris scriptionem agnosco proboque. Videtur imitatus illud Virg. Æn. IV. 24. 'Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat! Frustra vero in contrarium urget Bent. *orbis* masc. gen. præcessit, non *tellus*. Attendit enim Auctor τὸ σημαινόμενον non τὸ ῥητόν. Pariter Ovid. Met. XIII. 821. 'Hoc pecus omne meum est; multæ quoque vallibus errant: Multas sylva tegit.' Et Cic. in Timæo: 'singularem Deus hunc mundum atque unigenam procreavit.' Non

NOTÆ

runt, exederunt. Sic Lucret. I. 487. Virg. Georg. I. 317. et Æn. VIII. 63. 'Ego sum, pleno quem flumine cernis Stringentem ripas.' Id est, rodentem, latenter exedentem. Unde Lucret. V. 256. 'Ripas radentia flumina rodunt.'

166 *Clausus*] Mare pariter clauditur terris undique. Lucret. I. 1000. 'Terra mare, et contra mare terras terminat omneis.'

Idcircoque manet stabilis, quia totus ab illo
Tantundem refugit mundus: fecitque cadendo
Undique ne caderet. Medium totius et imum est.
Ictuque contractis consistunt corpora plagis,

locum inter omnes res. Et ideo stat immota, quod totus mundus recedit æqualiter ab ea; et quod effecit deprimendo seipsam ex omni parte, ne interim delaberetur. Est medium et centrum universi. Et cetera corpuscula percussa ictibus brevibus

est enim 'unigena' ejusdem formæ ac 'indigena:' sed uti 'omnigenus,' ita etiam 'unigenus' pro 'unigenitus' dici, fas est ut credamus. Vid. Loc. in Frag. Cic.'—168 Scal. Delph. et vulg. *ab illa.*—171 Hunc et vs. seq. rejiciendos putat Bent. 'Vide modo ista, et litera eadem ter iterata, et syllabarum paritate, deformia; *contractis consistunt corpora*, cum alias rotundissimos versus Noster effingat. Quid quod hæc præcedentibus repugnent? Non enim ex sententia Auctoris, ictibus, plagis, verberibus terra in imum ab igni et æthere compulsa est; sed ignis et æther sponte sua et ingenita levi-

NOTÆ

168 *Stabilis*] Thales Milesius putavit terram aquis supernatare, atque ab iis sustentari ne decidat. Diog. Laërt. I. Anaxagoras voluit terram ab aëre supposito sustineri, quem lata sua figura circumprimit. Diog. II. Philolaus terram ad motum primi mobilis moveri dixit. Diog. VIII. Democritus docuit tellurem initio quondam fuisse localiter vastam, donec sua gravitate ponderosior subsederit. Diog. IX. Heraclides moveri quidem voluit, sed neque in orbem neque localiter. Plutarch. III. Plac. 13. Sacræ autem scripturæ nos docent terram stare immotam.

Quia totus, &c.] Sic Anaximander, testibus Plutarch. et Diog. citatis, censuit terram, ex quo semel in medio mundi sita est, ita se habuisse ad omnia extrema, ut cum non esset ratio cur in hanc potius, quam in illam partem feratur, ibi interim quasi æquis ponderibus librata maneat.

170 *Medium totius et imum est*] Quæ Aristotelis ratio fuit. Cum enim opinaretur medium mundi esse infimum locum, ad quem omnes terræ partes sponte tenderent, credidit hunc esse terræ naturalem locum, unde, nisi illata vi, abduci per partes etiam non possit.

171 *Ictuque contractis, &c.*] Ad Epicuri doctrinam, qui plagis ac ictibus atomorum res coalescere docuit. Et quo frequentior ictus ac repercussio mutua foret, eo res creatas ex iis magis consistere et consolidari voluit. E contra, quo longioribus intervallis sese repercuterent et occurrerent sibi mutuo atomi, eo res concretas rarescere magis, II. 97. 'Partim intervallis magnis conflicta resultant: Pars etiam brevibus spatiis vexantur ab ictu; Et quæcumque magis,' &c. Vult igitur Manilius ideo terram in medio mundi stabilem consistere, ex eo quod cunctæ illius partes præ gravitate sua ita se mutuo quasi ictibus brevibus propulsent, dum ad centrum mundi tendunt, ut ipsæ sese mutuo cohibeant, et impediant ultro citroque abire.

Et concurrendo prohibent in longius ire.
Quod nisi librato penderet pondere tellus,
Non ageret currus, mundi subeuntibus astris,
Phœbus ab occasu, et nunquam remearet ad ortus:
Lunave summersos regeret per inania cursus:
Nec matutinis fulgeret Lucifer horis,

subsidunt, et conveniendo in se invicem impediunt sese vadere ulterius. Quod si terra non esset suspensa ex gravitate quasi ad libram æquata, sol non conficeret circuitum mundi ad occidentem, et nunquam reverteretur ad orientem stellis subsequentibus illum: aut luna reduceret suos currus per spatia ætheris, postquam fuerint tincti aquis: nec Lucifer præluceret temporibus matutinis, qui Hesperus miserat

tate sursum se ex imo sustulerunt.'—172 'Huetius rescribi vult, *prohibentur longius ire.* Sed frustra. Tametsi enim *longius ire* Ovidio et aliis usitatum; non minus tamen frequenter apud Auctores non dissimulandos hæc occurrunt, 'in longius,' 'in majus ire.' Quinctil. 'in longius trahere,' Inst. I. 10. 'in majus celebrare,' Sallust. Jug. 77. Tacito id genus loquendi admodum familiare, v. c. 'ire in melius (valetudinem Principis)' Annal. XII. 68.'—*Stoeb.*—173 Mss. vett. *Et nisi,* 'Sed elegantius illud in principio periodi ponitur, uti a Nepote Hann. I. 1. 'Quod nisi domi civium suorum invidia,' &c.' *Stoeb.*—174 Scal. Delph. et vulg. *ageret cursum.* Mutavit Bent. dissentiente Stoeb. 'Rectius omnino Scal. et Edd. vett. uti vs. 176. de *cursu,* non *curru* Lunæ, quem quidem alio loco, v. 3. tum illi tum huic ascribit. *Subire* h. l. ingredi, vel venire ac se ostendere. Virg. et Lucil. apud Marcell. p. m. 197.'—175 Scal. Delph. et vulg. assentiente Stoeb. *ad occasum.* Mutavit Bent. 'certe cum mundi astra in conspectum subeunt, sol *ab occasu,* non *ad occasum* se fert; hoc enim interdiu facit.'—176 'Vetusti quidem *cursus,* sed duo recentes *currus,* quod et Scal. malebat. Versus tamen est spurius; neque enim *summersos currus* belle dixit; et putide, post Phœbi currus, currus Lunæ iterat: et cum addit, *per inania,* id sumit, quod probaturus est, infra terram inania pervi-

NOTÆ

173 *Penderet*] Xenophanes et Xenophon terram non pendere mediam voluerunt: sed ex altera parte infinite profundam esse, unde fieret ne deorsum caderet. Plutarch. III. Plac. 9. contra quem sane recte argumentatur Manilius. Nisi enim media penderet tellus, sed infinite deorsum profunda esset, nunquam cœlum, astra, sol, lunaque suum orbem conficerent ab ortu ad occasum per superiores aëris auras, et ab occasu pariter ad ortum per auras aëris infra terram.

175 *Phœbus*] Sol, vs. 19.

176 *Summersos*] Ex veterum errore, qui solem, lunam, et sidera in oceanum quotidie ad occasum immergere, atque ex eodem pariter quotidie ad ortum emergere, crediderunt. Virg. Georg. II. 481.

177 *Lucifer*] Stella Veneris, quæ, quia solem antegreditur, auroramque ante exoritur, dicitur *Lucifer.* Quasi præferens solis ac diei lucem. Eadem vero dicitur *Hesperus,* seu *Vesper,* dum ab occasu solem subsequitur, quasi lucem diei prorogans. Unde et solis et lunæ sidus æmulum vocatur. Cic. II. Nat. Deor.

Hesperos emenso dederat qui lumen olympo.
Nunc quia non imo tellus dejecta profundo,
Sed medio suspensa manet, sunt pervia cuncta,
Qua cadat, et subeat cœlum, rursusque resurgat.
Nam neque fortuitos ortus surgentibus astris,
Nec toties possum nascentem credere mundum,

lucem in cælo occiduo. Jam vero, quia terra non est depressa in infimo fundo, sed stat pendens in medio mundi: hinc fit ut omnia spatia inania pateant, per quæ cælum delabatur, et eat sub terram, et iterum ascendat. Etenim non possum credere stellas exorientes habere ortus fortuitos, nec possum credere cælum tam sæpe de

aque spatia dari.' *Bent.*—178 Scal. Delph. et vulg. *Hesperus immerso:* sic etiam Vulp. legit ad Catull. carm. LXI. ubi de Hespero plura. Mutavit Bent. approbante Stoeb. '*Immerso* unus et alter ex recentioribus: at veteres *immenso*. Sane *immerso*, nisi pro *submerso* sive infra Horizontem abdito accipias, quod tamen non tibi licebit, nullum sensum habet. Ac re vera quidem dat lucem *submerso olympo;* et cum Hesperus nobis est, aliis est Lucifer: hoc tamen hic loci demonstrandum erat, non sumendum. Quare reponendum est, *Hesperos emenso.* Emenso per diem olympo, cum solem licet radiis ejus occultatus semper comitetur, dat tandem lumen suum Hesperus sub noctem. Virgilius de sole, Georg. I. 450. 'Hoc etiam, emenso cum jam decedet olympo, Profuerit meminisse magis.' Noster II. 835. de cardine occidentali, 'Ultimus emenso qui condit sidera mundo.'' *Bent.*—181 'Miror cur hic vs. a Scal. post versum 185. contra omnes codices, extra sedem suam trudatur, cum ibi nullo sensu feratur, hic et commodo et necessario, si levi emendatione juvetur. Libri quippe habent, *Qua caderet, subeat.* Lege, *Qua cadat et subeat:* quod et alii ante nos viderunt. *Spatia* infra terram pervia sunt, qua cœlum, et quæ in cœlo sunt, eant redeantque.' *Bent.* Omnes, præter Scalig. hunc vs. statim subjungunt his: 'sunt pervia cuncta;' et Regiom. quidem, deleta ibi distinctione (.) quam ceteri servant. In horum expediendo sensu bona fide hariolabor: *Pervia sunt cuncta quacunque cadat*, i. e. moveatur, *cælum*, i. e. Sol, sive *subeat*, i. e. occidat, sive rursus *resurgat.*' Stoeb.—183 Edd. vetust. *totiens.*—184 Codd. vett. *facta diurna.* Correxit

NOTÆ

178 *Emenso* [*immerso*] Occiduo, vs. 176.

Olympo] Cœlo. Olympus enim mons est Thessaliæ notissimus, cujus quia vertex nubes ac cœlum videtur attingere, is a poëtis pro *cælo* usurpatur.

179 *Non imo, &c.*] Contra Xenophanem et Xenophontem, vs. 173.

182 *Nam neque fortuitos, &c.*] Democritus, Leucippus, et Epicurus voluerunt solem et astra quotidie nasci ad ortum, morique ad occasum. Servius in illud Virg. Georg. I. 'Aut intempesta silet nox;' ait, 'Epicurei dicunt non ire solem per alterum hemisphærium, sed semper his ab ortu colligi scintillis, et fieri orbem solis.' Sic et Lucret. lib. V. 649. et seqq. V. 659. et seqq. Quam Epicuri sententiam bene arguit Manilius, dum ait, iis rebus, quas parturit casus fortuito partu, ordinem invariabilem manere non posse. Sic V. 491. et seqq.

Solisve assiduos partus, et fata diurna;
Cum facies eadem signis per sæcula constet;
Idem Phœbus eat cœli de partibus iisdem:
Lunaque per totidem luces mutetur, et orbes,
Et natura vias servet, quas fecerat ipsa,
Nec tirocinio peccet; circumque feratur
Æterna cum luce dies, qui tempora monstrat
Nunc his, nunc illis eadem regionibus orbis.
Semper et ulterior vadentibus ortus ad ortum
Occasumve obitus cœlum cum sole pererret.
Nec vero tibi natura admiranda videri

novo nasci; aut continuas generationes, et interitus quotidianos solis; cum par vultus existat sideribus per longa tempora: et sol idem vadat de iisdem regionibus cœli: et mundus teneat eadem itinera, quæ jam ante ipse confecerat; et luna renovetur intra tot dies, et circulos, intra quot antea, nec delinquat in rudimento: et dies circumvolvatur cum perpetuo lumine; cum exhibeat perpetuo eadem tempora modo his, modo illis partibus globi terrarum; et cum oriens, aut occidens et cœlum cum sole perpetuo duret iis, qui progrediuntur longius versus orientem, aut occidentem. Neque autem situs terræ suspensæ debet apparere tibi admirabilis, cum cæ-

Scal. 'Has voces fere ubivis in Cod. Gemb. permutatas esse animadvertit Scal. Satius omnino, Cod. Lips. scripturam retineri, *partus et fata;* i. e. ortus et occasus.' *Stoeb.*—185 Ed. Regiom. *Quom facis.* Eandem scriptionem vs. 198. et fere ubivis servat.—187 Al. ordine mutato, *Et natura . . . Lunaque per, &c.*—190 Scal. et vulg. *quod t. monstrant.* Regiom. Delph. *monstret.* Rom. et tres Mss. *monstrat*, quod tuetur Bent. mutans *quod* in *qui.* 'Qui dies eadem monstrat tempora, nunc his, nunc illis, cum luce æterna. Dies quippe semper lucet, et sibi constans, dimidiam terræ partem illustrat.'—192 Scal. Delph. et vulg. *ulterius*, et in vs. seq. *cælo et c. s. perennet.* Lib. vet. *ulterior*, quod servat Bent. mutans *perennet* in *pererret:* 'Ubi ordo est, ulterior ortus vadentibus ad ortum, ulteriorve obitus vadentibus ad occasum, *pererret* cœlum cum sole. *Pererret*, circumerret, circumeat cœlum.' Dissentit Stoeb. 'Ms. Lips. cetera confirmans, in fine *perennet*, quod mutari non debuit. Vult enim dicere: Cum eadem tempora sint iisdem orbis regionibus, et ulterius vadentibus ortus ad ortum, et contra obitus ad obitum continuetur cum ipso cœlo et sole,' &c.—

NOTÆ

184 *Fata*] Interitus, mortem, vs. 1.

186 *Phœbus*] Sol, vs. 19.

187 *Luces*] Dies, quibus luna terris lucem, modo nova, modo plena, modo decrescens ostendit.

188 *Natura*] Mundus, seu potius cœlum, quod volvitur. vss. 120. 129.

189 *Non tirocinio peccet*] Tirocinium primum est artis rudimentum. Luna autem ita certa ac constanti vicissitudine cursus suos menstruales de novo peragit, ut nunquam illorum rudimenta ponat.

190 *Monstrat*] Sup. *dies*, i. e. ostendit, exhibet.

194 *Nec vero, &c.*] His 8. vss. probat a pari terram pendere debere in medio universi, sicut cœlum et astra pendent in medio inani.

Pendentis terræ debet. Cum pendeat ipse
Mundus, et in nullo ponat vestigia fundo;
Quod patet ex ipso motu, cursuque volantis;
Cum suspensus eat Phœbus, currusque reflectat
Huc illuc agiles, et servet in æthere metas;
Cum luna et stellæ volitent per inania mundi;
Terra quoque aërias leges imitata pependit.
Est igitur mediam tellus sortita cavernam

lum ipsum sit suspensum, et in nullo fundamento figat plantas pedum; quod manifestum est ex ipso motu et cursu illius circumvolventis se. Igitur cum sol pendulus vadat, et retorqueat suum iter in hanc et in illam partem, et teneat certos terminos volubiles in cœlo, et cum luna et astra ferantur per spatia vacua mundi; terra pariter est suspensa, secuta in hoc sortes æthereas. Ergo terra occupavit mediam con-

197 'Rursus habes versum spurium: *motu cursuque* quam putide! quasi utrumque non idem sit. *Volantis* quam ignave! cum tertio mox versu dicturus sit *volitent*. Cur autem hoc ipsum demonstratum it, quo ad aliud demonstrandum utitur? Mundum sine fine pendere, per se patet; cum fundus iste, si quem fingis, pars mundi sit, et alio fundo ad insistendum egeat.' *Bent.* Stoeb. dissentit: 'Versum hunc obelo notat Bent., tanquam spurium. Contra quem Codd. universi eum tuentur. Putat ille putide dicta *motu cursuque*: sed magis videntur distincte posita, ubi supra 34. *momina et cursus.* Neque nisi injuste accusari ignaviæ Noster potest, qui hoc *volare* jam de motu mundi, mox idem de luna stellisque usurpat. Cui vero ad hujusmodi repetitiones stomachus nauseat, et vel ideo versus et periodos obliterari jubet, illi profecto non in Nostro tantum, qui infra 203. et 205. hoc *pariter* tertium iteravit, verum etiam vel in ipso Cicerone sat multa erunt expungenda. Ante vero quam violentam illis manum injiciat, consulat quæso Auson. de Usu Antiq. Locut. II. 9.'—198 Scal. Delph. et vulg. *cursumque*. Mutavit Bent. 'mirifice profecto *agiles metas;* quæ nisi fixæ sint, metæ esse non possunt. Lege et distingue *currusque r. H. i. agiles, &c.* Stoeb. contra: 'Non erat reprobanda vetus lectio cod. Lips. etedd. omnium: *cursumque reflectat Huc illuc* (,) *ag. et serv. Metas* autem solis *agiles* non absurdum plane. Sunt enim signa Zodiaco infixa (Firmic. II. 1.) in quibus sol ita gradum movet, ut singulis mensem efficiat, ac horas undecim fere; uti scripsit Theon.'—202 Scal. Delph. et vulg. *tellus mediam*.—203 Scal. et

NOTÆ

196 *Mundus*] Cœlum, vs. 3.

Ponat vestigia] Alludit Poëta ad hominis situm, et statum, qui inter standum firmos pedes humo figit, nec in aëre pendulus ambulat. Cœlum igitur volubile pendet, nec alicui fundamento immotum nititur, sed medio inani volvitur.

198 *Phœbus*] Sol, vs. 19.

199 *Servet metas*] Quas nusquam prætergrediatur. Ab uno quippe Tropico ad alterum per Zodiacum, perpetuo, sed certo gressu regressuque sol meat, ac remeat.

201 *Aërias leges*] Sortem aëris, qui medius pendet circum terram.

202 *Est igitur, &c.*] His 4. vss. concludit terram esse in medio aëris

Aëris, e toto pariter sublata profundo ;
Nec patulas distenta plagas, sed condita in orbem
Undique surgentem pariter, pariterque cadentem.
Hæc et naturæ facies. Sic mundus et ipse
In convexa volans teretes facit esse figuras
Stellarum ; solisque orbem lunæque rotundum
Aspicimus tumido quærentis corpore lumen,

cavitatem aëris, et est remota æqualiter a toto immenso mundi : neque est explicata in campos plane patentes, sed compacta est in globum ascendentem æqualiter ex omni parte, et declinantem æqualiter ex omni parte. Hæc est figura mundi ; sic et ipsum cœlum circumvolitans in orbes convexos facit formas siderum esse rotundas ; et videmus globum solis esse sphæricum, et lunæ quoque, quæ in suo corpore rotundo desiderat lucem, eo quod totus ejus orbis non recipit flammas a sole, quas

vulg. *A. et t. p. suspensa p.* 'Pro *suspensa* codd. universi *sublata ;* lege etiam *e* pro *et*.' Bent. Dissentit Stoeb. 'Dicit enim Noster : Et est remota æqualiter a toto immenso mundi.'—206 Scal. Delph. et vulg. *Hæc est n. f.* 'Lege *et* pro *est*. Hoc est, non terræ modo, sed naturæ sive mundi totius.' *Bent.* Dissentit vero Stoeb. 'Rescribe *est*, quod Codd. omnes tenent. *Natura* hic, ut alibi sæpissime, 'totum' signat 'universum,' quod dicimus 'mundum.' In altero autem hemistichio *mundus* denotat 'cœlum.' Naturæ, inquit, s. mundi totius facies rotunda est, ergo et terræ.'—208 'Magis se nobis probat lectio Cod. Regiom. hac interpunctione, *stellarum solisque* (:) *orbem lun. rot.* Itaque solis stellarumque rotundam figuram, qualis est, extra dubitationis aleam ponit. Lunam vero non semper rotundam conspicimus,

NOTÆ

suspensam, inque orbem compactam.

203 *Pariter sublata profundo*] Sic vs. 168. 'Totus ab illo Tantundem refugit mundus : fecitque cadendo Undique ne caderet.'

204 *Nec patulas distenta plagas*] Contra Anaximandrum, qui terram voluit esse teretem in modum columnæ. Contra Anaximenem, qui planam, in modum mensæ late patentis. Contra Lucillum, qui tumidam, in modum tympani. Contra Democritum, qui convexam quidem a superiori parte, sed concavam ab inferiori, in modum lancis voluit. Plutarch. III. Plac. 10. His itaque 32. vs. seqq. probat Poëta terram esse rotundam : 1. quia figura rotunda forma est universi, ceterarumque ejus præcipuarum partium, cœli, stellarum, &c. 2. Quia pariter non omnibus gentibus sidera, aut lunæ defectus apparent : sed primum his, deinde illis, propter terræ figuram rotundam.

206 *Hæc et naturæ, &c.*] I. arg. his 15. vss. continetur.

Naturæ] Mundi, Universi.

Mundus] Cœlum vs. 3.

207 *In convexa volans*] Habens formam convexam, et sphæricam. *In convexa*, i. e. *in orbes convexos*. Est autem *convexum* superior globi aut arcus superficies. Sicut e contra *concavum* inferior est arcus aut orbis facies.

Teretes] Rotundas. Sic vs. 230. et III. 353. Quamvis *teres* dicatur vulgo de forma rotunda quidem, sed oblonga, in modum columnæ.

209 *Quærentis*] Mutuantis ; neque

Quod globus obliquos totus non accipit ignes.
Hæc æterna manet, Divisque simillima forma,
Cui neque principium est usquam, nec finis in ipsa:
Sed similis toto ore sibi, perque omnia par est.
Sic stellis glomerata manet mundoque figura.

obliquas tantum recipit. Hæc figura, quæ nec initium habet nec finem, et quæ est maxime similis Diis, datur mundo, cui nunquam fuit initium, nec finis est in ipso, sed qui restat par, et est æqualis sibi semper in omni re et per omnes res. Ita

sed eo potissimum tempore, quo est, uti statim sequitur.' *Stoeb.*—212 Scal. Delph. et vulg. *in ipso*, et in vs. seq. *Sed s. t. remanet.* 'Quid sibi vult illud *ipso toto*, cum femininum *forma* præcedat? Duo recentiores *ipsa*. Lege et distingue, *ipsa: S. s. t. ore sibi, p. q. o. p. e.* Recte describit superficiem sphæricam. *In ipsa*, pro 'in se' vel 'se ipsa,' passim hic auctor. *Toto ore sibi*, non *ore manet:* quia *manet* jam altero abhinc versu habuimus.' *Bentl.* Antiquam lectionem restituendam mavult Stoeb. '*Toto* scil. corpore, vel, si mavis, tempore, quo notet æternitatem a parte post, uti in scholis loquuntur. Dixerat enim, *nec finis in ipso:* sed semper sibi similis. Vide in rem Cic. in Timæo, Fragm. Opp. p. m. 1022. pr.'—214 Cod. universi *S. s. g. manent mundumque figurant.* Correxit Scal. 'Quis tam alienus a sensu literarum, ut vulgatam lectionem tueri velit, neque ad congruentiam sermonis, neque ad mentem Auctoris?'—'Versus spurius: et frustra vir magnus inter-

NOTÆ

enim luna de se lucida est, sed a sole lumen quasi mendicatum accipit. Virg. Georg. I. 396. 'Fratris radiis obnoxia surgere luna.' Et Manil. II. 96. 'Tu quoque fraternis sic reddis cornibus ora.' Ubi de his fusius. Quanquam hic *quærentis* interpretor *desiderantis, non habentis* sup. *lucem in toto suo disco et orbe.* Ita enim ratio postulat, et sensus.

210 *Totus non accipit*] Dum enim luna crescit aut decrescit, seu dum cornua renovat, aut orbem contrahit, tunc non pleno cornu, plenoque disco lumen solis recipit, quippe quæ non ex adverso, sed ex obliquo solem inspiciat; unde nec plenos, sed obliquos tantum solis ignes accipit. His igitur 5. vss. superioribus ostendit exemplo lunæ corpora cœlestia esse rotunda.

Ignes] Lucem, lumen, quasi causa pro effectu. Ignis enim emittit lucem. Vel ex veterum errore, qui sidera vel ignea, vel ignes esse crediderunt. Sic vs. 132. usurpat, *ignem et flammas* pro *stellis.*

211 *Æterna*] Immutabilis, infinita; quippe figura rotunda ea est quæ nec finem habet sui, nec initium. Unde Deo simillima dicitur, qui æternus est ac infinitus; i. e. qui nec initium sui, nec finem habet, vs. 522.

212 *Cui*] Sup. *mundo.* Ratio autem cur rotunda mundi figura debet esse, hæc est, inquit Poëta, quia nec finem habet nec initium, ut ad mentem Aristotelis cecinit vss. 122. 123. 124.

213 *Similis toto perque omnia, &c.*] Sic D. August. De Civit. II. passim docet mundum, non tantum secundum se totum, sed et secundum omnes suas partes, esse rotundum: sic Ptolem. Almag. I. 3. Quod præclare cecinit Buch. De Sph. II.

Idcirco terris non omnibus omnia signa
Conspicimus. Nusquam invenies fulgere canopum,
Donec Niliacas per pontum veneris oras,
Sed quærent helicen, quibus ille supervenit ignis,
Quod laterum tractus obstant, medioque tumore

forma rotunda datur astris, et cælo. Ideo non cernimus omnia sidera in omnibus regionibus terræ. Nullibi reperies canopum lucere, usquedum accesseris per mare ad littora Niliaca: at ii, quibus illa stella canopi supervisa est, desiderabunt helicen: quippe qui incolunt regiones oppositas, iis et montes terræ interpositi subducunt

polare voluit. De *telluris* hic agit, non de *stellarum* et *mundi* rotunditate, quam supra asserit i. 207. Tum autem quod sequitur, 'Idcirco terris non omnibus omnia signa Conspicimus,' demonstrat hujus versiculi *νοθείαν*. Quid enim? an stellæ simul omnes a terra conspici non possunt, quia *stellæ* et *mundus* rotundus est? nugæ. Immo, quia *terra* ipsa rotunda est.' *Bentl.*—219 Scal. Delph. et vulg. *Qui l. t. habitant mediique tumores*. Mutavit Bent. 'Quibus, inquit, canopus supervenit sive verticalis impendet, ii non vident helicen. Hoc verum est et vera causa assignatur; quod tractus laterum telluris suo tumore *obstant* et impediunt, quo minus videri possit.' 'Hoc *Quod*, pro *Qui*, Gronov. ex Venet. restituit, idemque Regiom. expressit. Neuter autem agnoscit illud *obstant*, quod præter rationem et necessitatem mutavit Bent. Repone *habitant*. Eadem enim ratio, cur Helice sit *ἀόρατος* illis qui Canopum conspiciunt, sive illos latera *habitare*, seu hæc illis *obstare* dix-

NOTÆ

216 *Canopum*] Canopus stella est in argo navi, scilicet in temone seu clavo austrino; vel potius in remo austrino, quasi diametraliter opposita stellæ, quæ capella dicta lucet in humeris aurigæ, ejusdemque magnitudinis. Utraque enim est primæ magnitudinis. Hæc autem, ut ait Plin. ii. 70. 'Adeo manifesto surgens fastigio cernitur, ut quartam fere partem signi unius supra terram eminere Alexandriæ videatur.' Manilius autem hanc stellam non septemtrionalibus, sed austrinis tantum partibus lucere ait, cum non lucere ait nisi ad Ægyptum. Unde Plin. cit. addidit: 'Canopum Italia non cernit.' Revera non nisi ad 30. aut 36. grad. citra lineam æquinoctialem conspicitur. Visitur enim tantum Alexandriæ et Phari, cujus utriusque latitudo est 30. grad. aut circiter: vel ut minimum visitur Gadibus et Cnidi, quarum latitudo est grad. 36. aut circiter citra æquatorem. Ptolem.

217 *Niliacas oras*] Nili oras. Nilus est Ægypti fluvius celeberrimus, de quo pauca 45. plura iii. 173. et 631. dicemus.

Pontum] Mare Mediterraneum. Loquitur enim Poëta Romanus, cum respectu ad eos qui Roma in Ægyptum navigarent.

218 *Helicen*] Ursam majorem, de qua nos 296. Hoc autem Manilii argumentum falsitatis arguit Scaliger, cum hodie canopus et helice conspiciantur Alexandriæ. Nisi dixeris Poëtam rem non rigore, ut aiunt, mathematico tractasse, sed lata acceptione.

Ille ignis] Stella canopi.

219 *Laterum tractus*] Regiones oppositas utrimque extremas, puta ad

Eripiunt terræ Cœlum, visusque coërcent.
Te testem dat, luna, sui glomeraminis orbis:

cœlum, et impediunt conspectum ejus. Terra præbet te, o luna, indicem sui globi

eris. *Medioque tumore*] Ms. Lips. vel solus forte huic lectioni favet. Legendum autem *mediique tumores*, ex Edit. Rom. Regiom. et cet. Non enim dicit Manilius, eos, qui laterum tractus habitant, tumore medio eripere cœlum terræ, sed quibus a vertice obstat canopus, eos non videre helicen, quia respectu eorum, quibus supra helice, latus tenent orbiculatæ terræ, et ideo tumores medii excludunt ab iis helices conspectum. Seneca Nat. Quæst. II. 26. inquit: 'Sed scias licet nubes illic esse, unde splendor effertur: quas videri a nobis terrarum tumor non sinit.' Pariter de defectibus solis ac lunæ, Plin. Nat. Hist. II. 13. *Stoeb.*—221 Scal. Delph. et vulg. *glomerabilis*. Mutavit Bent. '*Dat* sine nominativo hic fertur; et deest *tellus*: quod nullo jure conceditur. Recte igitur sagacissimus Gronovius *glomeraminis*. Orbis terræ te testem citat suæ rotunditatis. 'Glomeramen' eo sensu sæpe Lucret. Noster IV. 523.' Dissentit Stoeb. 'Scal. omnibus consentientibus Mss. et edd. dedit *glomerabilis*, quod minime ineptum videri debuit Gronov. et Bent. Displicet vero Huic quod hoc *dat* sine nominat. fertur, et deest *tellus*. Atqui 'terra' modo præcessit. Sed nec hoc ut repetatur opus est, si quidem hunc verborum ordinem formaveris: *Orbis te, luna, sui qua glomerabilis testem dat*. Est autem *glomerabilis* pro 'glomeratus,' 'in orbem volvendus,' 'volubilis,' quod infra IV. 523. ex laudatis codd. similiter restituendum. Hoc autem argumentum præsupponit alterum quod est palmarium. Nimirum quod in lunæ defectionibus umbra terræ absoluta rotunditate cernitur. Non eminentioribus et in tumulum surgentibus partibus

NOTÆ

orientem, vel ad septentrionem et meridiem. Sic v. g. qui Gadibus ad fretum Gaditanum degunt, ii non eundem ejusdem cœli visum habent, ac qui in Japonia versantur ad orientem nostrum. Ex quibus colligitur terræ rotunditas.

221 *Te testem dat, &c.*] His 15. vss. terræ figura rotunda astruitur, ex ipsius lunæ laboribus seu eclipsibus. Quasi luna deficiens non omnibus pariter gentibus, sed aliis post alias, prius scilicet orientalibus, quam occidentalibus, appareat, unde terræ figura rotunda colligatur. Verum, ni fallor, vix aliquid roboris habet hoc argumentum. Neque enim luna laborans incipit prius videri gentibus ad ortum, deinde gentibus sub medio cœlo degentibus, postea populis ad occasum: sed pariter ac simul deficit omnibus, quibus est supra horizontem. Neque ita diuturni sunt illius labores, ut unam aut alteram et amplius horam superent. Unde non nisi tumor aliquis terræ ex aliqua parte colligi posset. Itaque si hæc Maniliana verba de veris lunæ laboribus interpreteris, et tibi sunt caute accipienda, ut hæc saltem: 'non pariter:' 'sed prius:' 'post ultima,' &c. non de diversis temporis momentis, quod tamen videtur voluisse Poëta, sed duntaxat de diversitate horarum intelligantur. Eatenus enim luna dicitur deficere prius his, postea illis gentibus, quatenus plures ab his, quam ab illis, horæ numerantur: v. g. dum luna in aliquo meridiano deficit, qui populi sunt ad ortum ejusmodi meridiani, plures numerant horas, quam qui sunt ad occasum. Si enim

Quæ, cum mersa nigris per noctem deficis umbris,
Non omnes pariter confundis sidere gentes,
Sed prius eoæ quærunt tua lumina terræ.
Post, medio subjecta polo quæcumque coluntur.
Ultima ad hesperios infectis volveris alis:

rotundi, quæ quando involuta tenebris atris laboras de nocte, non perturbas simul omnes nationes tuo astro; sed nationes orientales desiderant primum tuam lucem; deinde omnia loca quæ habitantur jacentia sub medio cœlo; postrema volitas cum pennis nigris ad populos occidentales, et tubæ æreæ turdæ percutiuntur apud natio-

---

conspicua, non concava, non cylindrica, non multiangula.' *Stoeb.*—224 Scal. Delph. et vulg. *gentes.* Mutavit Bent. '*Gentes* hæsit a superiore vs. et sane intra quinque lineas repetitur invenuste.'—225 Hunc et vs. seq. spurios et ineptos esse asserit Bent. '*Subjecta*, quod oportuit *subjectæ*, ut supra *eoæ terræ*. *Ultima* pro 'denique,' 'postremo,' ne Latine quidem. Et *volveris alis* monstrose. Quis enim alas lunæ attribuit? hoc 'plane ἰδιωτικὸν,' inquit Scal. '*infecto volveris ore*, aut tale quid debuit dicere' maluit tamen Auctori,

NOTÆ

tunc qui degunt sub meridiano, v. g. mediam habeant noctem: qui ad ortum sunt numerabunt horam a media nocte primam, aut secundam, aut tertiam, &c. Qui vero sunt ad occasum numerabunt horam ab antecedenti meridie undecimam, decimam, aut nonam, &c. quatenus propius, aut remotius ab ipso meridiano recedunt. Quæ horarum diversitas oritur ex eo, quod sol, qui motu suo circa terram horas describit, prius invisat gentes quæ sunt ad ortum, quam quæ ad occasum. Unde fit ut qui sunt ad ortum aliam numerent horam ab ea, quam numerant ii, qui sunt ad occasum. Verum, si de menstruis duntaxat lunæ defectibus, seu potius mutationibus, quas agit luna dum crescit, aut decrescit, totum procederet argumentum, multo sane validius foret. Omnes enim varii arcus, quos luna refert, ac implet, oriuntur ex terræ figura rotunda, quæ media solem inter et lunam minus aut magis interposita, minores aut majores umbras in lunæ globo exprimit. Quod præclare cecinit Buch. De Sph. I.

224 *Eoæ*] Orientales. Eous enim, a, um, Græce ἠῷος, Latine est *orientalis*, ab ἠὼς, quod est *mane*, et *aurora*.

Quærunt] Eleganter; dum enim luna laborat, cæca est, nec lucem emittit.

225 *Medio polo*] Medio cœlo; meridie. Pars pro toto. Polus enim proprie cardo est seu vertex ipsius mundi axis, a verbo Græco πολεῖν, *vertere*. Quod in eo mundus vertatur. Infra 311.

226 *Hesperios*] Occidentales: Græce enim Ἕσπερος, *vesper*, aut *hesperus* est Latine, quæ stella est Veneris occasum solis subsequens, vs. 178. Unde per Hesperios populos Latini intellexere vulgo Italos et Hispanos, qui extremi ad occidentem in vulgaribus mundi mappis collocantur. Virg. Æn. III. 186. et Æn. VII. 4.

Alis] Vix alterum reperias, qui lunæ alas tribuat. Unde Scaliger legendum censet: *infecto volveris ore.*

Seraque in extremis quatiuntur finibus æra.
Quod si plana foret tellus, semel orta per omnem
Deficeres pariter toti miserabilis orbi.
Sed quia per teretem deducta est terra tumorem,
His modo, post illis apparet Delia terris
Exoriens simul atque cadens. Quia fertur in orbem
Ventris, et acclivis pariter declivia jungit,

nes ultimas. Quod si terra esset extensa in planitiem, luna percussa laboraret pariter apud omnes gentes, et esset lugenda simul per omnem orbem terrarum. At, quia tellus distenta est in tuber rotundum, luna conspicitur nunc in his, deinde in illis regionibus, quia cum oritur, æque ac cum occidit, volvitur circa tumorem alvi, et conjungit loca proclivia una cum clivosis, et prætergreditur alios orbes, et deserit

quam falsario, imputare. *Volveris alis;* nihil stultius. Certe si alas habet, non volvitur sed volat.'—227 Scal. Delph. et vulg. *gentibus.* Mutavit Bent.—228 et seq. Scal. Delph. et vulg. *simul icta per omnes Deficeret p. toto m. orbe.* Mutavit Bent. '*omnem*, et *semel orta* codd. universi. Semel per omnem tellurem orireris et deficeres: non per vices nunc hic nunc illic. *Deficeres* scribe, hoc est, *tu, o luna:* ut supra.' Ait autem Stoeb. 'Malim rescribere *semel icta*, vel *simul*, quod dedit Ed. Rom. *icta* pro 'percussa,' quo vocabulo parili in casu utitur Lucan. I. 539. 'Phœbe Terrarum subita percussa expalluit umbra.' Martial. 'secta' dixit XII. 57.' *Stoeb.*—233 Regiom. ap-

NOTÆ

Quanquam eleganter dicitur *infectis alis volvi*, hoc est, ferri ad populos occidentales, dum lumen amittit, quasi obducta tenebris volitet. Sic v. 60. 'Ementita diem nigras nox contrahit alas.'

227 *Quatiuntur æra*] Innuit veterum superstitionem, qui æris tinnitu tubarumque sonitu, aut ignibus accensis, lunæ laboranti subveniri credebant. Lunam autem laborare ac deficere putabant ex carminum incantamentis, quibus aut infici, aut tangi, aut etiam e cœlo trahi arbitrabantur. Quam incantamenti artem primam tribuunt mulieribus Thessalis Lucan. VI. Horat. Epod. Od. v. Plutarch. Plat. et alii. Perstrepebant vero, inquit Apollod. De Deor. orig. eam ob causam quod lunam perituram arbitrabantur, dum laboraret. Id enim in more fuit apud antiquos, ut in morte pereuntium tinnitus æris, ut pote purior, et cui nullum accederet piaculum, ad levamen adhiberetur.

228 *Orta* [*icta*] Percussa, vapulata, tacta. Quadam enim vi carminum tactam e cœlo trahi ac deduci credebant veteres. Virg. Eclog. VIII. 69. 'Carmina vel cœlo possunt deducere lunam.' Ovid. Metam. XII. Tibull. VI. Lucan. I. &c.

231 *Delia*] Luna, quæ, quia in Delo insula nata eodem partu cum Apolline ex Latona, dicitur *Delia.*

232 *In orbem Ventris*] Circa globosum tumorem. Quia terra in tumorem extuberat, dicitur venter seu ventris orbis, in quem luna volvitur.

233 *Acclivis declivia &c.*] Per ac-

Atque alios superat gyros, aliosque relinquit.
Ex quo colligitur terrarum forma rotunda.
Hanc circum variæ gentes hominum atque ferarum,
Aërizeque colunt volucres. Pars ejus ad arctos
Eminet, austrinis pars est habitabilis oris;
Sub pedibusque jacet nostris, supraque videtur
Ipsa sibi, fallente solo declivia longa,

alios. Ex qua re percipitur figura terræ esse globosa. Circum eam diversa genera hominum, et belluarum, et aves volantes per aëra habitant. Una pars illius assurgit ad ursas, altera pars incolitur in regionibus australibus; et ipsa eadem partim deprimitur sub pedibus nostris, et partim cernitur supra, superficie illius mentita

probante Stoeb. *Utrinque acclivis.*—235 'Versus inficetus et spurius. *Terrarum* hic habes: cum mox sequatur *hanc* et *pars ejus.* Ergo *terræ* dictum oportuit, non *terrarum.* Vide vero sententiam: 'Sed quia per teretem deducta est terra tumorem,' hoc est, 'quia terra rotunda est,' luna non simul omnibus terris exoritur: 'ergo terra rotunda est.' Nonne dialectice

NOTÆ

clivia intelligit montes et clivos; per *declivia*, convalles, seu montium clivos deorsum tendentes. Luna igitur circumvolitans circa terram, montes cum vallibus jungere dicitur, dum ascendendo et descendendo totum terræ solum illustrat successive, ut aiunt. Quia igitur terra in orbem compacta videtur modo cadere, modo assurgere, *acclivia* facit et *declivia* terrarum.

236 *Hanc circum, &c.*] Postquam terræ figuram rotundam esse demonstravit, illam circum habitatam vario hominum ac pecudum genere monet, contra plerosque veteres, qui non nisi partem terræ superiorem habitari voluerunt. Tales fuere quotquot aliam, quam orbicularem, terræ figuram tribuerunt; immo et veteres fere omnes, necnon e sanctis PP. multi, S. August. De Civ. XVI. Beda, IX. Quorum tamen sententiam vanam esse docuit experientia, qua constat homines esse, qui, ut verbis Ciceronis IV. Acad. utar, 'adversis vestigiis stent contra nostra vestigia.'

Gentes] Genera; gens enim dicitur de hominibus, et brutis animantibus, Colum. IX. 9.

237 *Pars ejus ad arctos, &c.*] His 5. vss. septemtrionalem et austrinam terræ partem notat, quarum altera, quæ septemtrionalis est, superior eminet: altera, quæ australis, inferior jacet: utraque tamen habitabilis. Loquitur quippe ad eum sphæræ situm, qui Italis est aut aliis ad septemtrionem degentibus. Pars igitur terræ, quæ ad *arctos* est, septemtrionalis dicitur. Ἄρκτος enim Græce, Latine est *ursa*, quæ duplex ad polum septemtrionalem jacet in cœlo, major et minor, de quibus vs. 291. Hanc autem terræ partem veteres omnes assurgere et sublimiorem esse voluerunt: australem vero deprimi. Verum id intelligitur tantum respectu populorum, qui ad septemtrionales regiones degunt, quibus polus supravertitur.

Et pariter surgente via, pariterque cadente.
Hanc ubi ad occasus nostros sol aspicit ortus,
Illic alma dies sopitas excitat urbes,
Et cum luce refert operum vadimonia terris:
Nos in nocte sumus, somno sic membra locamus.
Pontus utrasque suis disjungit et alligat undis.

sibi proclivitates procul ductas, et itinere ascendente simul et descendente simul. Quandó sol exortus ad occidentem nostrum prospicit illam, tunc lux solis exorta illis regionibus expergefacit cives dormientes, et reddit illis regionibus renovationem laborum una cum die: nos autem tunc versamur in noctibus, et inducimus sopores in artus nostros. Mare separat et conjungit nos utrosque per suas aquas. Divina

loquitur, ut nihil supra?' *Bent.*—242 Scal. et vulg. *Hinc ubi ab occasu nostro*, et in vs. seq. *orta* pro *alma*. Gronov. *Hanc ubi ab occasu nostro s. a. o.* Nostram lectionem restituit Bent. ex Mss. Cod. Lips. et Regiom. '*Hanc* partem telluris austrinam, sive hemisphærium alterum quod infra nostrum est horizontem, *ubi ad occasus nostros* positus *sol aspicit: sol ortus*, hoc est, 'sol oriens,' casu nominativo. *Alma dies;* quia *ortus* et *orta* pene contigua ferri non possunt.' *Bent.*—245 'Ita Scaliger ex conjectura: nam libri omnes, *somnosque in membra locamus*. (et sic Delph.) Versus spurius est et barbarus: quem emendare velle, est laterem lavare. Atque huc ab interpolatore quodam intrusum esse, versus sequens monstrabit. Certe, cum supra 242. solem ad occasus nostros statuisset, quid opus erat monitore, nos postea in nocte esse?' *Bent.* 'Quam sæpe et varie hic locus ab Eruditis tentatus fuerit, videbit, qui volet, in Observ. Miscell. Brit. Vol. I. p. 96. sqq. In Lips. et Edit. nostris fertur, *somnosque in membra locamus:* atque sic, et satis quidem Latine, scribere Auctor potuit. Quemadmodum Ovid. 'Indicio prodor ab ipse meo.' Et: 'Valui pœnam fortis in ipse meam.' Si quid vero mutandum, age legamus *qui* pro *que*, quam enim facile hæc a Librariis permutari potuerint, pulcre vides. Locus optime, ni fallor, sic habebit: *Nos in nocte sumus, somno qui membra locamus.* Dictum autem pro, *nos qui in nocte sumus*, somno membra locamus, i. e. Deo somno quasi locatum conductum damus.' *Stoeb.*—246 Scal. Delph. et vulg. *P. utrosque s. distinguit e. a. u.* Mutavit Bent. 'Cur

NOTÆ

242 *Hanc ubi ad occasus, &c.*] Orientalem et occidentalem terræ partem notat, his 5. vss. Tò *ortus* adjective usurpatur; referturque ad τò *sol.* Cum igitur sol exortus est in iis regionibus, quæ ad nostros sunt occasus, illic orta dies excitat e somno populos; nos autem in nocte sumus et in somno. Et e contra, ut ait Virg. Geor. I. 250. 'Nosque ubi primus equis oriens afflavit anhelis, Illic sera rubens accendit lumina Vesper.'

243 *Urbes*] Cives, populos, ut notavi vs. 45.

244 *Operum vadimonia*] Operum renovationes. Opera, labores. Virg. Æn. XI. 182. 'Aurora interea miseris mortalibus almam Extulerat lucem, referens opera atque labores.' Vadimonium quippe sponsio quædam est sistendi atque comparendi ad diem dictum in judicio. Unde deduxit illud Poëta ad significandos labores, ad quos, quasi ad diem dictum, sol oriens mortales vocat.

Hoc opus immensi constructum corpore mundi,
Membraque naturæ diversa condita forma
Aëris atque ignis terræ pelagique jacentis,
Vis animæ divina regit; sacroque meatu
Conspirat Deus, et tacita ratione gubernat,
Mutuaque in cunctas dispensat fœdera partes,
Altera ut alterius vires faciatque, feratque,
Summaque per varias maneat cognata figuras.
Nunc tibi signorum lucentes undique flammas

virtus mentis gubernat hoc opus compositum ex corpore ingentis universi, et partes mundi constantes ex varia natura aëris, ignis, et terræ, et maris desidentis, et Deus animat illud per aditum sacratum, et regit illud per mentem sacratam; et distribuit plurima commercia per omnes partes, ut una pars faciat et sustineat vires alterius et ut totum universum sit confœderatum per diversas formas. Jam vero

sodes *utrosque*, homines scilicet aut populos? In superiore quidem spurio *nos* habemus; at in prioribus non *incolas* partis austrinæ, sed *regiones* ipsas. *Utrasque*, scilicet 'partes,' nostram arcticam, et illam austrinam. Hinc patet *νοθεία* præcedentis vs. quo interposito, constructio ita turbatur, ut *utrasque partes* vix recte dicas. *Disjungit et alligat:* hæc antitheta et similia infinita, *surgit caditque*, *sequitur fugitque*, deliciæ sunt hujus scriptoris. Ceterum pontus hic horizon est, ut Græci Latinique passim: et frustra est Huetius, qui Scaligerum hic sugillat, ipse castigandus.' Antiquam lectionem defendit Stoeb. 'Pontus alibi horizontem, hic ipsum mare denotat, quod *undis suis utrosque*, cum laborantes tum dormientes, de quibus modo dictum, *distinguit*, i. e. separat, et *alligat* scil. conjunctos tenet. similiter Stat. Achil. I. 411. et Horat. I. Carm. 3. 21,'—252 Scal. et vulg. *Et multa in cunctas.* Delph. *Et multa in multas.* Mutavit Bent. 'Hoc sane supra necessitatem et fidem; ut cunctæ et singulæ partes habeant *multa* inter se fœdera. Noster II. 359. 'Mutua nec magno consensu fœdera servant.' Firmat quod statim sequitur, *Altera ut alterius*, hoc est, *mutuo*. Cum ab ignaro librario *Multaque* scriptum

NOTÆ

247 *Hoc opus, &c.*] His 8. vss. docet totum hoc universum a Deo regi et agi, contra Epicurum, qui Deos fecit otiosos, nec rerum curam agentes, quasi nihil beatum esse possit, nisi otiosum. Cic. Nat. Deor. II. Sed de his, II. 60.

248 *Naturæ*] Mundi, universi.

250 *Vis animæ divina*] Sic Virg. Æn. VI. 724. et seqq.

254 *Summaque*] Universum, mundus.

255 *Nunc tibi, &c.*] His 7. vss. monet se dicturum de sideribus, tum de duodecim signis zodiaci, cum de ceteris constellationibus, quæ hinc inde ad utrumque polum intercipiuntur. Incipit autem a signis zodiaci, qui in hac arte prima sunt et præcipua. Deinde refert ea, quæ cœlo septemtrionali sunt, utpote quæ notiora. Postea cetera australia signa describit. Quibus omnibus cognitis, artem facile promovebit.

Signorum] Constellationum. Neque enim dicturus est Poëta de conc-

Ordinibus certis referam. Primumque canentur
Quæ medium obliquo præcingunt ordine mundum,
Solemque alternis vicibus per tempora portant,
Atque alia adverso luctantia sidera mundo.
Omnia quæ possis cœlo numerare sereno.
E quibus et ratio fatorum ducitur omnis:
Ut sit idem primum, mundi qui continet arcem.

recensebo tibi per certas classes ignes siderum fulgentes ex omni parte in cælo. Et principio ea signa cantabuntur, quæ in medio cæli posita circumdant cælum ex ductu transverso, et ferunt vicissim solem per certa spatia temporis. Alia quoque signa canentur, quæ sunt opposita in cælo opposito, quæ omnia signa poteris distinguere in cælo. Ex quibus tota lex fatorum eruitur. Atqui ut aries, qui occupat priorem

esset, accesserunt boni correctores, qui metri gratia *Et multa* substituerunt.' —253 Scal. et vulg. *Alter ut alterius.* Correxit Bent.—257 Scal. ex Gemblac. Delph. et vulg. *Quæ media.* Cod. Lips. et edd. plures *Quæ media obliquum.* Correxit Bent.—260 Edd. veteres (et sic Delph.) *variare,* 'i. e. pictorum more figurare, vel sub certis figuris sistere præsentes. Usus frequens hujus verbi. Ex multis unus Propert. II. 5. 25. 'Non istis olim variabant tecta figuris: Tum paries nullo crimine pictus erat.'' *Stoeb.*—262 Scal. et vulg. *Ut sit. i., m. primum quod c. a.* Delph. *primam qui c. a.* Correxit Bent. 'Hunc verborum

NOTÆ

tis cœli stellis; sed de signis tantum. Signum autem cœleste, concursus est multarum stellarum, quæ cujusdam animalis, aut rei alicujus figuram imitentur: namque, ut præclare monet Fest. Avienus in Arat. 'At non cuncta [stella] tamen signorum in lege putanda, Nam numeris et honore carens micat omnibus ignis, Et rutilo cunctis flagrat coma flammea crine; Sed quia non certa formarum in luce notantur Omnia sideribus cassum fit cetera vulgus.'

Flammas] Stellas, quæ aut ignes sunt, aut igneæ: vs. 210.

257 *Quæ medium* [*media*], *&c.*] Duodecim zodiaci signa. Zodiacus enim circulus est medius, qui transversum cœlum in modum baltei cingit: vs. 313.

Mundum] Cœlum, vs. 3.

258 *Per tempora*] Per certa temporis spatia, nimirum per triginta dies totidemque noctes. Duodecim enim signa zodiaci totum solis cursum in duodecim partes tricenas æqualiter partiuntur.

Portant] Immo solem videtur portare, infra quæ volitat. Rectius ergo dicitur sol est *in* vel *sub* signis zodiaci. Sed *portare* solem dicuntur, quatenus sol cum iis exoritur, et volvitur.

259 *Alia adverso*] Australia notat, et septemtrionalia signa, quæ, quia in partibus cœli adversis et oppositis sunt, *luctantia adverso cælo* vocat: vel certe his verbis notat planetas, qui luctantur adverso cœlo, i. e. qui adverso motu feruntur, ut dixi vs. 15. 'Signaque et adversos stellarum noscere cursus.'

261 *Ratio fatorum*] Omnis fortunæ ratio, fatales omnes eventus, sors omnis rerum, vs. 1.

262 *Ut sit idem, &c.*] His 13. vss. duodecim signa zodiaci ex ordine re-

Aurato princeps aries in vellere fulgens
Respicit, admirans aversum surgere taurum,

sedem cœli, idem quoque sit prior ordine, is lucens in lana aurea quasi attonitus aspi-

ordinem, sublata tamen distinctionis nota, quam nec ceteri agnoscunt, servat Cod. Lips. cui addita glossa, ' Zodiacus, qui principatum in mundo ha-


NOTÆ

fert. Incipit autem ab ariete, qui dux est ceterorum. Sive quia, ut aliis placet, sol sub eo signo fuit, dum prima mundi cœpit origo. Firmic. III. 2. Sive, ut alii volunt, quia pars ea cœli, quæ arietis est, nobilior est, et e quatuor mundi punctis nobilissimum. Sive, ut aliis videtur, quia ea est arietis natura, ut calidus sit et humidus, quæ duo, calor et humor, prima sunt generationis rerum principia. Arietis variæ appellationes sunt; princeps signorum cœlestium; dux gregis; æquinoctialis; vervex; chrysomallus; Jupiter Ammon; arietinum caput, &c.

Primam arcem] Superiorem locum ac sedem. Arx enim proprie locus est altior in monte, aut in superiori urbis parte situs ac præcipuus. Respexit autem Manilius ad illam cœli primam positionem, qua mundus creatus est. Tunc enim, teste Firmico III. 2. arietis signum mediam seu summam cœli arcem tenebat.

263 *Aurato vellere*] Alludit ad fabulam, de qua II. 34.

264 *Respicit aversum taurum*] Is enim est arietis inter sidera situs, ut rectus pedibus, et fronte exoriatur, cervice tamen paululum reflexa in posteriores sui partes. Tauri vero is est situs, ut posterioribus carens, ab iis tamen exsurgat, capiteque paululum reflexo sursum aspiciat arietem, quem ductorem sequitur. Sic II. 197. et IV. 521. Utriusque autem, arietis et tauri, hunc situm in hac figura exhibendum curavimus.



Summisso vultu geminos et fronte vocantem.

cit retro taurum exoriri a tergo, cum facie et capite inclinato deorsum appellantem

bet, sit primus in nostro carmine.' At videtur sane, hunc vs. ratione structionis et sententiæ potius sequentibus quam præcedentibus esse conjungendum. Modo enim Auctor non de zodiaco, nec de omnibus ejus signis loquitur; sed de uno tantum, quod primum in zodiaco signum est. Nimirum de Ariete ipsi primo loco dicendum. Cujus eam reddit rationem, quæ statim sequitur.'

NOTÆ

Taurum] Qui secundum inter signa zodiaci locum tenet. Is autem inter sidera refertur, vel quia stellæ in ea cœli parte referunt aliquam tauri figuram: vel quia, sole tenente eam cœli partem, virescunt, et e terra surgunt segetes, quæ taurorum sunt labores. Vel quia res ea ex fabulis tota repetenda est. Fabulantur enim tauri speciem in cœlis esse a Jove collocatam, in ejus rei præmium ac memoriam, quod vel Jupiter tauri figuram indutus Europam Agenoris filiam, cujus amore flagrabat, e Tyro in Cretam dorso suo transvexit: vel quod Io de læsa pudicitia sub specie vaccæ aliquatenus satisfieri voluit. Fast. v. Cum hoc autem sidere junguntur pleiades et hyades, de quibus nos infra, vs. 372.

265 *Summisso vultu*] Invergit enim caput deorsum quasi ingeniculatus, et humi procumbens. Tauri appellationes variæ sunt: taurus: bubulum caput: Io: Isis: bos: portitor Europæ.

Geminos] Quod est zodiaci signum tertium, sub figura duorum puerorum, brachiis et cruribus inter se junctorum, exhibitum; vel quia sole in ea cœli parte currente, jam calor videtur ingeminari; vel quia stellæ ibi sunt ita dispositæ, ut hanc geminam puerorum imaginem referant; vel quia fabulantur Hyg. Astron. Poët. II. et alii, hoc sidus inter astra relatum a Jove in ejus concordiæ memoriam, qua Castor et Pollux fratres amantissimi in Laconia regnarunt, nusquam de principatu contendentes. Ovidius autem Fast. v. Castorem quidem et Pollucem sub hoc signo esse vult; at non in mutuæ concordiæ præmium, sed in ejus rei memoriam, quod, cum Phœben et Elairam Leucippi Ætoli filias ducturi essent Idas et Lynceus fratres, illas sibi rapuerint Castor et Pollux. Inde orta pugna, Castor a Lynceo, Lynceus a Polluce fuit interfectus. Idas vero in Pollucem impetum facturus a Jove fulminatus. Unus autem superstes Pollux victor a Jove in cœlum referendus, et immortalitate donandus, impetravit ab eo dimidiam suæ immortalitatis fratri Castori partem, ita ut alternis sex mensibus uterque cœlo potiretur et viseretur. Quanquam Homerus et alii non pauci non ex hoc facto, sed ex origine sua Castori mortalitatem, Polluci immortalitatem asserunt, ut dicemus, vs. 337. dum de Cycno agemus, et II. 181. v. 156. Alii autem Herculem et Apollinem; alii Triptolemum et Jasium; alii Zethum et Amphionem, quorum alter etiam zonam, alter lyram habeat. Geminorum appellationes variæ sunt: gemini: Castor et Pollux: Apollo et Hercules: Triptolemus et Iasion: Amphion et Zethus: Tyndaridæ: Ledæum sidus: Dii Samothraces: duo pavones: duo corpuscula consertis brachiolis et crusculis, &c.

Quos sequitur cancer, cancrum leo, virgo leonem.
Æquato tum libra die cum tempore noctis
Attrahit ardenti fulgentem scorpion astro.

geminos, quos cancer subsequitur: leo sequitur cancrum: virgo leonem. Deinde, die facto æquali cum tempore noctis, libra adducit scorpium lucentem sidere micanti, in

NOTÆ

266 *Quos sequitur cancer*] Cancer quartum est zodiaci signum, quod æstati ineunti præficitur ac præfigitur. Hunc autem inter sidera figuratum volunt, vel quia sol, ubi ad illam cœli partem pervenit, jam more cancri retrogredi videtur. Vel quia stellæ ibi hanc figuram exhibent. Vel ob fabulas, quas referemus II. 33. ubi de his Manilius quoque mentionem facit. Hujus autem appellationes variæ sunt: cancer, octipes, nepa, astacus, cammarus, &c.

Leo] Quintum zodiaci signum, sic dictum, vel quia stellæ in ea cœli parte figuram aliquam leonis referunt; vel quia sol jam majorem calorem terris inducit, quo leo ceteris animantibus præstat; semper enim furore agi aut æstuari dicitur; vel ob fabulas, quas recensebimus II. 32. Hujus appellationes variæ sunt: leo, Herculeius, Cleonæus, Nemeæus.

Virgo] Sextum zodiaci signum sic dictum, vel ex eo, quod sol in ea cœli parte nihil de novo producat, sed sterilis aliquatenus maneat; vel quia stellæ ibi aliquam virginis imaginem referunt; vel propter fabulas, quas memorabimus II. 32. Virginis autem appellationes variæ sunt: Virgo, Astræa, Erigone, Atargatis, Fortuna, Ceres, Isis, Pax, Pauda vel Pautica, Justitia, spicifera Dea, Dea alata, &c. pingitur enim alata in modum angeli, ramum dextra, spicas læva tenens.

267 *Æquato die*] Namque cum sol in libræ est signo, diem nocti æquat, æque ac cum est in ariete.

Libra] Septimum zodiaci signum, cui nomen *libræ* datur, vel quia sol in eo signo diem noctemque quasi æqua lance librat. Verum quam impar sit hæc ratio patet ex eo, quod sol in arietis signo diem pariter nocti æquet. Vel igitur, quod verius crediderim, ex eo quod cum astrologi animadverterent scorpii sequentis tantam esse figuram, ut duorum signorum in zodiaco partes obtineret, eam in duo signa diviserint, quorum alterum, quod scorpii chelæ effingerent, libram dixerunt: alterum, scorpionis signum appellarunt. Forte quia chelæ scorpionis in cœlo aliquam libræ figuram referunt. Unde nonnulli crediderunt hoc non esse peculiare sidus. Quanquam alii fabulati sunt esse virginis Astrææ libram, qua justitiam ac jus mortalibus dabat; Astræamque volunt in virginis sidus mutatam, lib. II. 32. Sæpius autem Poëta noster usurpat chelas scorpionis pro sidere libræ, lib. II. 524. III. 292. IV. 203. &c. Unde patet Libram Manilio nihil aliud esse, quam chelas scorpionis. Libræ appellationes variæ sunt: libra, chelæ, jugum, noctipares, &c.

268 *Scorpion*] Dicitur scorpius, et scorpio, quod est octavum zodiaci signum, cui nomen hoc est datum, vel quia stellæ in ea cœli parte figuram aliquam scorpionis referunt; vel potius quia, sole illud sidus tenente, jam acuta frigora pungere incipiunt, quod per scorpionem significarunt veteres, utpote qui cauda lædat et pungat: vel propter fabulas, quas re-

In cujus caudam contentum dirigit arcum
Mixtus equo, volucrem jam mittens jamque sagittam.
Tum venit angusto capricornus sidere frigens.

cujus caudam, qui junctus est equo, intendit arcum tensum, quasi jam jaculaturus sagittam celerem. Postea capricornus curvatus in brevi astro subsequitur. Post

Stoeber.—269 Scal. ex Gemblac. *contento dirigit arcu:* 'sup. sagittam, vel sumto absolute verbo *dirigit*, quomodo sumitur IV. 323. et II. 171. idem non absolute sumtum sed active.'—270 Scal. Delph. et vulg. *missurus*. Mutavit Bent. Dissentit Stoeb. 'Inusitata Manilio scriptura. Probabilior longe vetus Codd. omnium *missurus*, ubi hoc *jamque* propinquitatis rei futuræ aut jam imminentis significatum habet. Martial. X. 58. et VII. 46. Ejus vicem sustinet *jamjam* apud Terent. Andr. IV. 5.'—271 Scal. Delph. et vulg. *flexus*. Mutavit Bent. 'Non placet illud *flexus:* cum statim sequatur, *Post hunc inflexum;* alterutrum in mendo sit, necesse est. Atqui posterius bene habet, ut IV. 259. 'Ille quoque inflexa fontem qui projicit urna.' Lege igitur, *frigens*. ut II. 252. 'Tuque tuo, capricorne, gelu contractus in astris.'' Dissentit Stoeb. 'magis placet *flexus*, quod universi codd. tuentur. Modo enim

NOTÆ

feremus, II. 32. Hujus appellationes sunt: scorpius, scorpio, nepa, magna fera, &c.

270 *Mixtus equo*] Sagittarius; quod nonum est zodiaci signum. Hujus autem pars superior humana est, posterior equina. Dicitur vero *sagittarius*, vel quia stellæ in ea cœli parte figuram aliquam sagittarii seu arcitenentis imitantur; vel quia, cum sol in eo signo est, grandines et imbres in terras cadere ac sagittarum instar e cœlo delabi videntur; vel ob has fabulas, quas alias alii referunt. Alii enim fabulati sunt hunc fuisse Chironem Centaurum, Saturni filium, qui non modo ceteros Centauros, sed ceteros homines justitia superasse dicitur, et Æsculapium et Achillem nutrisse existimatur. Pietate igitur et justitia sua fecit, ut inter astra numeraretur. Cum autem apud eum Hercules diverteretur, Chironque illius sagittas cum tractaret, una fertur in Chironis pedem cecidisse, cujus vulnere periit. Cujus misericordia motus Jupiter, eum inter astra retulit. Hyg. Astron. Poët. II. Alii Crotum Euphemenes Musarum nutricis filium volunt, qui cum venatione et studiis literarum pariter delectaretur, a Jove post mortem, Musarum precibus est inter astra relatus. Cujus dotes et animi et corporis ut notaret Jupiter, sagittas manibus addidit, quæ mentis vivacitatem exprimerent: crura equina dedit, quæ, quod olim inter venandum equo belle insideret, significarent. Verum duplex est inter astra centaurus, alter inter zodiaci signa, quem sagittarium seu arcitenentem vocant: alter in cœlo austrino, quem centaurum dicunt. Utriusque tamen fabulas confundunt Poëtæ. Ovid. Fast. V. Hyg. citat. Sed de austrino centauro dicemus infra 609. Hujus autem appellationes variæ sunt: sagittarius, sagittipotens, arcitenens, centaurus, Croton, vel Crotus, Chiron, Eumenes, semivir, Philirides, eques sagittarius, capellæ, telum, sagitta arcui applicata, &c.

271 *Capricornus*] Decimum zodiaci signum, cui nomen hoc datum est, vel quia sicut caper sese semper ad

Post hunc inflexam defundit aquarius urnam
Piscibus assuetas avide subeuntibus undas.
Quos aries tangit claudentes ultima signa.
Hæc igitur texunt æquali sidera tractu
Ignibus in varias cœlum laqueantia formas.

ipsum, aquarius effundit amphoram inversam piscibus, qui se immergunt cupide in aquas sibi assuetas, quos terminantes postrema signa zodiaci aries contingit. Ergo hæc astra, quæ exornant cælum in diversas figuras, contexunt illud suis flammis

non de motu aut efficientia capricorni agitur; de quo III. 449. et 637. sed de figura ejus in zodiaco. Proinde eum *angusto*, non *augusto*, ut perperam alii, *sidere flexum* dicit, quod contractior pingeretur, quasi 'gelu concretus,' uti Noster de eodem infra II. 252.'—272 Scal. Delph. et vulg. *diffundit*. Correxit Bent. ex cod. Lips. 'Scal. quasi fidem correctioni facturus addit: *Diffundere* est infundibulo in vas invergere; *defundere* est vas deplere. Videat nunc Lector, an ejusmodi interpretationis fiducia in utramque liceat aurem dormire. Pro *diffuso*, Noster II. 225. 'effuso gaudentes æquore pisces.'' *Stoeb.*—275 'Hic versus cum sex sequentibus longe ultra suas sedes in scriptis libris editisque transferuntur; post versum nempe 538. 'Non casus opus est, magni sed numinis ordo.' Atqui hic suum locum habent, ut statim videbis. *Hæc*, inquit, *sidera texunt æquali tractu*. Quænam autem ista sunt, nisi duodecim in zodiaco, quæ singula occupant gradus triginta *tractu æquali?* Sic enim infra, I. 556. 'Efficiunt orbem zonæ, qua signa feruntur Bis sex æquali spatio texentia cælum.' Quippe extra zodiacum inæqualia spatia a signis occupantur, ut ne unum quidem alteri par sit. Tum illud quoque, 'Altius his nihil est, hæc sunt fastigia mundi,' plane de zodiaci signis dictum est, ut supra 262. 'Ut sit idem primum, mundi quod continet arcem.' *Bent.*

NOTÆ

arbores erigit, ita sol in ea cœli parte videtur jam quasi se attollere, et ad nos ascendere; vel quia stellæ ibi figuram aliquam capricorni imitantur; vel ob fabulas, quas jam referemus. Alii enim fingunt signis annumerari, in memoriam nutricis Jovis, capræ. Lactant. Manil. II. 30. Alii Pana volunt, qui, ceteris Diis Typhœi gigantis sævitiam fugientibus, ac varias ideo formas induentibus, quibus laterent, in fluvium se conjiciens, priori sui parte in capram, posteriori in piscem se commutavit. Hyg. Poët. Astron. II. Itaque pars ejus superior caprina est, posterior desinit in piscem, sed caudam et caput inglomerat in unum. Unde breviori sidere coërcetur, II. 252.

272 *Aquarius*] Undecimum zodiaci signum, II. 233.

273 *Piscibus*] Pisces sunt duodecimum et ultimum zodiaci signum, II. 33.

Avide subeuntibus] Quanquam, ut ait Hyg. citatus, unus duntaxat piscis, quem notium vocant, aquarii subit aquas; quique non est unus e duobus piscibus, qui duodecimum constituunt zodiaci signum. Horum enim alter vertit quidem ora ad os amphoræ, sed aquas non excipit; alter autem vertit ora ad dorsum Andromedæ, ante caput arietis. Unde ambo junguntur cauda. Unus autem piscis notius, de quo vs. 428. aquas aquarii subit. Hactenus Poëta de duodecim zodiaci signis, quorum nos, non imagines quidem, sed characte-

Altius his nihil est. Hæc sunt fastigia mundi.
Publica naturæ domus his contenta tenetur
Finibus, amplectens pontum terrasque jacentes.
Omnia concordi tractu veniuntque caduntque,
Qua semel incubuit cœlum, versumque resurgit.
At, qua fulgentes cœlum consurgit ad arctos,

cum æquali semper ordine. Nihil est sublimius illis. Ipsa sunt culmina cæli. Communis domus universi, quæ complectitur mare et terras depressas, inclusa continetur his limitibus. Omnia sidera et oriuntur, et occidunt cum ordine unanimi, ea parte, qua semel cælum ruit et revolutum ascendit. Verum axis ille, qui attollit se

—277 'Reg. Ald. Pruckn. melius *Altius hic nihil est.* Quo significat, vel ita quoque æqualem esse, ut nullum signum altero altius sit.' *Stoeb.*—282 Scal. Delph. et vulg. *At qui f. cœlo c. a. a.* Mutavit Bent. '*Qui*, hoc est, 'axis;' qui versu demum hinc quinto primum conspicitur. Deinde si *qui* hic recipis, duos axes necessario admittis, hunc qui ad arctos surgit, alterum qui ad ima descendit. Repone igitur *qua*.' Dissentit Stoeb. '*qui* positum enim pro

NOTÆ

res, et characterum rationes in hac tabella curavimus apponi.

Aries	♈	*Caput Arietinum.*	*Libra*	♎	*Librile cum Trutina.*
Taurus	♉	*Caput Taurinum.*	*Scorpius*	♏	*Scorpionis cauda erecta.*
Gemini	♊	*Duo corpuscula brachiis et cruribus juncta.*	*Sagittarius*	♐	*Sagitta arcui applicata.*
Cancer	♋	*Cammari depravati figura.*	*Capricornus*	♑	*Capricorni cauda convoluta.*
Leo	♌	*Cauda Leonina.*	*Aquarius*	♒	*Fusio Aquarum.*
Virgo	♍	*Ala Virginis.*	*Pisces*	♓	*Duo Pisces adversis dorsis juncti.*

277 *Altius his nihil est*] Quod scilicet cadat in conspectus nostros. Stellis enim altius est firmamentum: altius empyreum cœlum: altius primum mobile.

282 *At, qua* [*qui*] *fulgentes, &c.*] His 19. vss. describit mundi axem, circa quem totus mundus volvitur, sed qui stat immotus. Est igitur axis linea diametralis, quæ ab uno polo ad al-

Omnia quæ e summo despectant sidera mundo,
Nec norunt obitus, unoque in vertice, tantum
In diversa sitæ cælumque et sidera torquent;
Aëra per gelidum tenuis deducitur axis,
Libratumque regit diverso cardine mundum:

ad cœlum versus ursas lucentes, (quæ ex alto cœlo aspiciunt deorsum cetera astra, nec agnoscunt occasus, et quæ disposita in partes adversas vertunt cœlum et astra in uno solum polo) ille, inquam, axis exiguus protrahitur per aëra frigidum, et regit totum mundum suspensum æqua lance in vario polo. Circa quem axem positum in

verum, verum tamen. Duo sane recentiores *cœlum.*'—283 Deest particula *e* ante *summo* in Scal. Delph. et vulg. Reposuit Bent.—284-85 Mss. vett. *situ.* Correxit Scal. ex Gemblac. 'Sed et hi duo versus a mala manu sunt. Quam frigide illud *tantum!* Neque hic erat locus describendi binas arctos, cum per *arctos* nil nisi polum ipsum significet. Arctorum *situs* postea eleganter describit I. 310. Ergo si non *positæ sunt paribus frontibus*, illud idem est, quod *in diversa* sitæ. Vapulet igitur interpolator.' *Bent.* Stoeb. putat interpungendum *unoque in vertice tantum. In diversa, &c.* 'Videbis, hoc *tantum* adeo frigide dictum non esse, ut vel ideo binis his versibus *νοθείας* notam, judice Bentleio, inuramus. *Unoque* dictum pro 'sed in uno;' sicuti apud Colum. v. 8. 'Olea neque depressa loca neque ardua, magisque (i. e. sed magis) modicos clivos amat.' Et ipsum *atque* sic exponendum in Nepote Miltiad. cap. 4. fin. 'Cares resistere ausi non sunt, atque (sed) ex insula demigrarunt.' *Vertice*, i. e. polo. Cic. Nat. Deor. II. 41. 'Dicitur esse polus, hunc circum Arctoë feruntur, nunquam occidentes.''—287 Mss. omnes et Delph.

NOTÆ

terum pertinet per ipsum terræ medium, et circa quam totius universi sphæra convolvitur. Dictus a verbo Græco, *ἄγω, ago, moveo*, quasi totum universum torqueat in motum orbicularem. Ipse vero immotus stat. Ejus extrema duo nituntur duobus polis seu cardinibus. Quanquam hæc linea non re, sed mente tantum concipitur, ut totius universi motus orbicularis aliquatenus a nobis intelligatur, 291.

Consurgit ad arctos] Ad ursas septemtrionales, helicen et cynosuram, de quibus 304. Loquitur autem Poëta non habita ratione sphæræ rectæ, sed obliquæ, qualis forte Romæ est, aut Athenis, aut aliis septemtrionalibus regionibus, quibus polus est supra horizontem. Unde dixit 'consurgit ad arctos:' et infra, 'Omnia quæ summo despectant sidera mundo.' Qualis etiam sphæra obliqua nobis est.

284 *Nec norunt obitus*] Non occidunt, scilicet populis septemtrionalibus, quibus sunt supra horizontem. Utraque enim boreali polo nixa visitur semper supra nostrum horizontem. Ovid. Trist. IV. El. III. Fest. Avien. in Arat. 'Nescia signa salis, nocturnique inscia casus.' Cujus rei causam repetendam ex Junonis indignatione poëtæ finxerunt, ut dicemus vs. 308.

285 *In diversa sitæ*] Adversis enim dorsis alterutra caput vergit in caudam alterius, vs. 310.

286 *Axis*] Diametralis linea, quæ fingitur transire ab uno polo ad alterum per medium aëra, et terræ centrum, vs. 282. 299.

287 *Diverso cardine*] Duplici polo, arctico scilicet et antarctico; seu

Sidereus circa medium quem volvitur orbis,
Æthereosque rotat cursus; immotus at ille
Austrinas arctos magni per inania mundi,
Perque ipsum terræ directus conspicit orbem.

medio mundi, globus stellatus rotatur, et circumagit motus aërios. Verum ille Axis immobilis, stetit ductus recta geminas ursas per spatia inania vasti universi, et per

---

regit. 'Axis,' inquit Scal. 'non *regit* orbem, sed *gerit*' et sic mutavit, quem sequuntur Delph. et vulg. Restituit Bent.—289 'Distingue et scribe, *Æthereosque rotat cursus immotus* (:) *at ille*, &c. Sic Edd. Reg. Rom. et ante Scal. omnes. Sensus planus et apertus: *axis immotus rotat*, i. e. facit ut in orbem volvantur *curs. æther.*' Stoeb.—290-91 Scal. Delph. et vulg. *In binas arctos m. p. i. m. P. q. i. t. d. constitit o.* Mutavit Bent. '*constitit* Scal. debetur; nam libri omnes *conspicit*: et recte: nam in alio vocabulo latet mendum. Repone *Austrinas*. Ordo est, *axis ille*, qui a septentrione juxta ursas majorem et minorem incipit, *directus conspicit austrinas* et oppositas *arctos per inania mundi et ipsum terræ orbem*. Ita infra 588. 'Circulus austrinas qui stringit et obsidet arctos.' Binæ arctæ sunt ursa major minorque, neque polos utrosque arcticum et antarcticum significare possunt. III. 409. 'geminasque ascendit in arctos.' *Conspicit*, axis scil. ut mox I. 300. de eodem: 'Ipse videt circa volitantia cuncta moveri.'' Rescribendum vult Stoeb. ex Cod. Lips. et Edd. omnibus *In binas arctos*: '*Binas* autem arctos h. l. dicit polos, qui ab arctis illis borealibus nomen trahunt. Signum pro re signata. Axem enim, quem a vs. demum hinc retro quarto describere Auctor orsus est, a polo arctico ad antarcticum directum esse, vel pueris notum. Quapropter non unius tantum, sed utriusque eum h. l. meminisse oportet. Quod si enim ipsas ursas intelligi vellet, utrumque polum illustrantes, certe non *binas*, sed *bis binas arctos* dixisset. *Conspicit*, incommoda prorsus positio verbi activi sine casu. Ecquod enim genus loquendi? *Axis con-*

NOTÆ

boreali, et australi. Dicuntur autem *cardines*, quia quasi in illis innixa mundi moles, tanquam janua in suis cardinibus, volvitur. Dicuntur et *vertices* a verbo *vertere*. Dicuntur *poli* a verbo Græco πολεῖν, *vertere*. Alter autem qui septemtrionalis est, dicitur *borealis* a borea vento, qui flat inde; *arcticus*, ab *arctis*, i. e. ab ursis duabus, helice et cynosura, quæ circa illum torquentur. Dicitur et *sublimis*, respectu alterius, qui jacet infra, sed habita duntaxat ratione sphæræ obliquæ, qualis est nobis, et populis septemtrionalibus. Alter vero qui australis est dicitur ab *austro* vento, qui flat a meridie; *antarcticus*, quia opponitur alteri arctico; *infimus*, quia semper nobis, et populis septemtrionalibus latet, infraque pedes jacet.

289 *Immotus at ille*] Cujus rei aliquam rationem reddit Poëta vs. 297.

290 *Austrinas* [*In binas*] *arctos*] In geminas Ursas, septemtrionales scilicet duas, et duas australes. Veteres enim ex conjectura in hunc errorem cecidere, ut sicut circa polum borealem duas ursas, ita circa polum australem duas quoque ursas circumvolvi crediderint. Quod tamen falsum esse docebimus vs. 387.

291 *Conspicit* [*constitit*] Stetit immotus, prior vox *immotus* indicat satis legendum esse *constitit*.

Nec vero solidus stat robore corporis axis,
Nec grave pondus habet, quod onus ferat ætheris alti.
Sed cum aër omnis semper volvatur in orbem,
Quoque semel cœpit, totus volet undique in ipsum:
Quodcumque in medio est, circa quod cuncta moventur,
Usque adeo tenue, ut verti non possit in ipsum,
Nec jam inclinari, nec se convertere in orbem.

ipsum globum telluris. Neque autem firmitas illius corporis constat e vera duritie, neque habet pondus grave, eo quod ferat onus summi aëris: sed quia omnis æther convertitur perpetuo in circulum, et totus fertur ex omni parte in illud punctum, a quo incepit semel; illud qualecumque est in medio, circa quod omnia volvuntur, est tam gracile, ut nequeat moveri in seipsum, neque modo deprimi deorsum, neque tor-

spicit directus per medium *orbem.* Itaque Scal. vult *constitit*, quod Cod. Lips. agnoscit. Probabile ex eo fit, quod Noster *axem immotum* paulo supra dixit, et infra 299. Avienus quoque, Aratea convertens, de axe, 'Ut semel hærens Constitit.''—292 Scal. Delph. et vulg. *Nec v. e. solido stat robur corporis ejus.* 'Libri omnes *robore:* et duo vetustissimi, Gemblac. et Lips. *ei* pro *ejus: robur* a Scaligero est: versus mendosus et semibarbarus: Lego, *Nec vero solidus stat robore corporis axis.* A Virgilio habuit, quem sæpe imitatur: Æn. II. 639. 'vos o, quibus integer ævi Sanguis, ait, solidæque suo stant robore vires.'' *Bentl.*—296 'Regiom. *Quoddamque*, ubi partic. *que* redundat. Dixit vero *quoddam*, quia magis præcise denominari nequit. 'Hoc quoddam dixere axem,' vs. 299.' *Stoeb.*—297 'Scal. *id ipsum.* Rectius vero *in* ex Ms. Lips. et Editis præstantioribus. Eadem fere locutio versu abhinc secundo. Mox sequitur, 'convertere in orbem.' Quæ ut otiosæ tautologiæ loco accipiamus, nostræ erga Manilium verecundiæ non est. Cum extra controversiam positum, *in ipsum*, dictum esse pro, 'in se ipsum;' et illa, *volet undique in ipsum*, perinde esse ac, 'ex suo centro in idem orbiculariter moveri:' tum vero hæc, *ut verti non possit in ipsum*, ex tenuitate particularum, quæ axem constituunt, simpliciter explicabimus, ac si dixisset: 'particulas aëris subtilissimas, quibus axis compositus,' non a semet invicem, ne dum in aliquo centro, quod nec concipi potest, agitari.' *Stoeb.* '*In ipsum* perinde est, ac 'in se' vel 'in se ipsum:' hoc auctori nostro perpetuum propriumque est. Nulla ergo causa est, cur *id* admittamus.' *Bentl.*—298 'Versus ineptus et spurius. Nihil novi dicit; nihil quod non in priore

NOTÆ

292 *Solidus*] Neque enim re, sed mente tantum concipitur mundi axis. Unde vocat illum *tenuem*, vss. 286. 297.

Robore] Firmitate aut duritie. *Robur* enim proprie species est arboris glandiferæ, quæ, quia dura et firma, per translationem usurpatur pro *viribus animi*, aut *corporis firmitate*, aut *rei duritia*. Virg. Æn. VII. 609. 'Ferri Robora.'

293 *Ætheris alti*] Cœli, ætheris, et aëris desuper incumbentis in ipsum axem.

296 *Quodcumque in medio est*] Axis: linea diametralis, quæ concipitur transire ab uno polo ad alterum per mediam terram.

297 *In ipsum*] In seipsum. Maniliana locutio frequentissima. Vertere autem se in seipsum, est movere se in orbem. Quo motu caret axis mundi, quia stat immotus.

Hoc dixere axem, quia motum non habet ullum:
Ipse videt circa volitantia cuncta moveri.
Summa tenent ejus miseris notissima nautis
Signa, per immensum cupidos ducentia pontum:
Majoremque helice major decircinat arcum.
Septem illam stellæ certantes lumine signant:

quere se in circulum. Homines vocaverunt illud axem, quia non habet ullum motum, sed ipse conspicit omnia, quæ moventur, torqueri circa seipsum. Duo sidera maxime cognita miseris nautis, et quæ dirigunt per vastum mare eos, qui cupiunt navigare, occupant extrema illius axis. Et helice, quæ major est ursa, describit majorem circulum. Septem stellæ, quæ sibi non cedunt luce, figurant illam; cujus

est. *Inclinari* autem prave hic et barbare.' *Bent.* Dissentit Stoeb. 'Servant hunc vs. Ms. Lips. et Vulgati. *Inclinari* autem, quod prave et barbare dictum judicat Bentl. optimæ notæ Scriptoribus, sensu Maniliano, usurpatum. Ovid. Metam. II. 720. 'Sic super Actæas agilis Cyllenius arces Inclinat cursus.' Ibidem XI. 257. 'Pronus erat Titan, inclinatoque tenebat Hesperium temone fretum.' Et Stat. Theb. XII. pr. 'Nondum cuncta polo vigil inclinaverat astra Ortus, &c.' Ex quibus locis simul apparet, non inclinari axem Nostro sic dici, ut intelligas, eum non in unam magis ac alteram partem vergere aut propendere, neque eo motu ferri, quo navis in ponto.'—303 Libri vett. *decircinat arcton.* Correxit Scal. quem sequuntur Edd. omnes.—

NOTÆ

299 *Hoc dixere axem, quia, &c.*] Axis, Græce ἄξων, a verbo ἄγω, *ago, moveo.* Quippe qui cetera movet et agit circa seipsum; unde stet immotus necesse est: alias daretur processus in infinitum, qui motum omnem sistit.

301 *Summa tenent ejus, &c.*] His II. vss. utriusque ursæ, majoris et minoris situm ad extrema axis illius describit.

302 *Signa*] Duæ ursæ.

303 *Helice*] Major ursa. Græce ἑλίκη, a verbo ἑλίσσω, *circumvolvo,* quippe quæ motu perpetuo volvatur circa mundi polum. Dicitur autem *ursa major,* respectu minoris; utraque autem dicitur *ursa,* vel quia stellæ ibi in cœlo ursarum figuras aliquas referunt, vel propter fabulas, quas de utraque commenti sunt poëtæ, et quas nos referemus II. 29. Porro cum utraque stellas septem habeat, quæ et plaustri figuram referant, *plaustra* quoque dicuntur: helice quidem *plaustrum majus.* Cynosura *plaustrum minus.* Fest. Avien. in Arat. 'Fabula namque ursas, species dat plaustra videri.' Hujus autem sideris variæ sunt appellationes. Ursa major, helice, plaustrum majus, Calisto, Megisto, Elix, arcturus, nonacrina, plaustriluca, Lycaonia, Parrhasis, Erymanthis, &c.

Majorem arcum] Circulum, orbem, spiram. Quippe quæ major sit cynosura. Unde majorem, quam hæc, describit orbem. Etenim longius recedit ab ipso polo, quam minor. Gemb. *Arcton;* i. e. ursam.

304 *Septem stellæ, &c.*] Vulgo, *Septemtriones* dicuntur, vel a numero stellarum septem, quasi vox *triones* superflua foret; vel a figura boum plaustro junctorum, quam exhibent. Veteres enim *triones* dixere quasi

Qua duce per fluctus Graiæ dant vela carinæ.
Angusto cynosura brevis torquetur in orbe,
Quam spatio, tam luce minor: sed judice vincit
Majorem Tyrio. Pœnis hæc certior auctor,

ductu naves Græcæ faciunt vela per undas maris. Cynosura angusta movetur in brevi circulo, quippe quæ sit inferior helicæ tam loco, quam lumine. Sed teste Tyrio superat majorem ursam; quippe quæ sit certior dux Pœnis, dum investigant in me-

307 Scal. Delph. et vulg. *Tam s. quam l. m.* Has particulas transposuit Bent. 'Libri veteres, *Quam spatio, tam luce minor.* Elegantius: quia jam de *spatio* locutus est, illi *majorem arcum* assignans, huic *orbem angustum.* Ut igitur *spatio,* quod jam dictum; ita, quod nunc dicitur, *luce minor.* Virgil. Æn.

NOTÆ

teriones, hoc est, bove sterendæ seu arandæ terræ idoneos: vel a figuris triquetris, quas referunt. A. Gell. II. 1. Porro hæc septem præcipuæ stellæ, quæ secundæ magnitudinis sunt, non ursæ, sed plaustri figuram exhibent. Viginti enim quatuor sunt stellæ, quæ totam ursæ figuram complent, præter informes multas. Nec sola helice *septemtrio* dicitur; sed et cynosura, quam septem quoque præcipuæ stellæ signant, spatio quidem et luce minorem, ut jam dicetur.

Certantes lumine] Sunt enim omnes secundæ magnitudinis seu differentiæ. At in cynosura duæ sunt tantum stellæ secundæ magnitudinis; una, tertiæ; tres, quartæ; una quintæ. Unde addidit infra poëta, vs. 307. 'Tam spatio, quam luce minor.'

305 *Qua duce, &c.*] Quippe qui Peloponnesum, et Græcas insulas incolunt, ii majori utuntur ursa inter navigandum. Ovid. Trist. IV. El. III. citatus supra 284. not.

306 *Cynosura*] Ursa minor, a Sidoniis dicta *Cynosura.* Ovid. Fast. III. 107. 'Esse duas Arctos, quarum cynosura petatur Sidoniis.' Hanc septem pariter stellæ, luce quidem impares, signant, quæ non ursæ, sed plaustri potius minoris figuram referunt. Unde et *plaustrum minus* dicitur: sed *ursa* pariter dicitur, propter fabulas, quas referemus II. 30. Appellationes ejus variæ sunt, ursa minor, cynosura, septemtrio, Phœnice, plaustrum minus, &c.

307 *Quam spatio, tam luce minor*] Neque enim tam late patet, aut tam magnum peragit circulum, quam ursa major, quia polo proximior; neque stellas habet ejusdem differentiæ, ac helice, vs. 304.

308 *Tyrio*] Phœnice, Sidonio. Tyrus enim et Sidon duæ sunt urbes Syriæ, seu regionis Phœniciæ, nobilissimæ, quarum cives inter navigandum hoc sidus cynosuræ potissimum observabant, utpote quod sit certius; sed ad eam stellam attendebant nautæ, quæ est in extrema cauda, quam ideo vocant stellam navigatoriam; stellam maris; vel stellam polarem, utpote quæ sit polo omnium maxime vicina. German. in Arat. 'Certior est cynosura tamen sulcantibus æquor, Quippe brevis totam fido se cardine vertit, Sidoniamque ratem nunquam spectata fefellit.' *Pœnis*] Vel *Phœnis,* i. e. Phœnicibus, seu Sidoniis aut Tyriis, populis Phœniciæ insignioribus, et navigandi peritissimis.

Auctor] Fœminini generis; sæpius tamen masc. Unde Tertullianus dixit

Non apparentem pelago quærentibus oram.
Nec paribus positæ sunt frontibus. Utraque caudam
Vergit in alterius rostrum, sequiturque sequentem.
Has inter fusus, circumque amplexus utramque


dio mari orbem terrarum sibi non conspicuam. Neque dispositæ sunt cum vultibus similiter conversis. Utraque enim invertit caudam in os alterius et subsequitur alteram subsequentem vicissim. 'Draco interpositus inter istas, et circumcingens

VIII. 723. 'Quam variæ linguis, habitu tam vestis et armis.''—309 Scal. Delph. et vulg. *orbem*. Mutavit Bent. 'Quid? an nunquam Pœni cynosuram servant; nisi cum novum *orbem* quærunt, extra Herculis columnas? Immo in mari suo mediterraneo quotiescumque littus non vident.' Stoeb. antiquam lectionem probat: 'Libri omnes *orbem*, i. e. continentem terram. Non vero orbem novum extra Herculis columnas.'—311 Scal. Delph. et vulg. *rostro*. Mutavit Bent. '*Vergere caudam in rostro* vix bene Latine dicitur. Repone *V. i. a. rostrum*, vel *Mergit i. a. rostro*.'—312 'Bene est, quod separa-

NOTÆ

'Auctrix.'

310. *Nec paribus positæ, &c.*] Ita quippe dispositæ sunt in cœlo duæ ursæ, ut quasi dorsis adversis alterutra caput vergat ad caudam alterius. Res clarius patet in hac figura, in qua utriusque ursæ, majoris et minoris, situm, una cum dracone inter eas interfuso, exhiberi curavimus, cum præcipuis suis stellis.



312 *Has inter fusus, &c.*] His 3. vss. situm draconis inter duas ursas describit. Dixit autem *interfusus*, i. e. quasi fluminis instar fusus. Sic Virg.

Dividit et jungit squamis ardentibus anguis;
Ne coëant, abeantve suis a sedibus unquam.
Hunc inter, mediumque orbem, quo sidera septem

utramque separat, et constringit illas suis stellis lucentibus ne conjungantur, vel aliquando discedant a suis locis. At inter hunc draconem et circulum medium, sub quo

tim dedit Bent. quæ conjuncta leguntur in Mss. et sic Scal. Delph. et vulg. *interfusus.* Dudum enim in Servio notavit Turnebus, quod dirimendam præparticulam conjunxit in 'subterlabentia signa' apud Lucan. init. Carm. et in 'ante malorum,' Virg. Æn. I. 202. Idem vero, quod rem spectat præsentem, Georg. I. 244. anguem, scil. draconem, flexu sinuoso per duas arctos, fluminis instar, elabi scribit. Unde cur Noster dicat *fusum* facile intelligitur.' *Stoeb.*—313 Scal. Delph. et vulg. *cingit stellis.* Mutavit Bent. '*Dividit et jungit;* antitheton huic scriptori solenne. *Squamis,* non *stellis.* Virg. de angue, Æn. v. 87. 'Cæruleæ cui terga notæ, maculosus et auro Squamam incendebat fulgor.'' Dissentit Stoeb. 'Codd. meliores, *cingit.* Vide iterum Virg. l. c. et German. 48. Serpens, ait Noster, *inter* arctos *fusus* eas *dividit, circumque amplexus cingit.* Sic in globo astronom. Cur non potius *stellis?* consentiunt enim in hoc Libri universi. Neque vero *squama ardens* dici proprie potest. Virg. quidem Æn. v. 87. 'maculosus et auro Squamam incendebat fulgor, &c.' sed nihil hic de angue sidereo. Cf. Nostr. supra 255. et mox

NOTÆ

Georg. I. 244. 'Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis Circum perque duas in morem fluminis Arctos.'

313 *Anguis*] Draco, serpens tortuosus, cujus situm ita describit Hygin. Astron. Poët. III. 'Draco inter duas arctos collocatus videtur, corporis sinu facto, arcton minorem ita concludere, ut pæne pedes ejus tangere videatur; cauda autem flexa caput majoris attingere, suo capite tanquam reducto arcticum attingens corpus in sphæram complicari; et si quis diligentius attenderet, videre posset caput draconis ad majoris ursæ regionem caudæ collocari.' Ita et Fest. Avien. in Arat. Veteres autem finxerunt in hac cœli parte draconem esse, vel quia stellæ ibi positæ figuram aliquam sinuosi serpentis referunt: vel potius ob fabulas. Alii enim fabulantur hunc fuisse draconem, quem a Junone hortis Hesperidum ad mala aurea custodienda constitutum Hercules interfecit, ut ea mala aurea raperet, quæ ad vitricum Eurystheum detulit. In cujus rei memoriam Juno curavit hunc draconem inter astra collocari. Alii vero volunt hunc esse draconem, quem Minervæ, cum ab ipsa oppugnarentur, gigantes objecerunt, quemque abreptum Minerva contorsit ad sidera versus cœli axem, inter duas Ursas. Variæ autem ejus appellationes sunt: draco; serpens; anguis; Hesperidum custos: palmes emeritus; coluber arborem conscendens; Python; monstrum, &c.

315 *Hunc inter, mediumque orbem, &c.*] His 6. vss. præmonet se ex ordine descripturum reliqua septemtrionalia sidera, quæ quidem inter draconem et zodiacum intercipiuntur: quæque quia inter se pugnant, non ratione naturæ ac figuræ solum; sed etiam viribus ac affectionibus, totum aërem sibi subjectum ita temperant, ut orbem terrarum mortalibus red-

Per bis sena volant contra nitentia signa,
Mixta ex diversis consurgunt viribus astra,
Hinc vicina gelu, cœlique hinc proxima flammis:
Quæ, quia dissimilis, qua pugnat, temperat aër,
Frugiferum sub se reddunt mortalibus orbem.

septem stellæ erraticæ feruntur per duodecim signa zodiaci luctantes adversus illa, plurima sidera apparent, quæ constant ex variis naturis: quorum alia ex una parte proxima sunt ignibus poli, et ex altera parte propinqua ignibus zodiaci; quæ quidem sidera efficiunt ut orbis terrarum sub seipsis ferax sit hominibus, quia aër dispar, quatenus illa inter se opponuntur, temperat orbem terrarum. Signum vici-

329.'—318 Libri vett. *Hinc vicina poli*, et sic Delph. quam lectionem Stoeb. reponendam vult ex Cod. Lips. qui sic distinguit, *poli cœlique. Hinc, &c.* Poli scil. flammis aut stellis. ' Loquitur enim Poëta de signis quæ sunt inter alterutrum polum, præsertim septentrionalem, et zodiacum, quæ dicit ex parte illi, ex parte huic esse propiora.' Mutavit Scal. in *polis*, et sic vulg. ' Nam aliæ stellæ utrique poli, aliæ zodiaco vicinæ. Zodiacum autem vocat cœli flammas, quod per eum sol feratur.' Mutavit iterum Bent. in *gelu*. ' *Polis* a Scal. est: perperam. Inter *hunc* anguem, ait Auctor, et *zodiacum* sidera veniunt e diversis frigoris et caloris viribus temperata. De nostro igitur polo hic agit, non etiam de antarctico. Libri omnes *poli:* sed Noster aliique dativum hic usurpant: ut vs. 174. ' Nunc cancro vicina canam.' Facile est reponere *polo:* sed vide annon verius sit, *gelu*. *Gelu* et *flammas* ipsa per se opposita sunt: *polus* et flammæ, non nisi per aliquod tertium.'—319 Delph, *pugnant*, 'sup. signa illa diversis mixta viribus. Horum enim pugna, seu temperamento diverso, aër dissimiliter temperatur, quo terra frugifera fiat. Rom. *pugnat*, et sic Scal. et vulg. sup. *aër*. Male: neque enim aër pugnat, sed

NOTÆ

dant feracem. Namque, ut Ptolem. De Judic. I. docet, cum astrologis omnibus, aër ab astrorum affectionibus, quas influentias vocant, maxime inficitur, atque temperatur; unde terræ fructus ferant, aut arescant. Igitur *Hunc inter, mediumque orbem*, i. e. inter hunc *draconem*, et medium orbem, id est, *zodiacum*, qui in medio cœlo est.

Sidera septem] Septem planetæ, qui vix extra zodiaci fines prætergrediuntur, vss. 15. et 809.

318 *Gelu* [*poli*] Sup. *flammis*, i. e. stellis. Ita Gemb. Bene; loquitur enim Poëta de signis, quæ sunt inter polum septemtrionalem et zodiacum, ut satis constat ex vs. 315. ' Hunc inter, mediumque orbem,' &c. At Scaliger, *Polis*. Quasi loquatur Poëta non solum de signis septemtrionalibus; sed et de austrinis. Unde legit, nec male, *Hinc vicina polis, hinc cœli proxima flammis*. Loquitur enim Poëta tam de australibus, quam de septemtrionalibus signis.

Cæli .. flammis] Signis zodiaci. Zodiacum enim vocat modo *cœlum;* modo *cœlum medium;* modo *cœlum magnum, &c.* Quasi pars nobilior pro toto. Non solum enim in zodiaco lucent signa duodecim, sed et planetæ septem. Unde dixit, *cœli flammis*, quasi potissimum ea cœli pars stellis ignescat.

Proxima fulgentes arctos boreamque rigentem
Nixa venit species genibus, sibi conscia causæ,
A tergo nitet arctophylax; idemque bootes,

num Ursis gelidis et aquiloni frigido exoritur incumbens genibus, quod scit causam suæ sortis. A cujus dorso arctophylax lucet, qui et idem dicitur bootes, eo quod

signa, viribus mixta diversis, *pugnant*.' Delph.—321 Scal. Delph. et vulg. *frigentes a.* Mutavit Bent. 'Apage ista *frigentes rigentem:* tam sono similia quam sensu eadem. Repone *fulgentes*. Sic solet Noster: supra 282. 'At qua fulgentes cœlum consurgit ad arctos:' infra 564. 'Circulus ad boream fulgentem sustinet arcton.''—322 'Pro *venit* Regiom. *subit*, quod Nostro

NOTÆ

321 *Proxima, &c.*] His 2. vss. describit situm sideris, quod vulgo dicitur engonasi, seu ingeniculus, aut nixus. Sunt qui putant Lycaonem esse, quem genibus innixum faciunt, quasi supplex ad Deos tendat palmas, precansque, ut filiam suam Calistum in ursam mutatam sibi restituant. Alii fabulantur esse Thesea, qui quasi saxum attollere ac revolvere videtur, sub quo Pelopium ensem posuerat Ægeus, matrique Thesei Æthræ prædixerat, ne ante filium Athenas mitteret, quam sublato lapide viribus suis gladium retulisset. Quidam vero melius autumant Herculem, qui dextro genu nixus, sinistro pede conterere conatur dextram capitis partem draconis Hesperidum custodis, ut dicam, vs. 373. Hygin. Poët. Astron. II. et Fest. Avien. in Arat. Is autem est situs hujus signi in cœlo, ut caput inversum habeat; dextro pede caput bootæ tangat; sinistro caput draconis conculcet; capite tangat caput ophiuchi; sinistram manum porrigat ad lyram; dextram ad caput serpentis ophiuchi. Variæ illius appellationes sunt: engonasi; ingeniculatus; nixus; prociduus in genua; incurvatus in genu; genuflexus: Nessus; saltator; aper; Cetheus; Theseus; Alcides; Hercules; Ixion; Promethæus; Tamyras; Orpheus; imago laboranti similis, &c.

Fulgentes [*frigentes*] *arctos*] Ursas septemtrionales, juxta quas adhæret engonasi, seu Hercules.

Boreamque] Aquilonem, ventum a septemtrione flantem, et aquas gelu constringentem. Sumit autem Poëta boream ventum, pro cœli septemtrionali parte.

322 *Sibi conscia causæ*] Sic Fest. Avien. in Arat. 'Protinus expertem quem quondam dixit Aratus Nominis, et cujus latuit quoque causa laboris.'

323 *A tergo nitet arctophylax*] His 3. vss. describit situm arctophylacis, seu bootæ, aut bubulis. Is autem jacet a tergo engonasi; cujus sinistra tangit caudam ursæ majoris; dextrum genu tropicum cancri; sinistro pede, virginem calcat; caput ejus teritur pede dextro Herculis. Græce dicitur *arctophylax*, ab ἄρκτος, *ursa;* et φύλαξ, *custos:* et *bootes*, a voce Græca βοῦς, *bos.* Latine bubulus, aut bubulcus. Dicitur etiam plaustri custos; ursæ custos; clamator; vociferator; plorans; Philomeles; Arcas; Icarus; Lycaon; arcturus minor; septemtrio; orion; canis latrans; sagittifer, &c. Varii quippe varia de hoc fabulantur. Alii enim volunt hunc fuisse Icarum Erigones

Quod stimulis junctis instat de more juvencis,
Arcturumque rapit medio sub pectore secum.
At parte ex alia claro volat orbe corona,

similis bootæ agitat pro more boves copulatos: et corripit secum arcturum per medium pectus. Sed ex alia parte corona fertur in circulo splendido fulgens ex diverso

magis familiare.' *Stoeb.*—324 Libri vett. *Cui similis:* correxit Scal. illud *cui* in *quod*, et sic omnes Edd. et legendum proponit *stimulo* pro *similis*. Mutavit Bent. 'Cui *similis?* ut recte interrogat Scaliger. Idem egregie corrigit, *stimulo*. 'Sic,' ait, 'ex Gemblacensi legere malim:' atqui et iste liber et ceteri omnes *similis:* quare hoc viri magni conjecturæ debeatur. Tibull. I. 1. 10. 'Aut stimulo tardos increpuisse boves.' Hic tamen lege *stimulis*, ut Ovid. Met. XIV. 647. 'Sæpe manu stimulos rigida portabat, ut illum Jurares fessos modo disjunxisse juvencos.'' 'Regiom. *Quod simul is.* Unus omnium hic sapit. Causam reddere vult Auctor, cur signum dicatur arctophylax idemque bootes. Nimirum quod *is instat* quasi *juvencis simul junctis.* Initio enim qui sidera perviderunt, et numerum stellarum in unaquaque specie corporis constituerunt; quod non arctum sed plaustrum nominaverunt, ex septem stellis duæ quæ pariles, et maxime in uno loco, h. e. *simul* viderentur, pro bobus haberentur, reliquæ vero quinque figuram plaustri simularent. itaque et quod proximum huic est signum bootem nominari voluerunt.

NOTÆ

patrem, qui, cum a Baccho vini usum accepisset, vitem sevit, cujus folia cum depavisset hircus, hunc interfecit. Cujus ex pelle utrem fecit, quem vino plenum in plaustrum intulit: sed eo tandem vino inebriatus misere periit. Cujus sortem miseratus Bacchus, impetravit a Jove ut inter astra proxime ursas collocaretur. German. in Arat. Alii vero Arcadem Calistus filium putant. Is enim adultus cum inter sylvas venaretur, incidit in ursam matrem, quam cum non agnosceret sub hac forma ferina, persecutus est usque in templum Jovis Lycæi, ut eam occideret. Sed utriusque sortis miseratus Jupiter, eos inter astra transtulit. Hygin. Poët. Astron. II. Fest. Avien. in Arat. et alii fere omnes.

325 *Arcturumque*] Non signum, sed unica stella est arcturus inter crura bootæ, seu arctophylacis, quæ primæ est magnitudinis. Est autem in inguine sinistro arctophylacis, juxta tropicum cancri.

Medio sub pectore] Infra ventrem, subter zonam bubuli.

326 *At parte ex alia, &c.*] His 5. vss. describit coronæ borealis situm. Hanc autem arctophylax sinistro tangit humero; engonasi vero seu Hercules, dorso. Serpens serpentarii inhiat in illam; paulum extra tropicum cancri jacet. Sidus est septem, vel, ut aliis placet, octo, immo novem stellas habens. Quarum omnium lucidissima secundæ est magnitudinis; reliquæ vero, quartæ vel quintæ. Illa autem splendidissima stella proxima est frontem, seu in anteriori media coronæ parte. Hoc vero sidus dicitur corona, corona septemtrionalis; Gnossia; corona Vulcani; Thesei; Ariadnes; Minois, &c. Fabulantur enim hoc sidus, quod aliquam coronæ speciem imitatur, Ariadnæ Minois Cretensium regis filiæ esse coronam a Libero datam, cum ejus nuptias peteret. German. in Arat. 'Hunc illi Bacchus thalami memor addit honorem.' Adduntque opera

Luce micans varia: nam stella vincitur una
Circulus, in media radiat quæ maxima fronte;
Candidaque ardenti distinguit lumina flamma,
Gnossia desertæ quondam monumenta puellæ.

lumine. Etenim orbis illius superatur ab una stella, quæ fulgens quasi in medio vultu, dividit stellas vicinas hinc inde, et albescentes ex igne micanti; quippe hæc sunt testimonia Gnossiæ Virginis derelictæ, quæ lucent. Lyra quoque cernitur inter

Hygin. Poët. Astron. II. 2.' *Stoeb.*—328 Scal. Delph. et vulg. *radians quæ proxima.* (Rom. *in medio radians q. p. frontem.*) Mutavit Bent. 'Quorsum pertinet illud *proxima?* Vetusti quattuor *maxima.* Repone, *radiat quæ maxima.* Ideo ab una stella *vincitur* ceterarum circulus, quia hæc *maxima. Radiat* autem sententia ipsa flagitat.'—330 Scal. et vulg. G. *d. et fulgent.* Delph. *hæc fulgent.* (Rom. *d. fulgens.*) Mutavit Bent. 'Omnes præter Gemblacensem et Lipsiensem *fulgent,* omisso *et.* Utroque modo, constructio perturbata est. Mirum ni ab interpolatore hoc venerit. Repono, per epexegesin, *quondam.* Noster v. 253. 'tollentur ab undis Clara Ariadneæ quondam monumenta coronæ.' Avienus de corona: 'Hæc quondam Bacchi monumentum fulget amoris.'' Dissentit Stoeb. 'Unde vero illud *quondam?* Hoc Codd. non agnoscunt, nec putet quisquam a Manilii manu id profectum. Tametsi enim v. 253. scripsit: 'Clara Ariadneæ quondam monumenta coronæ;' huic tamen loco magis convenit *fulgent,* nec opus addi *et,* quod est in Gemblac. et Lips. Solent enim Poëtæ pariter ac Oratores sententiam alteri re ipsa conjunctam, majoris elegantiæ causa, sine copula subnectere; præsertim ubi epiphonematis rationem habet. Vide mox vs. 343. Virgil. Æn. VI. 512. Et Ovid. de hac Corona, Fast. III. 460. 'Protinus adspicies venienti nocte coronam Gnosida. Theseo crimine facta Dea est.' Fac igitur antecedentia sic constituas: *Nam circulus radians in medio,* Bootis et τοῦ ἐν γόνασι, *vincitur stella una* secundæ magnitudinis, *quæ proxima fronte* in anteriore mediaque coronæ parte *distinguit flamma ardenti,* lumine fulgidissimo, *candida lumina,* ceteras stellas, quarti vel quinti ordinis (*que* hic, ut alibi sæpius, abundat). Quid vetat nunc, quominus seq. vs. per asyntheton subjungas? præsertim cum legere possis, *Gnosiadæ* (vel potius *Gnosiacæ*) *sertæ fulgent monimenta puellæ.* Certe hæc multo aptius cohærent et significantius sonant vulgatis, 'Monumenta Gnosia desertæ puellæ fulgent.' 'Gnosiades,' 'Gnosiacus' non rariora apud Virgil. et Ovid. quam 'Gnosius.' Statius hanc ipsam Coronam vocavit

NOTÆ

Vulcani factam ex auro et gemmis, tantoque fulgore micantem, ut illius lucis beneficio Theseus e labyrinthi tenebris exierit. Alii volunt Ariadnæ donatam a Theseo, cujus amore capta Ariadne, ab eo tamen est derelicta. Ovid. Fast. III. 459. 'Protinus aspicies venienti nocte Coronam Gnosida: Theseo crimine facta Dea est.' Alii vero volunt Ariadnæ datam illam coronam non a Theseo, aut Baccho, sed a Venere, cum sibi nuptias agenti Dii singuli, singulæque Deæ singula dona contulerunt. Nec desunt qui putent hanc ipsam fuisse Ariadnen, quam in coronam mutatam inter astra collocatam a Jove volunt. Hygin. Poët. Astron. II.

330 *Gnossia*] Vel *Gnosia,* a Gnosso Cretæ nobilissima urbe, in qua vixit Ariadne. Unde et Corona et Ariadne dicitur *Gnossia.*

Puellæ] Ariadnes, Minois regis filiæ, quæ Thesei amore capta juvit illum, edocuitque viam ac rationem,

At lyra diductis per cœlum cornibus inter
Sidera conspicitur, qua quondam ceperat Orpheus
Omne quod attigerat cantu, manesque per ipsos
Fecit iter, domuitque infernas carmine leges.
Hinc cœlestis honos, similisque potentia causæ:
Tunc sylvas et saxa trahens, nunc sidera ducit,
Et rapit immensum mundi revolubilis orbem.
Serpentem Graiis ophiuchos nomine dictus

astra cum brachiis extensis per cœlum, cum qua olim Orpheus vicerat id omne quod contigerat suo modulamine, et aperuit sibi viam per medias umbras inferni, et vicit cantu suo leges Tartareas. Gloria cœlestis, et par virtus virium data est huic lyræ; olim enim erat alliciens sylvas et lapides, modo jam regit astra, et pertrahit secum ingentem circulum cœli, quod circumvolvitur. Ophiuchus dissecat Serpentem de no-

Gnosiacam I. Silv. 4. 88.'—335 Scal. Delph. et vulg. *Huic.* 'Tres vetusti *hinc:* recte. *Hinc*, ob hanc causam, quia omnia et manes ipsos cantu ceperat: ideo sequitur, *potentia similis causæ.*' Bent.—337 Delph. *volubilis.*—338 Scal. Delph. et vulg. *magnis Ophiuchus nomine signis.* Hic Scal. 'Quis tam cæcus, ut non videat hic non solum perturbatum sensum esse ob menda

NOTÆ

qua Minotaurum interimeret. Quo interfecto, Theseus navi rapuit Ariadnen, sed Naxo in insula dereliquit eam beneficii immemor.

331 *At lyra, &c.*] His 7. vss. describit lyræ situm inter astra. Hujus autem testudo spectat ad arcticum circulum: summum cacumen, seu utrumque cornu, ad polum borealem: media jacet inter engonasi, cycnum, aquilam, et draconis caput. Decem constat stellis, quarum clarissima in ipsius lyræ initio dicitur *lyra.* Ea autem primæ est magnitudinis: ceteræ, tertiæ, et quartæ: dicitur lyra; lyra Apollinis; Orphei; fides; fidicula; testudo; cithara; fidicen; vultur cadens; aquila marina psalterium deferens, lyra Mercurii, &c. Fabulantur enim hanc inter astra collocatam in honorem Mercurii, qui primus lyram ex testudine condidit; quam Apollini, vel, ut aliis visum est, Orpheo tradidit, qui hujus modulamine, saxa, arbores, feras, homines, Deosque devicit, ac Inferos domuit. Hygin. et Fest. Avien. in Arat. et alii.

332 *Orpheus*] Insignis musicus, vel potius orator artis dicendi peritissimus, qui dicendi ferociores et agrestes gentes ad mansuetius vivendi genus traduxit. Unde fabulæ locus datus est, ut fingeretur saxa, arbores, ferasque cantus dulcedine movisse. Horat. Art. Poët.

333 *Manesque per ipsos, &c.*] Animas mortuorum: i. e. descendit ad inferos: infernasque domuit leges. Ea quippe lex est inferorum, ut ex iis nemo redeat. Orpheus tamen ex inferis uxorem Eurydicen reduxit, Plutone, Proserpina, ceterisque infernorum umbris demulsis vocis ac lyræ dulci modulamine. Virg. Georg. IV. 469. et seqq.

335 *Potentia causæ*] Virtus efficiendi, vis eadem, quæ olim fuit.

338 *Serpentem, &c.*] His 6. vss. describit situm ophiuchi et serpentis: i. e. serpentarii, qui dicitur serpen-

Dividit, atque etiam toto ingens corpore corpus

mine præ suis longis figuris; et extendit illum involventem suum corpus in toto suo

codicum, sed etiam trajectionem unius versiculi factam esse? Apponemus locum integrum, quomodo legendum censemus, imo quomodo ratio postulat legi: *Serpentem magnis Ophiuchus nomine signis Dividit, et toto mergentem corpore corpus Explicat, et nodos sinuataque terga per orbes Expedit, effusis per laxa volumina palmis. Respicit ille tamen molli cervice reflexus. Semper erit paribus bellum, quia viribus æquant.* Quibus versibus quis meliores super hac re aut facere, aut exigere velit? Valde alienum a Musis esse oportet, qui hanc venustatem non capit. At quæ absurditas in vulgata lectione erat? Ex ipsa ergo schediographia pulchre Serpentarium nobis proposuit.' Mutavit Bent. 'Quænam sunt illa *magna signa*, ophiucho scilicet atque angue majora? et quomodo *dividit* serpentem a magnis signis, qui ipse totus a serpente cingitur? Dederat Auctor, *Serpentem Graiis ophiuchos nomine dictus.* Cicero in Arateis, 'propter caput anguitenentis, Quem claro perhibent ophiuchon nomine Graii.' Noster II. 693. de dodecatemorio, 'Quæ tantum Graio signari nomine possit.' et 908. 'deus ille locus sub nomine Graio Dicitur.' et IV. 816. 'quæ sint ecliptica Graio Nomine.' et V. 645. 'Nixa genu species, et Graio nomine dicta Engonasin.'' Dissentit Stoeb. '*Magnis signis* videtur pro 'stellis in magna illa Ophiuchi figura' accipiendum. Quod si defendi nequit, vide an placeat ita legi, *Serpentem medium ast o. n. signum Dividit, &c.*' —339 Scal. Delph. et vulg. *D. et toto mergentem c. c.* 'Nam pingitur Serpentarius expediens spiras et volumina Serpentis. Mallem *et torto.* In Gemblacensi hoc versu inducto alius superscriptus erat, *atque etiam toto ingens corpore corpus Explicat.*' Scal. et sic Bent. 'Quid hic sibi vult *mergentem?* Scaliger tacet: at Huetius Auctori dicam scribit: quod *insecta* quidem corpus corpore *mergere* possunt; at *serpentes* minime, ob osseam spinam. Hoc quidem verum: sed incassum et frustra hic adnotatur. Gemblac. a prima manu; non, ut Scaligero creditum est, a secunda: *Dividit, atque etiam toto ingens corpore corpus Explicat.* Lipsiensis et Vossianus; *Dividit, et jam toto*

NOTÆ

tarius, anguiger, ophiuchus, Æsculapius, Herculea, Glaucus, &c. Hujus autem sideris situs est supra scorpionem, quem ambobus pedibus calcat. Capite tangit caput engonasi, mediusque dividitur æquatore: serpentem utraque manu solvit et explicat. Qui serpens ore lambit coronam boream, seu Ariadnes, cauda tangit aquilæ caudam, medium præcingit ophiuchum. Arat. Hygin. German. Fest. Avien. in Arat. Fabulantur autem alii ophiuchum fuisse Herculem, qui in cunis adhuc vagiens angues duos, a Junone missos, manibus præfocavit. Alii Æsculapium, qui de Glauco sanando solus in horto cogitans, serpentem ad baculum arrepentem interemit: vel, ut aliis placet, qui Hippolytum ab Inferis excitavit; qua re indignatus Jupiter fulmine percussit eum, cujus tamen miseratus inter astra retulit. Fest. Avien. in Arat. Alii fingunt esse Phorbantem, qui Ophiusam insulam, uno ingenti dracone interfecto, serpentibus liberavit. Alii denique aliud fabulantur apud Hygin. Poët. Astron. II.

Graiis dictus [*magnis signis*] Dicitur enim ille anguis *Serpens* a suis stellis, quæ per cœlum serpere longius videntur.

Ophiuchos] Græca vox, quasi ὀφιόεχος, ab ὄφις, *serpens*, et ἔχω, *teneo.* Anguem enim manibus tenet et explicat sese implicantem.

Explicat, et nodos sinuataque terga per orbes.
Respicit ille tamen molli cervice reflexus,
Et redit, elusis per laxa volumina palmis.
Semper erit paribus bellum, quia viribus æquant.
Proxima sors cycni, quem cœlo Jupiter ipse

corpore, et volumina, et dorsa inflexa per spiras, (attamen ille serpens reflectens molle collum aspicit retro,) et ophiuchus separat illum cum manibus suis extensis per longas illius spiras. Pugna erit perpetuo inter illos, quia adæquant se viribus æqualibus. Sedes vicina sedes est cycni, quem Jupiter ipse collocavit in cælo, in præ-

ingentem corpore corpus. Cum *atque* excidisset; ut syllabarum numerus versui constaret, dederunt *ingentem:* ex *ingentem* recentiores *mgentem.* Recte sine dubio Gemblacensis. Recte enim dixeris, *explicat corpus et nodos et terga;* sed si admiseris, *explicat mergentem corpus et nodos;* vel, ut conjectare facile est, *cingentem;* ut Germanicus, 'medium cingens ophiuchum;' et Avienus, 'medium cingit spiris ophiuchum:' non recte addas, et *nodos.* Constructio enim postularet, *cingentem nodos;* sensu nullo.' Dissentit Stoeb. 'Ms. Lips. *Dividit et jam toto ingentem corpore corpus Explicet ut nod.* Ed. Reg. Rom. cet. *Divid. et toto mergentem corpore corpus Explicat, &c. Dividit,* quia utraque manu anguem tenet, ut ex uno duos efficere videatur. *Mergere* autem cum serpens dicitur *toto corpore corpus,* non eo accipiendum, quasi suum corpus involveret toti suo corpori, quales quidem ineptias ne somniavit quidem Manil. Sed *mergere* videtur positum pro 'emergere,' vel pro 'obtegere,' 'obruere,' imitatione Virgiliana Æn. vi. 512. Est et dictum pro 'claudere,' apud Valer. Flacc. viii. 66. Quamlibet harum notionum admittas, facile sensum elicies figuræ in globo Astronom. congruentem.'—342 *Et didit fusis* Delph. Vide infra. Mss. veteres, *Et dedit effusis.* Mutavit Scal. 'Ex hoc monstro lectionis veram eruimus, *Expedit.* Nam, ut diximus, pingitur ἐν σχεδιογραφίᾳ expediens volumina serpentis: utraque enim manus onerata pingitur serpente. Aratus: 'Ἀμφότεραι δ' ὄφιος πεπονείαται. Trajiciendus autem fuit ante illum, *Respicit, &c.* Nam est conclusio totius σχεδιογραφίας. *Dividit, Explicat, Expedit* pro eodem ponit.' Bent. 'hæc a Scal. infeliciter immutata esse,' inquit. 'Certa nascitur emendatio, *redit elusis.* Ophiuchus utraque manu serpentem, quantum potest, constringit: ille contra *eludit* stringentem, et per ejus manus elabitur. Noster i. 875. 'Squalidaque elusi deplorant arva coloni:' ubi vetusti Codd. ut hic, omnes, *effusi.*'—343 'Versus barbarus, et Auctori suppositus: *æquant* pro 'æquantur.' *Paribus, quia viribus æquant;* hoc est, pa-

NOTÆ

341 *Respicit ille tamen, &c.*] Rom. Gemb. vulg. Bene quidem hic versus sua includitur parenthesi. Eleganter autem *cervice reflexus.* Flexa enim cervice anguis ille obvertit occiput ad caput ophiuchi. At Scaliger sic mutat et invertit hos duos versus sine causa: *Expedit, effusis per laxa volumina palmis. Respicit ille tamen molli cervice reflexus.*

342 *Redit* [*didit*] Dividit. *Dido* antiquum verbum pro *divido.* Lucret. Virg. Æneid. vii.

344 *Proxima sors cycni, &c.*] His 5. vss. cycni situm notat, qui depingitur expansis alis, quarum dextra tendit ad circulum arcticum, sinistra vero pertinet fere ad tropicum cancri: cauda cepheum, rostro lyram contingit; jacetque totus sub anterio-

Imposuit, formæ pretio, qua cepit amantem:
Cum Deus in niveum descendit versus olorem;
Tergaque sidenti subjecit plumea Ledæ.
Nunc quoque diductas volitat stellatus in alas.
Hinc imitata nitent cursumque habitumque sagittæ

mium figuræ illius, sub qua potitus est ea, quam adamabat, quando is Deus mutatus in cycnum album delapsus est e cælo, et summisit dorsa sua pennata Ledæ sidenti. Nunc factus sidus volat etiam cum pennis extensis. Ex hac eadem parte infra cycnum stellæ referentes motum et imaginem sagittæ lucent. Postea avis magni

ribus, quia pares sunt.' *Bent.*—345 Scal. Delph. et vulg. *pretium.* 'Gemblac. *pretio:* ceteri omnes *pretium.* Recte *pretio* per appositionem. *Imposuit cælo, pretio formæ.* Cælum scilicet erat formæ pretium.' *Bent.*—347 Scal. Delph. et vulg. *fidenti.* Mutavit Bent. 'Cur *fidenti Ledæ?* an Ledam per æthera portavit volando; ut Europam per æquor natando? Nemo hoc finxit. Repone, *sidenti.* Leda scilicet cygni tergo insidebat. Noster v. 85. 'Necnon alterno desultor sidere dorso Quadrupedum.' Ovid. Met. II. 869. 'ausa est quoque regia virgo, Nescia quem premeret, tergo considere tauri.'' Dissentit Stoeb. 'Optime Ms. Lips. et Ed. Regiom. *fidenti . . . plurima;* scil. Jupiter sibimet ipsi, dum, assumta oloris specie, subjecit sibi terga Ledæ, cum

NOTÆ

ribus Pegasi; mediusque producitur per viam lacteam, qua hæc cuneos agit maximos. *Cygnus*, vel potius *cycnus*, dicitur a Græco vocabulo κύκνος, Latine, *olor:* dicitur et avis, milvius, gallina, vultur cadens, Myrtilus, Ledæ adulter, &c. Stellæ quidem in ea cœli parte videntur imitari aliquam figuram avis. Fabulantur autem hanc avem esse cycnum, quem Jupiter inter astra retulit, in præmium amoris sui. Jupiter enim amore Ledæ captus, quo facilius ea potiretur, formam cycni induit. Manil. II. 31.

345 *Amantem*] Ledam; vel, ut quibusdam placet, Nemesin, quæ ex Jove in cycnum mutato gravida ovum peperit, quod Mercurius detulit in sinum Ledæ, ex quo nata sit Helena.

347 *Ledæ*] Tyndari Laconiæ regis uxori, quæ prius ex marito, deinde ex Jove gravida facta, duo fingitur ova peperisse, ex quorum altero, quod a Jove immortali concepit, Pollux et Helena immortales; ex altero, quod ex Tyndaro mortali conceperat, Castor et Clytemnestra mortales nati dicuntur.

349 *Hinc imitata*] His 4. vss. situm sagittæ, et aquilæ signat.

Sagittæ] Quæ alio nomine dicitur telum, jaculum, arundo, canna, &c. sita est in media via lactea, tropicum cancri inter et æquinoctialem circulum, intra aquilæ alam sinistram, cycno subjacens. Quinque præcipue stellis constat, quæ sagittæ figuram imitantur. Fabulantur autem hanc unam esse e sagittis, qua Hercules interemerit aquilam, quæ Promethei jecur exedebat. Alii sagittam esse volunt, qua Cyclopas Apollo interfecit, qui Jovis fulmen fabricaverant, quo filius ejus Æsculapius fuerat percussus. Hanc autem sagittam arcui applicatam depingit Hygin. Astron. Poët. II. At Fest. Avienus eam notat sine arcu: 'Sed tamen hæc arcu tereti caret inscia nervi.'

Sidera. Tum magni Jovis ales fertur in altum,
Assueto volitans gestet ceu fulmina mundo;
Digna Jove, et cœlo, quod sacris instruit armis.
Tum quoque de ponto surgit delphinus ad astra,

Jovis volitat in sublime cœlum, volans in solito cœlo, quasi gerat fulmina cœli, quæ digna est Jove, et cœlo, quod ornat armis sacris. Postea delphinus, qui est honor

qua concubuit. German. 274.'—351 Scal. Delph. et vulg. *mundi.* Mutavit Bent. 'Scaliger, vitiosa lectione implicitus, '*Assueto*,' inquit, 'pro magis assueto:' Huetius adverbialiter sumit *assueto*; perinde in cælo, ut in aëre solet. Utrumque Auctore indignum. Repone et distingue, *Assueto volitans gestet ceu fulmina mundo:* Volans expansis alis, ceu gestet fulmina cælo assueto: cui scilicet per diuturnas operas assueverat. Contra Virgilius Ecl. v. 56. 'Candidus insuetum miratur limen olympi, Sub pedibusque videt nubes et sidera Daphnis.' Noster I. 273. 'Piscibus assuetas avide subeuntibus undas.' Ovidius Heroid. XVIII. 22. 'Meque per assuetas sedula ferret aquas.' et XIX. 36. 'Ponimus assuetæ signa notamque viæ.'' 'Gemblac. *assueto* ... *cui.* Recte: scil. Jovi. Eundem enim Jovem, cui assueta aquila, respicit. Omnes

NOTÆ

350 *Jovis ales*] Aquila, quæ dicitur etiam vultur volans, Ganymedis raptrix, servans Antinoum, &c. Illius autem hic situs est inter astra; media quidem finitur orbe lacteo, qua hic cuneos magnos agit: caudam porrigit versus ophiuchi caput, rostro vellicat Antinoi, seu Ganymedis caput, ala sinistra tangit delphinum. Aquilæ figuram aliquam stellæ in ea cœli parte imitantur. Fabulantur autem inter astra collocatam a Jove, ob Ganymedem puerum Trojanum in cœlos ab ea raptum, qui Jovi a poculis esset. Jovis autem ales dicitur, vel quia Jovi in sortem cecidit, dum inter se Dii Deæque partirentur aves: vel quia sola radios solis apertis intuetur oculis, ceterisque volat altius: unde grata est Jovi.

Altum] Sup. *aëra*, *cœlum*.

351 *Gestet ceu fulmina*] Fingitur enim etiam in cœlis arma Jovis tenere; unde et *armiger Jovis* dicitur.

352 *Digna*] Sup. *Ales*, quod nomen et fœminini generis est, et masc.

Sacris armis] Vel *fulmine*, quod *sacrum* vocant, quia execrandum et hominibus metuendum: vel *sagitta*, quam intra alas tenet aquila in cœlis, quamque *sacram* vocant, quia inter sidera consecrata est: vel *Ganymede*, quem Jovi ministraturum, et armigerum futurum in cœlos rapuit aquila.

353 *Tum quoque de ponto ... delphinus*] His 2. vss. situm notat delphini; qui, delphinus, delphin, et delphis dicitur, et Amphitrites, vector Arionis, Hermippus, musicum signum, et currus, &c. Sidus hoc lucet aquilam inter et pegasi seu potius eculei caput, jacet medium inter æquatorem et tropicum cancri, ita ut caput vergat ad tropicum cancri. Constat stellis decem, quarum quinque tertiæ magnitudinis videntur aliquatenus figuram delphini imitari. Fabulantur autem hunc inter astra relatum a Neptuno in præmium, quod olim Amphitritæ Nerei filiæ nuptias Neptuni fugienti persuaserit, ut eas acceptaret. Hygin. Poët. Astron. II. Fest. Avien. in Arat. Alii non a Neptuno, sed a Baccho, in ejus rei memoriam,

Oceani cœlique decus, per utrumque sacratus.
Quem rapido conatus equus comprendere cursu
Festinat, pectus fulgenti sidere clarus;
Et finitur in Andromeda, *quam Perseos armus*

maris et cœli, et sacer in utroque, ascendit etiam e mari ad sidera. Quem equus lucidus ex stella clara juxta pectus, enititur et properat assequi veloci cursu, et terminatur in Andromeda, quam Perseus liberat armis, et associat sibi quasi in uxo-

mundi; quod omnino reponendum.' *Stoeb.*—357-58 Vulg. et Delph. *Quam Perseus armis Eripit, &c.* Correxit Scal. 'Frustra medicina adhibetur, cum sine dubio spuria sint et in morboniam releganda. Equus, inquit, non integer est, sed dimidiatus; et ab umbilico in Andromedæ signo consumitur. Vides Andromedæ mentionem tantum obiter hic fieri. Adde quod deltoton *iniquo* sive magno *spatio* ab equo divisum est; sed Perseo satis propinquum est, et *succedit* quidem equo dum sidera moventur, sed Persea antecedit.' *Bent.* 'Cod. Lips. et Edd. omnes, *quam Perseus armis Eripit.* Utraque lectio bona, nisi quod *Perseus*, dissyllabum, diæresin ægre admittit.' *Stoeb.*—

NOTÆ

quod Tyrrheni nautæ, qui Bacchum transferri ab iis volentem Naxon in insulam erant prodituri, fuerint ab eo in delphinos mutati. Alii vero putant hunc esse delphinum, qui ex Siculo mari ad littus Tænarium in Laconia transvexit Arionem musicum ac citharœdum insignem. Hyg. citat. et Ovid. Fast. II.

355 *Quem rapido, &c.*] His 13. vss. notat situm equi seu Pegasi, Andromedæ, Persei, Trianguli et Cassiepiæ; de quibus jam sigillatim.

Equus] Pegasus est, qui dicitur equus, equus major, equus posterior, equus secundus, ad differentiam alterius, qui equuleus, equus minor, equus prior, et equi sectio dicitur. Pegasus autem quoque dicitur equus dimidiatus, quia posterioribus caret. Dicitur et Bellerophon, et Bellerophontes, equus Gorgoneus, Medusæus, &c. Spectat ad arcticum circulum; nares obvertit ad delphinum; medius ejus armus tropico cancri dividitur: collo superiore tangit æquatorem ad aquarii dextram; pars posterior ab alvo sub Andromeda tegitur. Minoris autem equi mentionem non fecit poëta, vel quia 4. tantum stellis obscurioribus lucet; vel quia nec illius meminit Aratus, quem imitatur Manilius. Porro equus seu Pegasus habet 23. stellas, quarum clariores duæ secundi luminis sunt, altera in sinistro humero ad eductionem cruris anterioris. Unde addidit poëta, 'Pectus fulgenti sidere clarus.' Aut saltem hæc verba addidit, ut notaret equum posterioribus carentem, solis anterioribus lucere in cœlis. Fabulantur autem hunc inter astra relatum, vel quia usus eo est aliquando Jupiter: vel quia huic insidens Bellerophon chimæram superavit, quæ totam Lyciam inficiebat; vel quia eo usus est Perseus adversus Gorgones; vel quia ipse e culmine Heliconis montis ad cœlos evolavit. Ovid. Fast. III. Hyg. II. Poët. Astron. II.

357 *Andromeda*] De qua 363.

Perseos armis Excipit [*Eripit*] Rom. et vulg. habita quippe ratione fabulæ, qua dicitur Andromeda vi et armis a Perseo liberata, II. 28. v. 539-

Excipit, et sociat sibi. Cui succedit iniquo
Divisum spatio, quod tertia linea dispar

rem. Quem Perseum signum de nomine deltoton sequitur, sic vocatum ex similitudine, distinctum intervallo inæquali, et in quo tertia fax videtur dissimilis duabus

359 Scal. Delph. et vulg. *cui tertia lampada.* Mutavit Bent. '*Lampada* recto casu pro 'lampas' excusant Scal. et Huet. Prisciani auctoritate. Atqui hodie apud Plaut. Cas. IV. 4. etiam vetustissimi Codd. *lampadem* habent; ut et Menæch. V. 2. 'lampadibus ardentibus,' non *lampadis* a recto 'lampada.' Quin et ipse Prisc. legebat scribebatque ibi non *lampadam*: quod ipsius verba evincunt, quæ de accusativis a nominativo Græco, non a Latino, inflexis. Sed viderit hoc Plautus: non ea venia Nostro dabitur, sub exitu Augusti. Noster I. 844. 'Lampadas et fissas ramosos fundit in ignes.' Sic ibi codices universi: et brevis ultima satis ostendit casum ibi rectum 'lampas' esse, non 'lampada.' Ceterum codices *quod* habent, non, ut Scaliger, *quoi*. Repone, *quod tertia linea dispar Conspicitur paribus, deltoton nomine sidus Δ simili dictum. Deltoton*, inquit, *nomine*, quia instar literæ Δ delta, unam ex tribus lineam habet breviorem duabus reliquis, quæ inter se pares sunt. *Linea*, inquam, longitudine dispar, non lampas sive stella luce et splendore dispar, deltoto nomen facit. Clare Aratus phæn. 234. *τὸ δ' ἐπὶ τρισὶν ἐστάθμηται Δελτωτὸν πλευρῇσιν, ἰσαιομένῃσιν ἐοικὸς Ἀμφοτέρῃς· ἡ δ' οὔτι τόσῃ.* Ubi Scholiastes: *τὸ Δελτωτὸν, τρίγωνόν ἐστιν ἰσοσκελὲς, οὐκ ἰσόπλευρον· τὰς γὰρ κατιούσας πλευρὰς ἴσας ἔχει, τὴν δὲ κάτωθεν ὑποτείνουσαν βραχυτέραν ἐκείνων.* Avienus de basi deltoti: 'Tertia, quæ stantes sustentat linea ductus, Parcior, haud simili sese sub limite tendit.' Germanicus de re eadem: 'Tres illi laterum ductus:

NOTÆ

588. Scalig. *Perseos armus Excipit.* Habita situs ratione, quo stat Andromeda humeris Persei inter astra. Utraque lectio bona. Situs est igitur Perseus in cœlis ita, ut capite tangat pedes Andromedæ; dextra, pedes Cassiepiæ; pede dextro innitatur cervicibus tauri: crus vero sinistrum retrahat ad Capram. Cur inter sidera sit collocatus, dicemus II. 28.

358 *Cui succedit iniquo ... deltoton, &c.*] Quippe post Perseum sequitur deltoton, quod dicitur aliis nominibus, trigonus, triangulus, triangulum, tricuspis, triplicitas, &c. Deltoton vero a similitudine figuræ Δ literæ Græcæ majoris. Situm est autem istud sidus supra caput arietis, post Perseum; apice tangit tropicum cancri; basis ejus vertitur ad caput Medusæ, quod sinistra sustinet Perseus; alterum ejus latus extenditur dorso Andromedæ; alterum dorso arietis. Fabulantur hic a Jove per Mercurium collocatum, ut caput arietis, quod alioquin obscurius est, foret magis conspicuum. Alii a Cerere sacratum inter astra volunt, vel in memoriam Siciliæ, quæ triangularis est, vel Ægypti, quam ambitu triangulari cingit Nilus. Germ. in Arat. Hyg. Poët. Astron. II. Constat stellis quinque, quarum tres, quæ in tribus angulis A, B, C, sunt quartæ magnitudinis; quarta vero D in basi, ad angulum dextrum C, et quinta E, in sinistro latere, sunt luminis quinti. Recentiores astronomi sextam addunt F, in dextro medio latere, quæ sexti est luminis.

359 *Tertia linea* [*lampada*] *dispar, &c.*] Dicitur lampada, æ; et lampas, adis. His verbis, *tertia lampada*, no-


Conspicitur paribus, deltoton nomine sidus,
Ex simili dictum. Cepheusque, et Cassiepia
In pœnas signata suas: juxtaque relicta

aliis æqualibus. Et cui Perseo succedunt Cepheus et Cassiepia, quæ figuratur

æquata duorum Sunt spatia: unius brevior, sed clarior ignis.' Sic hodie fertur, *brevior*. 'Ergo *ignis*,' inquit Scaliger, 'pro tota basi hic sumitur, cum tamen nullus sit ignis in lineis, sed in angulis.' Hæc vero mirifica sunt. Quam in promtu erat correxisse, *unius brevius?* hoc est, *unius* lateris *brevius* quidem est *spatium*: sed stellam clariorem habet. Atque ita *lampadam* istam, quæ Scaligeri Huetiique oculis caliginem offudit, prorsus extinximus.' —360 Delph. et vulg. *Cassiopea*. Correxit Scal. e Cod. Gemblac.—362 Scal. Delph. et vulg. *juxtaque relictam Andromedam v. metuentem piscis h. E. p. d. s. q. r. Ne v. P. c. q. s. a.* '*Ne veterem* nullo sensu fertur. Scaliger conjiciebat *ni*, probante postea Huetio, malente tamen *ut*, quod tanto ingenio indignum est. Gemblac. et Lips. *in*; at Vossianus clare *ni*. Hoc tamen

NOTÆ

tat Poëta basim trianguli, quæ neque *spatio*, quia minor: neque *luce*, quia clarior, duobus lateribus est æqualis. Latera quidem duo paria sunt spatio, sed luce disparia. Est enim in latere dextro stella F, sexti luminis: in sinistro vero nonnisi quinti luminis stellæ sunt. German. in Arat. 'Tres illi laterum ductus, æquata duorum Sunt spatia, unius brevior, sed clarior ignis.' Res patet in hac figura.



360 *Deltoton*] Not. 358.

361 *Cepheus*] Andromedæ pater, de quo II. 29. Is autem inter astra pedibus calcat caudam interiorem cynosuræ; medius jacet inter volumina draconis et Cassiepiam, et cycni caudam.

Cassiepia] Uxor Cephei, de qua II. 28. Ubi dicetur quomodo sit adhuc 'in pœnas signata suas.' Media autem jacet inter Cepheum et Andromedam; pedes vergit ad caput helices; caput, ad Andromedam; dorsum, ad Cepheum.

362 *In pœnas, &c.*] Horum 18. vss. seqq. labem bene vidit Scaliger, et

Andromede vastos metuat jam pristis hiatus;
Expositam ponto deflet, scopulisque revinctam,
Ni veterem Perseus cœlo quoque servet amorem,
Auxilioque juvet, fugiendaque Gorgonis ora

adhuc in sua supplicia; et quæ prope Andromedam derelictam et timentem adhuc latas fauces piscis; deplorat illam expositam mari, et alligatam rupibus; timens nimirum ne Perseus conservet adhuc in cœlo antiquum amorem erga illam, et ne subveniat illi in subsidium; et ne objiciat sibi aspicienti timendos vultus Gorgonis,

posito, priora illa mendi arguuntur. Vide modo orationis seriem. *Deflet*, inquit, mater filiam *metuentem piscis hiatus; ni Perseus servet amorem.* Atqui si nunc metuit, frustra infertur *ni*; quod est prohibentis metuere. Deterius est, quod sequitur: *deflet expositam ponto et revinctam scopulis, ni Perseus auxilio juvet.* Hic vero illud *ni* hoc intus in se habet; liberatam esse in cœlo Andromedam, et scopulis solutam. *Scopulis*, inquit, *revincta* esset, ni Perseus auxilium tulisset. Atqui in ἀστροθεσίᾳ semper in iisdem vinclis mansit et manebit. Non Auctoris hæc peccata sunt, sed interpolatoris, qui et vs. integrum supposuit. Repone, *j. q. relicta, Andromede v. metuat jam pristis h. Ni, &c.* Nisi Perseus prope adsit, prisco amore devinctus; jam quoque metuat cetum, ut olim in terris. *Pristis*, non *piscis*, Gronov. Piscis alii sideri nomen est. Hoc *pristis*, *pistris*, *pistrix* vocatur. Cic. German. Avien. *Andromede*, ut Ovid. Heroid. xv. 35. 'placuit Cepheia Perseo Andromede, patriæ fusca colore suæ.' *Bent.* 'Vulgatæ *veteri*, quam omnes codd. tuentur, sanus sensus constat. Nimirum *signata*, vel sita, est Cassiepia *juxta*, i. e. prope, *relictam Andromedam met. vast. hiat. piscis.* Rescribe ex probatis editis *ne*. Rationem enim reddit, cur Andromeda, etiam in cœlo scopulis sistatur revincta, scil. ne Perseus eam denuo liberatam, invitis parentibus, abducat. *Stoeb.*—

NOTÆ

curavit. Aliena quippe sede fuerant positi infra post 432.

363 *Andromede* [*Andromedam*] Vel Andromeden, Cephei ex Cassiepia natam, de qua fusius v. 539. 588. Capite autem tangit et tegit alvum Pegasi: tangit et a tergo triangulum: pedes ejus innituntur Perseo: brachium sinistrum, quod supra piscem septemtrionalem extendit, secatur medium tropico cancri.

Pristis [*piscis*] Ceti, monstri marini, quod Neptunus miserat ad devorandam Andromedam, ut dicetur v. 572. Hoc autem sidus cauda tangit effusiones aquarum aquarii: pedes anteriores immergit aquis Eridani; capite tangit pedes arietis; ventre, tropicum capricorni; æquator secat medium ejus collum.

365 *Ni* [*Ne*] Suppl. *metuens.* Quasi Cassiepia adhuc in cœlis metuat, ne id sibi contingat, quod olim contigit. Perseus quippe liberatam a se Andromedam secum duxit volentem. 'Neque Cepheus,' ut ait Hyginus, 'neque Cassiopea potuerunt impetrare ab Andromeda, quin Persea sequeretur; neque a Perseo, ut illam sibi ipsis restitueret.' Metum igitur hunc Cassiepiæ bene notat Manilius, dum ait adhuc in cœlis illam metuere, ne Perseus veterem servet amorem erga Andromedam; ne subveniat illi expositæ, liberatamque deducat; ne sibi aspicienti caput Medusæ opponat Perseus, quo in lapidem vertatur; et quod manu sustinet Perseus adhuc in cœlis, tanquam prædam, quam fecit, et testem victoriæ, quam reportavit.

366 *Gorgonis*] Medusæ. Gorgones

Sustineat, spoliumque sibi, pestemque videnti.
Tum vicina ferens nixo vestigia tauro
Heniochus, studio mundumque et nomen adeptus;
Quem primum curru volitantem Jupiter alto
Quadrijugis conspexit equis, cœloque sacravit.
Tum subeunt hædi claudentes sidere pontum;

quos gerit in prædam et in testimonium suæ victoriæ. Postea heniochus sequitur, admovens pedes proximos tauro incumbenti genibus; qui consecutus est nomen et cælum ex arte sua, quippe quem Jupiter vidit primum raptatum in sublimi vehiculo a quatuor equis simul junctis, et donavit cælo. Deinde hædi subsequuntur, qui ex

367 Scal. Delph. et vulg. *testemque v.* ' Recte Huet. et ante illum Launoius *pestemque v.* in saxum scilicet vertendo quicumque eum conspexerit.' *Bent.* ' Idem innuit hoc *fugienda*, quod modo præcessit. Lege *testemque*, cui illud, Launoio auctore, substituit Huetius, sed præter rationem Codicumque fidem. Cum enim inter astra relatus Perseus noxam jam inferre nemini potest; gestat tamen adhuc Gorgonis caput et sua causa, qua spolium, et videnti

NOTÆ

enim tres fuere sorores, Phorci filiæ, Sthenio, Euryale, Medusa. Hæc concubitu templum Minervæ fœdavit, cujus sacrilegii pœnas ut lueret, crines ejus in serpentes mutavit Minerva, deditque, ut in lapides verterentur, quicumque eos aspexerint. Perseus autem sopitis serpentibus et Medusa, caput hujus amputavit, quod, in victoriæ suæ testimonium, in cœlis manu sustinere fingitur: v. 572.

368 *Tum vicina, &c*] His 4. vss. situm notat aurigæ, qui non longe stat ab ursa majori; caput enim non longe attollit ab arctico circulo, qua parte pars est anterior capitis helices. Alterum ejus pedem una stella jungit cum tauri cornu; sinistro brachio, seu armo, dextrum tangit Persei pedem; genu dextro adjacet genibus geminorum supra tropicum cancri. Variæ sunt ejus appellationes: auriga; aurigator; agitator currus; custos caprarum; Myrtilus; retinens habenas; Erichtheus, seu Erichthonius; habenifer; habens hircum, capellas, hædos, Oleniam capram; heniochus, quasi ἡνίαν ἔχων, *habenas tenens.* Scilicet videntur ibi stellæ figuram aliquam aurigæ imitari: vel, quod verius est, res est ex fabulis repetenda. Fingunt enim hunc fuisse Erichthonium Vulcani ex Tellure natum, qui primus currui junxit equos. Fest. Avien. in Arat. et Plin. VII. 56. qui sic habet: ' Bigas primum junxit Phrygum natio; quadrigas Erichthonius.' Virg. Georg. III. 113. ' Primus Erichthonius currus et quatuor ausus Jungere equos,' &c. Alii fabulantur fuisse Myrtilum regis Œnomai aurigam, qui spe pretii corruptus a Pelope herum Œnomaum una cum curru inter certamina cursus collisit. Qui suæ proditionis præmium tulit. Namque ab ipso Pelope postea præceps est actus in mare. Hygin. Astron. Poët. II. Germanicus in Arat. ' Seu Myrtoas demersus in undas Myrtilos, hunc potius species in sidera reddit,' &c.

372 *Tum subeunt hædi*] His 6. vss. notat hædorum et capellæ situm. Hædi autem, seu capelli, duæ sunt stellæ in manu sinistra aurigæ, juxta

Nobilis et mundi nutrito rege capella,
Cujus ab uberibus magnum ille ascendit olympum,
Lacte fero crescens ad fulmina vimque tonandi.
Hanc ergo æternis merito sacravit in astris
Jupiter, et cœli cœlum mercede rependit.
Pleiades hyadesque, feri pars utraque tauri,

astro suo operiunt mare nimbis; et Capra, propter regem cœli lactatum, a cujus mammis ille rex cœli evectus est ad altum cœlum, ascendens a lacte ferino ad tractanda fulmina, et ad potentiam tonandi. Igitur Jupiter jure consecravit illam inter sempiterna sidera, et retulit illi cœlum pro præmio cœli. Pleiades et hyades,

testimonium quasi ostendit rei fortiter ab ipso gestæ.' *Stoeb.*—373 Lib. vet. vulg. et Delph. *nubibus*. Correxit Scal. ex Gemblac.—378 'Libri habent *Pleiadesque et Borean;* sed versus hi duo suppositi sunt. Vide modo, *pleiades hyadesque; utraque;* barbare, pro *utræquæ*. Deinde cum *pars* tauri sint, in ipso tauro memoratæ sunt. Denique quomodo pleiades hyadesque *aquilonia signa sunt?* utique pars tauri sunt; taurus totus in zodiaco est: aquilonia vero

NOTÆ

plantam dextri pedis Persei, infra capellam. Quæ duæ stellæ quarti luminis, pluviale sunt sidus ortu et occasu. Germ. in Arat. 'Hanc auriga humero totam gerit, ac manus hædos Ostendit nautis inimicum sidus in undis,' &c. Virg. Æneid. IX. Quod Manilius his explicat verbis,' 'claudentes sidere pontum Nubibus.' Non quod gelu constringant mare; sed quia nimbis illud involvunt.

373 *Rege*] Jove, ut jam dicetur.

Capella] Capra. Sidus est sex constans stellis; sed ejus una primæ magnitudinis dicitur illud totum sidus. Quæ una stella in sinistro est humero aurigæ, inque medio crure dextro capellæ. Duæ sunt minores in extremis capræ cornibus; alia in media fronte capræ: alia in ejus pectore; alia ad extremam caudam. Tota autem capra ascendit in humeros aurigæ. Fabulantur autem hanc capram fuisse Jovis nutricem, ut dicemus II. 30.

374 *Olympum*] Cœlum, vs. 178.

377 *Cœli mercede*] Mallem, *lactis mercede*. Ut ipse ait Ovid. Fast. v. 'Illa dati cœlum præmia lactis habet.' Quanquam nisi Jupiter lacte capræ fuisset nutritus, nunquam in cœlum ascendisset: sed a matre expositus, jussu Saturni sui patris periisset.

378 *Pleiades*] Sidus est glomerabile, vel ante genua tauri, ut quibusdam placuit; vel potius ad posteriora, hoc est, intra superiorem humerorum tauri partem, et arietis caudam. Quod signum vulgari lingua vocant, *la Poussiniere*. Constat autem septem aut sex stellis inter se conglobatis. Unde dicitur 'glomerabile sidus.' Manil. v. 521. Germ. in Arat. 'Pleiades subeunt; brevis at locus occupat omnes: Nec faciles cerni, nisi quod coëuntia plura Sidera communem ostendunt ex omnibus ignem.' Quanquam ex iis sex, quæ cernuntur, una est magnitudinis secundæ; reliquæ, quartæ et quintæ. Septima vero non apparet. Dicuntur autem *pleiades*, vel ἀπὸ τοῦ πλεῖν, *navigare*, quod ortu suo primæ navigationis

In boream scandunt. Hæc sunt aquilonia signa.

quæ sunt utraque pars tauri ferocis, assurgunt in septemtrionem. Hæc sunt signa

NOTÆ

tempora indicent. Unde a Latinis *vergiliæ* sunt dictæ, quasi quæ post ver aut verno tempore exoriuntur. Plin. II. 41. Cic. in Arat. Servius in Georg. I. vel *Pleiades* dicuntur a Pleione Nympha. Ovid. Fast. V. 83. 'Hinc sata Pleione cum cœlifero Atlante Jungitur, ut fama est; Pleiadasque parit.' Fabulantur quippe poëtæ has septem stellas, septem fuisse Atlantis ex Pleione filias, quas in cœlos relatas volunt, vel ob pietatem, vel ob castitatem. Ob pietatem, utpote quæ patris calamitatem perpetuo fletu sint persecutæ. Fest. Avien. in Arat. Ovid. Fast. IV. Ob castitatem, utpote quæ vim Orionis effugerint, qui eas duodecim annis fuerat insectatus, nec invenire potuerat. Harum autem nomina complexus est Fest. Avien. in Arat. hoc distich. 'Electra, Alcyone, Celæno, Taygeteque, Et Sterope, Meropeque simul, formosaque Maia.' Licet autem septem fuerint nymphæ, sex tamen in cœlis cernuntur tantum stellæ. Alii enim volunt in cœlis non lucere Meropen, quæ, ceteris sororibus cum Diis concubantibus, una mortali Sisipho nupsit. Alii vero non Meropen, sed Electram latere fabulantur; utpote quæ vel Orionis, vel solis vim metuens ita longe abierit, ut nusquam apparuerit. Quas fabulas longa carminum serie intexuit Ovid. Fast. IV. Dum autem Aratus et alii volunt pleiades jacere ante genua seu pedes tauri, falluntur sane. Neque enim ante genua, sed in superiori humerorum parte tauri sitæ sunt. Quas videre est in figura tauri et arietis supra 264. notatas litera P, infra caudam arietis.

Hyades] Alterum est sidus in tauro, nimirum in fronte illius, constans stellis quinque; vel, ut aliis placet, septem, quarum duæ non apparent. Eæ autem quinque stellæ sunt in ipsa fronte tauri, exhibentes figuram V; quarum, quæ in oculo sinistro, primæ est magnitudinis; altera in oculo dextro, tertiæ; duæ sequentes infra oculos, et quæ in ipso naso est, sunt quoque tertiæ magnitudinis. Dicuntur autem Hyades, ἀπὸ τοῦ ὕειν, *pluere*. Ovid. Fast. V. 165. 'Ora micant tauri septem radiantia flammis, Navita quas hyadas Graius ab imbre vocat.' Vel ab *Hyante*, quem mortuum defleverunt filiæ Atlantis. Fabulantur enim filiæ septem Atlantis ex Æthra, Ambrosia, Eudora, Pasithoë, Corone, Plexauris, Pitho, et Tyche, fratrem Hyanta a leone devoratum implacabili luctu flevisse, donec earum miseratione commotus Jupiter finem fletibus fecit, easque in totidem stellas commutavit. Ovid. Fast. V. Alii volunt has ex Pherocyde Atheniensi natas Bacchum nutrivisse, quas antea Dodonidas vocaverant. Hygin. Astron. Poët. II. Dicuntur a Latinis *suculæ*, vel quia suis, seu porcellulæ, figuram referunt: vel ex imperitia veterum, qui, ut aiunt, Cic. Nat. Deor. II. Plin. XVIII. 18. 26. et A. Gell. XIII. 9. illas non ab ὕειν, *pluere*, sed ab ὕες, *sues*, dixerunt.

379 *In boream*] In septemtrionem: boreas enim ventus est a septemtrione flans.

Hæc sunt aquilonia] Septemtrionalia; aquilo quippe pariter ventus est ab septemtrione flans. Hactenus igitur poëta dixit de signis aquiloniis, seu septemtrionalibus, quorum divisionem fecit, non ratione æquatoris,

Aspice nunc, intra solis surgentia cursus,
Quæ super exustas labuntur sidera terras
Quæque intra gelidum capricorni sidus, et axe
Imo subnixum vertuntur lumina mundum:

septemtrionalia. Intuere jam signa quæ exorientia subter vias solis volvuntur supra terras torridas calore solis: et signa, quæ circumaguntur intra frigidum signum capricorni, et cælum innixum infimo polo. Altera pars globi terrarum inaccessa

sunt, qui intra zodiacum polumque sunt arcticum.' *Bent.*—380 Scal. Delph. et vulg. *infra.* 'Ms. Lips. et Edd. præstantiores *infra*, probatum Scal. quoque. Infra solis cursum, i. e. extra zodiacum, versus austrum.' *Stoeb.* '*Infra?* immo *intra* legendum. A borealibus signis descendens versus austrina, jubet notare illa, quæ media sunt et *intra* zodiacum labuntur: quæ quia supra memorata sunt, 263. hic indicta præterit. Si *infra* adsciscis, quomodo sodes super *exustas terras* labuntur? cum zona torrida *intra* tropicos tota sita sit,

NOTÆ

sed zodiaci. Quæ quidem numero sunt tantum viginti: 1. helice; 2. cynosura; 3. draco; 4. Hercules; 5. arctophylax; 6. corona borea; 7. Lyra; 8. Ophiuchus; 9. Serpens ophiuchi; 10. cycnus; 11. sagitta; 12. aquila; 13. delphinus; 14. Pegasus; 15. Andromeda; 16. Perseus; 17. deltoton; 18. Cepheus; 19. Cassiepia; 20. heniochus. Sunt et alia duo signa borealia; quorum non meminit Manilius, *corona Berenices*, et *equuleus*. Equuleus autem, seu equus minor, aut equi sectio, jacet sub capite Pegasi; hoc est, caput equulei lucet ante caput Pegasi: reliquum vero corporis ejus latet sub Pegaso. Corona autem Berenices sita est ad caudam leonis, supra virginem, a tergo bootæ, quam fabulantur filiam fuisse Ptolemæi Philadelphi, quæ vovit crines detonsuram, si pater victor ex Asia rediret. Catull. de Coron. Beren.

380 *Aspice nunc, &c.*] Hactenus de signis septemtrionalibus: nunc de austrinis.

Intra solis cursus] Extra zodiacum, versus austrum. Partem enim mundi meridionalem *deorsum depressam:* septemtrionalem vero *sublimem* fecit vs. 237.

381 *Exustas*] Quasi meridionales terrarum partes a tropico capricorni, ad polum antarcticum, solis ardoribus magis sint expositæ, quam quæ a tropico cancri ad polum arcticum ascendunt. Id autem loquitur Poëta ex veteri et vulgari errore. Æquali enim calore solis temperantur hæ duæ zonæ.

382 *Gelidum capricorni*] Sic lib. II. 252. 'Tuque tuo, capricorne, gelu contractus in astris.' *Gelidum* autem dixit ex vulgari usu: experimur enim quidem frigidum solem in signo capricorni, non quod frigidior in se sit capricornus, quam cancer: sed quia sol a nobis in septemtrionalibus regionibus longius recessit.

Axe Imo] Australi, quo mundus recte inniti dicitur, cum deprimatur infra. Scilicet habita nostræ sphæræ ratione. At Codex Rom. *et Axem Imo subnixum vertuntur sidera mundo.* Idem sensus; sed verba minus elegantia. Minus enim bene dicitur axis niti mundo: recte vero, mundus axe. Quid sit *axis* mundi diximus vs. 286.

Altera pars orbis sub quis jacet invia nobis,

nobis deprimitur sub undis, et nationes illæ hominum nobis incognitæ, et regiones ad

non *infra.*' Bent.—383 Scal. Delph. et vulg. *sidera.* '*Sidera* solus Gemblac. ceteri omnes *lumina;* quod amplectimur, quia *sidera* vs. abhinc altero præcesserat.' *Bent.*—384 Scal. Delph. et vulg. *sub aquis.* 'Hic cum novem qui sequuntur versibus eodem, quo nunc vides, loco et ordine leguntur in Ms. Lips. et Impressis nostris.' *Stoeb.* 'Hunc et novem sequentes, invitis codicibus, extra suas sedes relegavit Scal. post versum scilicet 453. levibus et nullis quidem rationibus inductus: sed bonum Fayum in partes suas traxit. 'Professus est,' inquit, 'se scripturum de iis tantum signis, quæ notia vocantur. Ea vero sola dicuntur notia, quæ in austrum quidem submota sunt, sed tamen in conspectum nostrum veniunt.' Hoc recte: et quid tum postea? 'Atqui,' ait, 'in his decem versibus de iis terræ tractibus loquitur, ad quos nemo umquam nostrum penetravit, 'Ignotas hominum gentes, nec transita regna.'' Atqui, ὦ θαυμάσιε, institutum argumentum deseris et destituis. Non idem est, ad terræ tractus aliquos non posse penetrare, et sidera, quæ tractibus illis superveniunt, in conspectum nostrum non posse venire. An quisquam borealium ex auctoris hujus sententia, non dico ultra notia signa, sed ultra tropicum cancri penetrare potuit? Pergit vero vir magnus, et versiculum istum, 'Nec minor est illis mundus nec lumine pejor,' satis ait declarare, de ignotis eum stellis agere; quæ numquam scilicet in conspectum nostrum veniunt. Immo nihil minus quam hoc declarat: Mundus iste non pejor nostro est nec magnitudine nec lumine: prius per se patet, cum terra et mundus rotundi sint: non lumine, quia orionem, caniculam, argo, centaurum, aliaque signa habet nostris non cedentia. Ceterum quale illud sodes est, *sub aquis jacet invia nobis:* 'Sub aquis,' inquit idem, 'est sub horizonte.' 'Oceanum,' 'pontum,' 'undas' nonnumquam sic accipi libens concedo: totum illud sub aquis jacere pernego. Quisquamne scriptor dixerit, ignotas hominum gentes sub aquis jacere, et tamen vivere, cœlumque ac siderum ortus obitusque spectare? quæ sodes hæc esset sartago loquendi? in proximo erat vera lectio, quam Gemblacensis suppeditabat, firmantque Lipsiensis, Vossianus et Venetus, *Altera pars orbis sub quis jacet invia nobis.* 'Sub quis,' hoc est, sub quibus luminibus, vel sideribus. Nihil clarius.' *Bent.* 'Ita quidem legitur in Ms. Lips. cui ad firmandam lectionem Voss. et Venet. accedere Bent. affirmat. *Sub quis*, i. e. sub quibus luminibus vel sideribus. Sed hæc sensu ferri hiante, nemo non videt. Magis placet vulgata Scal. *sub aquis*, quam nisi forte Cod. Gemblac. suppeditavit, nostri certe impressi simul omnes tuentur. *Aquas* autem, uti pontum et oceanum, pro horizonte poëtis poni, quis est qui ignorat? Lege saltem infra vs. 417. seq. Addesis Hygin. Poët. Astron. I. 8. et Strabonem I. p. m. 4. seq. et p. 100. Sed etiam sine figura admitti hæc lectio potest, ut eo magis constet, cur australis illa pars orbis sit *invia nobis*, cur *nec* dum *transita illa regna:* nimirum, quia *sub aquis jacet.* Frustra vero in contrarium urget Bent. gentes illas, sub aquis utpote jacentes, nec vivere, nec siderum ortus obitusque spectare posse. Ita sane

NOTÆ

384 *Altera pars, &c.*] His 10. vss. comparationem aliquam instituit hemisphærii meridionalis cum nostro septemtrionali, hoc est, quod inter zodiacum et circulos polares utrimque intercipitur.

Invia nobis] Nemo quippe ad usque Maniliana tempora legitur navigasse ad illas terras, quæ polo antarctico subjiciuntur. Primi ante annos 200. illuc navigasse feruntur Lusitani et Hispani.

Ignotæque hominum gentes, nec transita regna,
Communo ex uno lumen ducentia solo;
Diversasque umbras, lævaquo cadentia signa,
Et dextros ortus cœlo spectantia verso.
Nec minor est illis mundus, nec lumine pejor,
Nec numerosa minus nascuntur sidera in orbem.
Cetera non cedunt: uno vincuntur in astro
Augusto, sidus nostro qui contigit orbi;
Cæsar nunc terris, post cœlo maximus auctor.

quas non itum est, quæ tamen habent ab eodem sole lucem communem cum nostra, et umbras dissimiles nostris, et sidera occidentia ex parte sinistra, et aspicientia ortus dextros, cælo scilicet inverso. Neque cælum est minus patens, nec deterius in luce, nec pauciores stellæ exoriuntur super globum illum terrarum. Cuncta sidera non cedunt nostris: nisi quod superantur in uno sidere nostro, Augusto Cæsare, quod astrum feliciter advenit nostro orbi terrarum, qui modo in terris magnus

actum de illis esset, si *in aquis* jacerent: sed cum *sub aquis* sunt, respectu quidem habito situs nostri, non illorum, nil impedit quo minus aura cæloque libero utantur quemadmodum etiam nos, qui vicissim australibus populis videmur sub aquis esse siti.' *Stoeb.*—390 Scal. Delph. et vulg. *in orbe.* Correxit Bent.—392 Scal. Delph. et vulg. *quod c. o.* ' Immo vel legendum *qui*

NOTÆ

387 *Diversas umbras*] Sup. *a nostris.* Meridionales enim populi sunt nobis antiscii, i. e. contrariam nobis jaciunt umbram. Nos enim ad dextram jacimus umbram, quia Sol nobis oritur ad sinistram: illi vero jaciunt ad sinistram, quia Sol illis oritur ad dextram. Veteres quippe astronomi dextras et sinistras partes cœli distinxerunt, habita situs corporis seu vultus nostri ratione ad meridiem. Nos igitur qui citra zodiacum habitamus, dum solem conspicimus, vultum convertimus ad austrum seu ad meridionalem cœli partem; atque adeo solis ortum ad sinistram, occasum vero ad dextram habemus. Populi autem meridionales, qui sunt extra zodiacum, dum solem intuentur convertunt faciem ad boream, atque adeo solis ortum habent ad dextram, occasum vero ad sinistram; iisque pariter sidera occidunt ad sinistram, oriunturque ad dextram, cœlo scilicet inverso.

389 *Mundus*] Cœlum, vs. 3.

Nec lumine pejor] Loquitur Poëta ex conjectura, quasi pares sint stellæ, et signa paria, a zodiaco ad utrumque circulum polarem. Quod falsum est.

392 *Augusto*] Octavio Augusto Cæsare, cui Poëta admodum blanditur. Vocat illum alterum sidus, cui par nullum sit aliud 'in aliis terræ regionibus australibus. Sic IV. 769. de eodem Augusto, ' Quod potius regat Italiam, si seligis astrum, Quam quod cuncta regit,' &c.

393 *Cæsar*] Quasi summus imperator; a Julio enim Cæsare primo imperatore Romano, maximo et potentissimo, ceteri imperatores dicti sunt Cæsares.

Auctor] Quasi summe potens, qualis est Deus in cœlis, qui rerum omnium est auctor.

Cernere vicinum geminis licet oriona
In magnam cœli pandentem brachia partem,
Nec minus extento surgentem ad sidera passu:
Singula fulgentes humeros cui lumina signant,
Et tribus obliquis demissus ducitur ensis.
At caput orion excelso immersus olympo

est Cæsar, postea maximus Deus erit in cœlis. Videre est oriona proximum geminis, expandentem brachia in latum spatium cœli, et assurgentem ad astra cum passu non minus expanso. Cui singulæ stellæ notant singulos armos claros, et cui gladius pendens notatur tribus stellis ductis in transversum. Verum orion absconditus

contigit, vel *Augustum sidus*.' Bent.—395 Scal. Delph. et vulg. *tendentem*. 'Cum *magnam* dicit, non distantem et remotam, sequitur ut auctor scripserit *I. m. c. pandentem b. p.* Sic Virg. Æn. VI. 282. de ulmo, 'In medio ramos annosaque brachia pandit.' Noster v. 550. 'Mollia per duras panduntur brachia cautes.' Quin in ἀστροθεσίᾳ orionis brachia a lateribus *panduntur*, non a pectore *tenduntur*. Bent.—399 Scal. Delph. et vulg. *immensus*. et mox,

NOTÆ

394 *Cernere vicinum, &c.*] His 9. vss. describit orionis situm in cœlis. Istud autem sidus pedibus calcat leporem ad tropicum capricorni; dextra tangit pedes geminorum ad tropicum cancri, qua clavam tenet; læva clypeum sustinet ad frontem tauri: medius per pectus dividitur æquatore: ad ejus genu dextrum lucet canis major: juxta colurum solstitiorum assurgit: ex ejus pede sinistro exoritur Eridanus. Stellis exornatur 38. Quarum duæ primi luminis lucent, altera in humero dextro, altera in sinistro pede ad Eridani initium. Secundi vero luminis sunt quatuor, quarum una lucet in humero sinistro, tres aliæ in ejus cingulo, quas vulgus vocat, *les trois Rois*. Sunt et quatuor luminis tertii, quæ gladium ejus exornant cum aliis ultimi, et quinti luminis. Una harum quatuor lucet in manubrio gladii, duæ in capulo, quarta infra medium gladium, quasi in ima vestium ora, vs. 398. Ejus autem appellationes variæ sunt: Arion; Hyriades; audax; furiosus; sublimatus; gigas; bellator fortissimus; jugula; orion, &c. Dicitur orion, vel a verbo ὀρίνω, *turbo, excito*, quia sidus hoc ortu suo occasuque mare turbat: Virg. Æn. I. 559. Horat. Od. 10. Epod. vel nomen habet a voce οὖρον, *urina*. Fabulantur enim Oriona ex Jovis, Neptuni, Mercuriique urina procreatum: primumque dictum *Urionem*; sed propter vocis turpitudinem postea, mutata litera, *Orionem*. Ovid. Fast. v. 535. 'Hunc Hyreus, quia sic genitus, vocat Uriona. Perdidit antiquum litera prima sonum,' &c. Is autem adultus feras insectabatur venatu; cumque jactitaret nullam esse feram, quam telo perfodere non valeret, ejus verbis indignata Terra scorpionem genuit, cujus ictu periit ille. Ovid. Fast. v. Alii aliud fabulantur apud Hyg. Astr. Poët. II. Sidus autem est adeo magnum, ut ab uno tropico ad alterum assurgat. Quippe quia proceritatis ingentis fuerit Orion in terris. Corpus enim ejus dicitur inventum in Creta, constans cubitis 46. Manil. v. 12.

399 *Immersus*] Quia caput Orionis

Per tria subducto signatur lumina vultu:
Non quod clara minus, sed quod magis alta recedant.
Hoc duce per notium decurrunt sidera mundum.
Subsequitur rapido contenta canicula cursu,

secundum caput in alto cœlo notatur per tres stellas in facie summissa: non quod illæ stellæ sint minus lucidæ, sed quia longius illæ distent. Sub hoc ductore signa Australia procedunt per totum cœlum. Canicula raptata motu violento sequitur;

400. *subductos.* 'Duo recentiores *immersus*, ut et Scal. recte conjecit; omnes *subducto vultu*. Repone igitur *A. c. o. e. immersus o. P. t. subducto s. l. v.* quod fingeretur cælum respiciens, tergo nobis obverso.' *Bent.* 'Ms. Lips. et Editi Regiom. Rom. cet. *immensus*, quod Scaliger recte dedit ad sententiam Manilii, cui orion 'magni pars maxima cæli' dicitur v. 13. Conf. supra vs. 395. Sidus enim adeo est magnum, ut ab uno tropico ad alterum assurgat.' *Stoeb.* *Subductos s. l. vultus* 'melius, meo judicio. Habet enim claras in capite stellas tres, et quidem unam reliquis duabus clariorem, ut vult Hyginus ex veteribus asterismis, ex quibus hæc quoque hausit Manilius.' *Scal.*—401 Delph. *illa recedant.*—402 Scal. Delph. et vulg. *per totum.* 'Hoc vero nimium est, ut *totum* ducat mundum: omnia nostra borealia, ipsa signa zodiaci. Satis est si in sua zona regnum obtineat. Repone *notium.* Noster I. 446. 'Tum notius piscis venti de nomine dictus.' et 453. 'Quæ notia antiqui dixerunt sidera vates.' *Bent.* 'Ed. Rom. Ald. et Pruckn. *nec dure per totum, &c.* Regiom. vero: *Hæc duo per totum*, quasi de orione pariter ac canicula vs. seq. hæc essent intelligenda: sed verior Scaligeri lectio, *Hoc duce per totum d. s. m.* cui Cod. Lips. inprimis favet. Ab orione enim principium australium signorum, quorum insigniora, uti canicula, toti orbi successu temporis illucescunt.'

NOTÆ

quasi immergitur alto cœlo, nimirum sub tropico cancri.

Olympo] Cœlo, vs. 178.

400 *Per tria*] Tres sunt stellæ simul conglobatæ ad malam orionis, quarum duæ sunt ultimi luminis, tertia quarti.

Subducto vultu] I. e. vel inclinato, et latente, vel remoto. Caput enim ejus longe subductum latet in cœlis.

401 *Non quod clara minus*] Quam rationem reddit poëta, ea non ex vera, sed ex verisimili causa ducitur. Revera enim tres illæ stellæ in vultu orionis sunt minus claræ, vs. 400. not. 1.

402 *Hoc duce*] Sic lib. v. 12. citato jam supra.

403 *Subsequitur . . . canicula, &c.*] His 16. vss. describit situm et affectiones caniculæ. Canicula dicitur canis major; dexter; magnus; secundus; australior; lælaps; sirius, &c. sirius quidem et sirion a verbo σείρειν, *desiccare*. Quippe hoc sidus exortu suo solis ardores ingeminat, et messes coquit. Pers. Satir. III. 5. 'Siccas insana canicula messes Jamdudum coquit,' &c. Fest. Avien. in Arat. 'Qui formidato sub nomine sirius æthram Urit,' &c. Vel a verbo σειριᾶσθαι, *scintillare*. Ad quod etymon respiciens Manil. dixit infra, vs. 414. 'Color cursusque micantis In radios.' Id autem sidus ita constituitur in cœlis, ut leporem insequi videatur; caput erigit ad pedes orionis; medius secatur tropico capricorni; cauda tangit proram navis argo; dorsum extendit ad viam lacteam. Constat stellis 18. Quarum una et sola primi luminis lucet in ejus ore, quæ et

Qua nullum terris violentius advenit astrum.
Nec gravius cedit: nec horrens frigore surgit.

qua nullum sidus molestius contingit terris, nec ullum acrius occidit: non exoritur rigens frigore: nec carens frigore relinquit globum lucidum solis. Ita afficit mun-

* * * * * * * * * * * *

Stoeb.—405 Vulg. Delph. *non horrens.* 'Gemblacensis: *nec horrida frigore sævit.* Sed male. Nam omnino *horrens,* non *horrida,* legendum. Post hunc versiculum cætera pars australium signorum parti septentrionali importune cohæserat post Cassiopeam: et præter illum transpositum, accidit quoque, ut duo versiculi locum inter se commutarint: 'Nec gravius cedit, nec horrens frigore surgit. Sic in utrumque movet mundum, et contraria reddit. Nec vacuum Solis fulgentem deserit orbem.'' *Scal.* 'Quantumlibet sese hic jactet Scal. certum est temere et contra librorum fidem duos seqq. vss. situm eo auctore permutasse. Præterea mendum latere puto in voce *surgit.* Nam cum canicula calores immensos cieat exoriens, frigora occidens, haudquaquam dixerit Manilius horrere eam frigore cum surgit. Scribe igitur *sævit,* juxta cod. Gemblac. Nullum astrum violentius advenit terris, propter calorem; nullum gravius discedit, propter frigora. Sequentem versiculum, 'Nec vacuum solis surgentem deserit orbem,' ita exponit Scal. ut cum ea legeris, incertior sis multo quam dudum. Sensus est, solem vi vacuum canis non deserit; nam sive oriatur sol, sive occidat, canis ejus auget efficientiam vel minuit.' *Huet.* '*Nec horrida* Gemblac. cum Lips. *Sævit* pro *surgit* solus Gemblac. Jam vero *hæc vacuum* vetusti quatuor: universi denique versum tertium ante secundum ponunt. Scal. ordinem immutabat; quocum eo nomine litigat Huet. Ego me fateor nec verba probare, nec sententiam capere. Mirum ni a barbaro quodam intrusa sint: cum, his demptis, nihil sensui vel orationi deesse videatur. Illud quoque vide, *Sic in utrumque movet mundum:* quod iterum habes, et longe melius, infra 413. 'Sic movet, ut vidit, mundum, vultuque gubernat.' Quare abeant εἰς κόρακας.' *Bent.* 'Grotius ad German. vs. 338.

NOTÆ

canicula et *sirius* dicitur. Dicitur autem *canicula,* vel quia in ea cœli parte stellæ figuram aliquam *canis* imitantur; vel quia, ut ait Plin. II. 40. toto illo tempore, quo sidus hoc terris exoritur, canes maxime in rabiem aguntur; vel quia tunc solis ardor ita rabit, ut insano calore cuncta exurantur. Fabulantur autem hunc canem in cœlis collocatum a Jove, tum propter pietatem, cum propter fidelitatem. Icarus enim, usum vini a Libero edoctus, eundem edocuit suos in patriam reversus. Interim pastores ebrii facti Icarum interfecerunt. Erat Icaro canis, nomine Necora, quæ pia mortuum herum ululando deflebat. Cujus latratibus admonita Erigone Icari filia patrem sepelivit. Canis illa dolore contabuit. Cujus ob facti pietatem est a Jove inter astra relata. Ovid. Fast. v. Vel ob fidele ministerium. Fingunt enim hunc canem fuisse, qui Europæ custos cum dracone datus est. Hygin. Germ. in Arat. et alii.

404 *Violentius*] Plin. II. 40. de caniculæ effectis: 'Nam caniculæ exortu accendi solis calores quis ignorat? fervent maria, fluctuant in cellis vina, moventur stagna; canes in rabiem aguntur,' &c. Et Virg. Æn. x. 274. Hom. Il. X. Fest. Avien. in Arat.

405 *Nec gravius cedit*] I. e. nec acrius occidit terris. Neque enim exortu solo letifera est canicula, sed et occasu suo. In exortu lædit qui-

Sic in utrumque movet mundum, et contraria reddit.
Nec vacuum solis fulgentem deserit orbem.
Hanc qui surgentem, primo cum redditur ortu,
Montis ab excelso speculantur vertice Tauri,

dum in contrariam partem, et facit effectus contrarios. Qui ex alto cacumine montis Tauri observant illam exorientem, quando restituitur in primo suo exortu, præ-

mavult *torrens*, quod metri postulare ratio videtur. Scimus autem et urere et *torrere* etiam in frigore dici. Salmas. vero Exerc. Plin. p. 308. non Gemblac. magis cod. quam sua auctoritate fretus, legi jubet: *Namque horrida frigore sævit.* Quibus verbis significaret Manil. nullum sidus canicula *vehementius terris advenire*, i. e. exoriri: nullum *gravius cedere*, h. e. occidere. Namque *horrida frigore sævit*, cum occidit. Vss. 406. et 407. in Edd. Reg. Rom. &c. post vs. nostræ Editionis 361. inverso ordine leguntur. Quare dum de loco quo hæc pertineant ambigitur, de sensu verborum certi quid statuere, inte-

NOTÆ

dem calore; in occasu, frigore. Unde Poëta addidit 406. 'Sic in utrumque movet mundum et contraria reddit.' Quod autem in exortu suo lædat, calorem solis adaugens, jam constat ex dictis nota superiori: de ejus occasu, sic Plin. XVII. et Columell. XI. 'Occidentem caniculam pruinæ gelidæ ac frugibus metuendæ excipiunt.' Manil. hoc versu, 407. 'Nec vacuum [frigore] solis fulgentem deserit orbem.' Et vs. 415. 'Nisi quod procul hærens Frigida Cœruleo contorquet lumina vultu.'

Nec horrens frigore surgit] Immo insano calore ardens exoritur.

406 *In utrumque*] Suppl. *Calorem* et *frigus*, i. e. in contrariam partem, vel contrarias res, et affectiones. Namque exortu suo canicula *bella facit;* occasu, *pacem refert*, ut ait Manilius.

407 *Nec vacuum*] Suppl. *Frigore.* Hoc est, non occidit canicula vacua frigore, immo horrens frigore occidit terris. Τὸ enim *vacuum* non refertur ad *solis orbem*, sed ad *astrum*, quod est in fine vs. 404. Sicut vox *horrens* quoque refertur.

Deserit, &c.] Canicula, dum oritur, conjungitur soli; dum vero occidit, deserit solem; hoc est, recedit ab eo. Oritur autem canicula sub finem Julii mensis; hoc est, tunc una cum sole terris advenit. Quo tempore calores et æstus solis maxime ingeminantur. Occidit vero mense Januario sub finem, hoc est, tota procul recedit a sole, nec cum eo ascendit supra horizontem. Quo tempore frigus acerrime pungit. Non quod ipsa sit frigoris aut caloris majoris causa, ut recte docet Arist. Problem. sect. XXVI. q. 12. et 13. sed quoniam juxta calidissimum tempus exoritur; occidit vero juxta frigidissimum. Unde fit ut homines ejus exortu significaverint maximos æstus solis; occasu vero, maximum frigus. Neque enim astra vim habent ad mutationem aëris, caloris, frigoris, ventorum, &c. sed signi gratia assumta sunt ad significandas ejusmodi mutationes.

409 *Tauri*] Taurus mons est totius Asiæ maximus, qui dicitur *Taurus* a vocabulo Hebræo, quod *montem* significat; quasi *mons* per antonomasiam. Cum autem longissime producatur, variarum est gentium terminus, a quibus varia sortitur nomina. Consule Plinium v. 25. Ex hujus

Proventus frugum varios, et tempora discunt;
Quæque valetudo veniat, concordia quanta.
Bella facit, pacemque refert, varieque revertens
Sic movet, ut vidit, mundum, vultuque gubernat.
Magna fides hoc posse, color cursusque micantis
In radios: vix sole minor; nisi quod procul hærens
Frigida cœruleo contorquet lumina vultu.
Cetera vincuntur specie, nec clarius astrum
Tingitur oceano, cœlumve revisit ab undis.

dicunt diversos proventus fructuum, et tempora diversa: et qui morbus immineat, et quanta pax sit futura. Excitat bella, et reddit pacem, et rediens diverse afficit mundum eo modo, quo aspexit antea; et regit illud eodem aspectu. Color et motus illius scintillantis in radios lucis sunt magnum testimonium illam posse istud. Vix est minor sole, nisi quod sita longius a Sole vibrat lucem gelidam ex facie glauca. Cetera sidera superantur ab ea in splendore: neque ullum sidus splendidius immergitur mari, vel aquis emergens redit ad cælum. Postea subsequuntur procyon et

grum non est.' *Stoeb.*—410 Scal. Delph. et vulg. *Eventus f. v. e. t. dicunt.* ' Gemblac. *ducunt.* Repone *Proventus . . . discunt. Proventus frugum*, passim: *eventus* aliarum rerum; consiliorum, judiciorum, litium.' *Bent.* ' Cur, quæso, non potius *dicunt?* Illud in Gemblac. legi nemo præter Bent. observavit. Hoc vero Lips. et Edd. omnes servant.' *Stoeb.*—416 ' Pro *cæruleo vultu* doctissimus Huet. *ventre* substituit. Frustra; nam Manilius de stella Sirio loquitur, non de toto asterismo: ut patet ex illo, *vix sole minor.*' Bent.—

NOTÆ

autem cacumine solebant veteres astra speculari; quanquam et ex aliis montibus. Verum hunc præ ceteris notat poëta, vel quia altissimus, vel in honorem Arati, qui, cum Cilix esset, ad Tauri montis radices habitabat, inque verticem illius ascendebat, ut specularetur astra, de quibus præclare versibus Græcis scripsit.

413 *Sic movet, ut vidit, mundum*] Quanquam Petrus Gassendi docet jam nunc uno fere mense tardius oriri caniculam, ac pariter uno fere mense citius occidere, quam Aristotelis aut Epicuri temporibus oriebatur, ac pariter occidebat. Neque tamen æstus maximi solis in mensem tardiorem differuntur; aut frigora uno mense citius incipiunt.

415 *Vix sole minor, &c.*] Canicula dicitur *vix sole minor*, hoc est, non cedere soli, calore ac lumine. Namque maxima videtur omnium stellarum, et dum exoritur cum sole calores et æstus ingeminantur. Cedit autem omnino soli, et calore et luce, dum occidit. Tunc enim procul hærens a sole, frigus auget, ac lucem quasi frigore rigentem mittit.

416 *Lumina vultu*] Eleganter. Notat enim Poëta eam stellam quæ maxima lucet in ore caniculæ.

417 *Specie*] Apparentia, conspectu, luce: vel, figura et magnitudine.

418 *Tingitur oceano*] Immergitur mari. Ex errore veterum, qui stellas, dum occidunt, in mare mergi credebant; dum vero exoriuntur, ex aquis emergere.

Tunc procyon, veloxque lepus; tum nobilis argo,
In cœlum subducta mari quod prima cucurrit,

celer lepus: deinde insignis argo navis, quæ fuit transportata in cœlum, quia

420 'Cod. Lips. luculenter interpungit *subducta* (;) *mari q. p. c.*' Stoeb.—

NOTÆ

419 *Tum procyon, &c.*] His 5. vss. notat situm antecanis, leporis, navis argo, et hydræ.

Procyon] Græca vox ab *πρὸ*, *ante*, et *κύων*, *canis*. Latine antecanis, qui alio nomine dicitur præcanis, canis primus, canis minor, canis sinister, canis septemtrionalis, merus, fovea, canis Orionis, et canicula quondam. Duplex enim in cœlis est canis: major et minor. De majori diximus jam supra 386. nunc autem agitur de minori, qui stat sub pedibus geminorum, caudam vertit ad caput hydræ, pedibus innititur æquatori, quasi latrans sequitur a tergo Orionem. Duabus tantum præcipuis constat stellis, quarum altera primi luminis, in scapula seu ad alvum; altera, quarti luminis, in collo lucet. Fabulantur autem hunc unum e canibus Orionis fuisse, quem ita carum ille habuit, ut cœlesti sede carere, quam canis sui consuetudine, privari maluerit. Hunc igitur a Diis obtinuit inter sidera collocari. Alii non Orionis, sed Helenæ caniculam delicatam volunt, quam secum e Græcia Trojam abducebat: sed accidit, ut casu ceciderit in mare juxta Eubœam insulam, ubi summersa fuerit. Cujus interitum cum doleret Helena, impetravit a Jove, ut inter sidera collocaretur. Hygin. Astron. Poët. II. Dicitur autem Antecanis seu Procyon, quia exoritur ante canem alterum, qui major est.

Lepus] Sidus est sub pedibus orionis, pedibus innititur tropico capricorni, quasi fugiens canem majorem versus Eridanum currit. Stellis constat 12. quarum quatuor luminis tertii; duæ nempe in crure posteriori, una in anteriori, et una in scapula. Ceteræ sunt luminis quarti, aut quinti, quæ omnes figuram leporis aliquam imitantur. Fabulantur autem leporem inter astra locari in memoriam Orionis, qui venator fuit insignis. Alii a Mercurio cœlis consecratum volunt, ob ejus velocitatem. Alii aliud fabulantur. Hygin. Astron. Poët. II.

Argo] Vel argos, argo navis, navis Jasonis, currus volans, &c. Sidus est ingens figuram navis referens, cujus puppis tangit tropicum capricorni a tergo caniculæ majoris, prora posteriorem centauri austrini partem, malus extremus hydram juxta cordis ejus stellam, carina circulum antarcticum. Stellis exornatur 48. quarum præcipuæ sunt tantum 18. Inter quas una est primæ magnitudinis in remo australi, quam *canopum* vocant, et de qua nos supra vs. 216. Fabulantur autem hanc navim esse, qua Jason cum Argonautis, id est 54. heroibus Thessalis in Colchidem navigavit ad vellus aureum rapiendum; adduntque hanc primam mari commissam, in cujus rei memoriam fuerit inter astra collocata. Quanquam non prima quidem navis, sed prima tantum longa navis. Namque teste Diod. v. 3. Jason 'primum juxta Pelinum navem ædificavit magnitudine atque apparatu longe majori, quam quæ ad eam diem fieri consueverant. Erat enim antea navicula-

Emerita, et magnis tandem defuncta periclis:
Servando Dea facta Deos; cui proximus anguis

prior vagata est per mare, et quia prior fuit agitata magnis tempestatibus, possidet cœlum, quod emerita est; conservando Divos ipsa facta est Dea. Huic

421 Scal. Delph. et vulg. *Emeritum m. mundum tenet acta procellis.* 'Gemblac. non *procellis*, sed *periclis.* Mundum autem, more suo, i. e. cælum. Neque aliter potest intelligi. Sic Vitruv. IV. 7. 'de mundi circa terram pervolitantia.' *Scal.* 'Libri veteres *periclis:* recentiores *procellis. Procellis* sententiæ parum convenit: nec *periclis agi* belle dicitur. Quin et *emeritum cælum* pro *meritum* nolim apud Nostrum admittere, licet bis apud Silium hodie occurrat *emerito cælo;* locis tamen suspectis, ut doctissimi Drakenborchii editio monstrat. Utcumque id sit, quod Silii ætate licuit solitumque fuit, non idcirco et in Augusti. Certe sententia hic frustra tot verbis oneratur, *subducta in cælum*, et tenet *mundum* sive cælum; εἰς ταὐτόν. Repono igitur, quod ipse melius esse fateberis; et, si æquus es, ipsi auctori, non mihi, id adscribes. Contemplare modo literarum ductus, *Emeritum magnis mundum tenet acta periclis. Emerita, et magnis tandem defuncta periclis.* Virgilium imitatus est, ut sæpe alias, et ex Latinis solum: Æn. VI. 83. 'O tandem magnis pelagi defuncte periclis: Sed terræ graviora manent.' 'Emerita navis' est, quæ munere suo defuncta, ut Phaselus ille Catulli, 'nunc recondita Senet quiete.' *Bent.* 'Codd. omnes, *Emeritum magnis mundum, &c.* Quæ cum sensum fundunt satis idoneum, neque sua venere aut ævi Augustei dignitate sunt destituta, unius sane Virgilii exemplo magis, quam auctoritate, mutari minime debuerunt. Quin si locum propius inspexeris, nec apices modo literarum, sed sermonis argumentum cum Nostri scriptura composueris, probe, spero, intelliges, quam parum ille Manilii rationibus conveniat. Locus est Æneid. VI. 83. ubi Maronis verbis fatidica ad Æneam: 'O tandem magnis pelagi defuncte periclis!' Notanter Servius: 'Non liberate pelago, sed marinis periculis. Nam adhuc navigaturus est; sed sine ullo discrimine.' Jám vero quid ista ad Argo navem? Num et hæc periculis tantum liberata, adhuc æquora sulcabit, 'ratis,' inquam, 'heroum, quæ nunc navigat astris,' lib. V. 18. Vides sane, Nostrum minus pro rei dignitate dicturum fuisse, si eam *periclis defunctam*, imitatione Maronis, finxisset. Ex inductione vero exemplorum supra vs. 335. 352. et 377. certo certius colligitur, Nostrum h. l. scripsisse de navi illa, *non quæ emerita*, i. munere suo defuncta, quod ἓν διὰ δυοῖν, sed *quæ mundum*, i. e. cælum, *meruit*, *Deaque est facta*, quod *agitata magnis procellis*, s. periculis, servavit Deos seu divinos illos viros qui, duce Jasone, Colchos navigarunt. *Emeritum* autem *cælum* pro *meritum* satis Latine dici posse, quis ausit negare? præsertim cum activum verbum *emereo* usitatius Ovidio aliisque, quam deponens. Neque etiam ab hujus participio passiva significatio est aliena prorsus. Vide, quæ Viri docti scite notarunt ad Silium Ital. l. VII. 19. Adde Laur. Valla Eleg. L. L. lib. v. c. 1c. quem et hoc Manilii exemplo locupletabimus. Pro *procellis* Ms. Lips. *periclis.*' Stoeb.—

NOTÆ

rum usus.' Alii volunt hanc non Jasonis et Argonautarum fuisse navim, sed Danai, qua is ex Africa transfretavit Argos, fugiens Ægypti fratris sui furorem.

422 *Dea*] Cœlis sacrata. Cœlesti honore donata. Inter astra relata.

Deos] Argonautas: heroas v. 18. 'Et ratis heroum, quæ nunc quoque navigat astris,' &c.

Cui proximus anguis] Hydra, quæ aliis nominibus dicitur anguis; coluber; hydrus aquaticus; furiosus; fortis; asina, &c. Sidus est, quod

Squamea dispositis imitatur tergora flammis;
Et Phœbo sacer ales; et una gratus Iaccho

vicina hydra exhibet lucem squamosam ex stellis ad hoc ordinatis. Huic vicina sunt et avis consecrata Apollini; et simul illud Vas, quod est gratum

423 Scal. Delph. et vulg. i. *lumina f.* 'O oscitantes et indoctos librarios! Ubique ingerunt *cælum, mundum, lumina, sidera, &c.* Repone, *tergora flammis.* ut Virgilius Georg. III. 426. 'Squamea convolvens sublato pectore terga.' et Æn. II. 218. 'bis collo squamea circum Terga dati.' Noster infra 440. 'Quam propter cetus convolvens squamea terga.' et 612. 'Et redit in cælum; squamosaque tergora ceti.' Quid sit, *imitari squamea lumina dispositis luminibus*, explicet, qui potest.' *Bent.* 'Ergo, *anguis dispositis flammis imitatur tergora squamea.* Qualis sensus? Libri nostri omnes *lumina.* Dici autem possunt *lumina squamea* ipsæ squamæ, colore suo micantes, et auri fulgore quasi ardentes. Æn. v. 87. Nostri autem verba sic accipimus: Anguis stellas ita habet dispositas, ut squamas ardentes referant. Conf. v. 340.' *Stoeb.*—424 'Sic Ms. Lips. Edd. vero Ald. et Pruckn. *et magno*, non corporis deformi proceritate, qualis vulgo Bacchus præter naturam depingitur, sed propter

NOTÆ

trium signorum, cancri, leonis et virginis, longitudinem occupat. Caput ejus porrigitur sub cancro ad caudam canis minoris supra æquatorem; juxta cor secatur ab æquatore, et quasi infigitur malo argo navis: cauda caput centauri australis tangit: qua parte delabitur ad tropicum capricorni, sustinet craterem et corvum, qui quasi vellicat ejus caudam. Cujus situm præclare scripsit Fest. Avien. in Arat. Fabulantur hanc hydram fuisse, quam Lerneam paludem in agro Argivo infestantem Hercules ferro et face interfecit. Ovid. Metam. IX.

423 *Flammis*] Stellis vs. 132.

424 *Et Phœbo, &c.*] Apollini, vs. 19. His autem 3. vss. describit situm corvi, crateris, et centauri australis.

Ales] Corvus, qui Apollini sacer est, quia in ejus tutela fuit. Unde futura prædicere creditur. Inde autem fabulantur corvum in cœlum translatum, quia missus olim ab Apolline sacra facturo quæsitum aquam e fonte puram, immemor mandati sedit in arbore, ficus videns, dum maturescerent. Quibus expletus rediit, moræ causam referens hydram, quam unguibus tenens, quasi ab ea retardatum se innuebat, ne aquam hauriret. In cujus mendacii memoriam decrevit Apollo, ut corvi, quamdiu ficus coquerentur in arboribus, bibere non possent; huncque inter astra retulit: sub ejus pedibus apposuit hydram cujus caudam corvus rostro vellicaret. Ovid. Fast. II. Fest. Avien. in Arat. Alii volunt ab Apolline corvum inter astra relatum, quia cum vidisset corvus Ischyn quendam juvenem in amplexu Coronidis, quam deperibat Apollo, rem Apollini detulit. Sidus igitur corvi stat supra caudam hydræ; medium secatur coluro æquinoctiorum, craterem inter et virginem; stellis constat 7. quarum una in rostro, altera in pede, tertia in alæ exortu, quarta in ala dextra, tertiæ sunt magnitudinis. Quæ vero in oculo, quartæ tantum.

Iaccho] Baccho, qui dictus est *Iacchus* a verbo Græco ἰάχειν, *vociferari.* Bacchæ enim, Bacchi celebrantes orgia, solebant clamitare identidem repetentes *Evoë Bacche.*

Crater; et duplici centaurus imagine fulget,
Pars juvenis, tergo pectus commissus equino.
Ipsius hinc mundi templum est, victrixque solutis

Baccho; et Centaurus constans ex gemina forma prope illam lucet, pars ejus est pars hominis et conjunctus est a ventre cum posterioribus equi. Inde sequitur templum cœli et ara victrix ex sacris peractis lucet, quando tellus furens impulit

vini donum. Exemp. Regiom. *et olim*, quod maxime placet.' *Stoeb.*—426 Scal. Delph. et vulg. *Pars hominis.* 'Mira sane constructio, *pars hominis commissus.* Repone, *Pars juvenis.* Sic Noster de altero centauro, II. 566. 'Turba sub

NOTÆ

425 *Crater*] Urna, patera, calix, poculum. Vas illud fingitur, in quo corvus Apollini sacra facturo retulit aquam. Jacet inter astra in medio dorso hydræ, inter æquatorem et tropicum capricorni, sub posterioribus leonis pedibus, juxta virginis humeros. Constat stellis 7. quæ omnes quarti sunt luminis.

Centaurus] Græca vox, ἀπὸ τοῦ κεντεῖν ταύρους, *stimulis agitare tauros.* Centauri enim populi fuerunt Thessaliæ, qui primitus tauris vehebantur, unde *Centauri* dicti. Postea equis vecti *Hippocentauri* sunt appellati. Igitur hi cum ad flumen Peneum accessissent, demissis equorum capitibus ad aquandum, visi sunt ab insidentibus adversæ ripæ, posteriorem equi habere partem, anteriorem hominis. Unde duplici finguntur constare natura, hominis et equi. Duplex autem in cœlis est centaurus; alter, qui sagittarius, inter zodiaci signa; alter, qui centaurus austrinus, inter australia sidera recensetur. De illo diximus 270. Hunc autem fabulantur Saturni ex Philyra natum, cognomine Chironem, artis medicæ inventorem, qui medicinam Æsculapium edocuerit. Hygin. Astron. Poët. II. Alii *centaurum* dictum volunt a centaurio, seu centaurea herba, quam in usum medicinæ invenerat. Alii contra, centauream a centauro illo dictam arbitrantur. Dicitur et semifer, Minotaurus, Philyrides, Chiron, &c. Hujus inter astra situs hic est; capite tangit extremam hydræ caudam; vultum obvertit ad chelas scorpionis: quasi ad ortum spectans; posteriora ejus secantur coluro æquinoctiorum, tenduntque ad argo navim; pedibus incumbit circulo antarctico; crura dividit lacteus circulus a reliquo corpore; hastam manibus tenet, qua lupum inversum transfodiat.

427 *Ipsius hinc mundi templum est, &c.*] His 12. vss. notat aræ situm, quæ jacet in cœlis media inter lupum, et scorpionis caudam, stellis septem lucet. Aliis nominibus dicitur templum cœli, sacrarium, altare, focus, ignitabulum, capellæ pharus, thuribulum, vulgo *l'Encensoir*. Hanc autem aram ideo Jupiter et omnis Deorum cœtus cœlis consecrarunt, quia in ea fœdus arctissimum percusserant, quo tempore sibi metuebant a gigantibus bellum inferentibus. Manil. v. 340. 'Ara ferens thuris, stellis imitantibus, ignem, In qua devoti quondam cecidere gigantes, Nec prius armavit violento fulmine dextram Jupiter, ante focos quam constitit ipse sacerdos,' &c. Eamque in victoriæ monumentum inter astra posuerunt.

Ara nitet sacris, vastos cum terra gigantas
In cœlum furibunda tulit; cum Di quoque magnos
Quæsivere Deos. Dubitavit Jupiter ipse,
Quod poterat non posse timens; cum surgere terram
Cerneret, et verti naturam crederet omnem;
Montibus atque aliis aggestos crescere montes,
Et jam vicinas fugientia sidera moles:
Arma importantes et rupta matre creatos
Discordes vultu, permixtaque corpora, partus.

adversus cælum immanes gigantes. Tunc enim Dii invocavere quoque magnos Deos: Jupiter ipse incertus fuit quid ageret, veritus non posse quod poterat, cum videret terram ascendere ad cælum, et putaret totum universum inverti: et montes accumulatos augescere ex aliis montibus: et astra metuentia montes ita sibi proximos, et inferentes ipsis bella, cum facti essent ex terra matre fracta. Et fætus dis-

---

unius juvenis virtute ferarum.' *Bent.*—429 ' Libri omnes *tumidi*. Scal. et sic vulg. ingeniose *tum di;* nisi quod adhuc corrigendum erat *cum di;* sententia continnata.' *Bent.* Delph. *tunc di.* ' Sanior autem lectio retinenda, quam præstant Cod. Lips. et impressi, quotquot Scal. præcesserunt, omnes: *tumidi quoque*, scil. gigantes, *magnos Deos quæsiverunt*, i. e. hostiliter petiverunt, vel *in necem quæsiverunt*, ut Cicero loquitur pro Sextio. Ceterum qui otii profusior de fabulosissimo illo bello plura legere cupit, adeat auctores a Burmanno longa serie excitatos ad Ovid. Metam. v. 321.' *Stoeb.*—433 Libb. vett. et vulg. *alios.* Correxit Scal. ex Gemblac.—434 Scal. Delph. et vulg. *Et tam vicinos f. s. colles.* ' Inepte post *montes* intulit *colles;* a majore ad minus deveniens. Repone *jam vicinas f. s. moles.* Virg. Æn. I. 65. ' Hoc metuens molemque et montes insuper altos.' *Bent.* ' Cod. Lips. et cusi omnes cum Scal. legunt. Inepte vero Noster post *montes* intulisset *colles*, nisi notanter addidisset, *tam vicinos astris*, nam, uti Ovid. Fast. v. 39. ait, ' Exstruere hi montes ad sidera summa parabant.' *Stoeb.*—435 ' Pro *creatos*, Gemblac. *coactos.* Versus barbari et adulterini; ex margine in locum alienam intrusi. Quid? an *montes* et *moles arma importabant, discordes partus erant?* Nebulo hic, quisquis erat, tam commodam occasionem nactus, noluit gigantas dimittere, sine dono vel ipsis monstrosiore. Voluit tamen hos interseri post versum 428.' *Bent.* ' Totidem hæc verbis et iisdem fere apicibus, sublata tamen post hoc *corpora* distinctione (,) leguntur in Editis nostris. Nectenda autem videntur cum illo *Cerneret* vs. 432. unde sensus: Et cerneret Jupiter rupta matre creatos, Discordes vultum, permixtaque corpora partus arma importantes. Subscribit his Cod. Lips. ubi Glossator pro *vultu* legit *vultum*, i. quoad vultum. Simile exemplum supra vs. 356. Vid. Gronov. ad Senec. Herc. Fur. vs. 93.'

NOTÆ

428 *Gigantas*] Horum duo adversus Jovem superosque Deos bella memorat Hesiod. in Theog. In priori quidem venerant tantum in auxilium Titanibus, qui Diis bellum intulerant. In secundo, quod a Typhoëo gigante repetitum fuit, ea omnia, quæ de gigantomachia feruntur, gesta sunt. Ovid. Fast. v. Claudian. Gigant. Lucan. IX. &c.

435 *Rupta matre creatos*] Montes enim, quos ad cœlum attollebant gigantes, e terra avellebant.

436 *Permixtaque corpora*] Pars enim

Nec dum hostile sibi quicquam, nec numina norat
Si qua forent majora suis. Tunc Jupiter aræ
Sidera constituit, quæ nunc quoque maxima fulget.
Quam propter cetus convolvens squamea terga
Orbibus insurgit tortis, et fluctuat alvo:
Intentans morsum, similis jam jamque tenenti,

similes facie, et corpora mixta ex diversis formis: neque hactenus Dii senserant quemquam hostem sibi, utrum quædam numina essent potentiora, quam sua. Tum Jupiter posuit stellas aræ, quæ modo etiam maximæ lucent. Prope quam aram cetus versans dorsa squamosa attollit se cum spiris sinuosis, et innatat undis ex ventre, minitans morsum, similis feræ jam jam mordenti: talis videtur, qualis erat

Stoeb.—437 Scal. Delph. et vulg. *Hostiferum necdum sibi quemquam numina norant.* ' Vox *Hostiferum* non caret mendo. Gemblac. habet, *Nec dum hostiferum.* Hæc omnia nobis suspecta. et profecto nisi me animus fallit, suspicor Manilium scripsisse, *Nec dum pestiferum.*' Scal. ' Libri vett. universi *necdum hostiferum sibi.* Nec sententiam nec verborum constructionem quisquam hic evolvere queat. Repone *Necdum hostile sibi quicquam nec numina norat S. q. f. m. s.* Continuatur orationis series. Dubitavit Jupiter ipse, timens non posse, quod tamen poterat. Unde vero ista dubitatio? Ex periculi magnitudine, montibus pene ad cælum extructis: tum nondum suarum virium periculum fecerat, nihil adhuc hostile sibi habens; nescivit denique annon alia alicubi numina forent suis potentiora. Juno apud Virg. Æn. vii. 310. ' quod si mea numina non sunt Magna satis, dubitem haud equidem implorare quod usquam est.' *Bent.* ' Cod. Lips. *Nec dum hostiferum, &c.* Utraque vox, sed inverso ordine, legitur in Vulgatis. Illud *hostiferum* merito suspectum Scaligero, qui putat Manil. scripsisse *pestiferum.* Quidni dare potuit *hostificum,* quod ex Accii Alphesibœa servavit Nonius c. 8. n. 15.' *Stoeb.*—439 Scal. Delph. et vulg. *fulgent.* ' Lege cum duobus recentioribus *fulget: ara* scil. *maxima,* non sidera; quæ in ara non sunt nisi quartæ et quintæ magnitudinis.' *Bent.*—440 ' Ed. Rom. Ald. et Pruckn. *Quapropter.* Quod etsi ad sensum recludendum non plus facit altero, tamen eo pertinet, ut errore eximatur Manilius, quasi cetus ille *prope aram* situs esset, immani quippe spatio ab illa disjunctus.' *Stoeb.*—442 ' Versus spurius. Cui, quæso, *cetus morsum intentat, et similis tenenti est?* Andromedæ scil. hoc enim voluit cuculus ille, qui primus hunc versum hic inseruit. Atqui tam similis est tenenti Andromedam, quam qui dimidio cælo ab ea distet. Cicero in Arateis: ' Exin semotam procul

NOTÆ

posterior illorum desinebat in serpentes; superior, hominis fuit. Ovid. Fast. v. 35. ' Terra feros partus, immania monstra, gigantas, Edidit, ausuros in Jovis ire domum. Mille manus illis dedit, et pro cruribus angues.' Et Claudian. in Gigant.

440 *Quam propter cetus, &c.*] His 5. vss. describit ceti situm, cujus caput medium æquatore dividitur, pedes anteriores tropico capricorni innituntur et venter; caput autem ore hiante vergit ad ortum; superiori capitis parte tangit arietem; caudam, quæ in piscis caudam desinit, porrigit ad effusiones aquarii; anteriori alvi parte innatat eridano. Male autem Manilius reposuit illum juxta aram. Totus enim piscis notius interjacet, parsque inferior capricorni.

Qualis ad expositæ fatum Cepheidos olim
Expulit adveniens ultra sua littora pontum.
Tum notius piscis venti de nomine dictus
Exsurgit de parte noti; qua fusa feruntur
Flexa per ingentes stellarum flumina gyros.
Ulterius capiti conjungit aquarius undas

olim cum accurrens ad necem Cepheidos expositæ fluctibus maris, propulsavit mare extra ripas suas. Postea, piscis notius, sic vocatus de nomine venti noti, exoritur ex parte austri; ad quem omnes effusiones aquarum inflexæ per magnas spiras stellarum devolvuntur. Aquarius connectit aquas fluvii cum capite alterius piscis,

in totoque locatam Andromedam tamen explorans fera quærere pistrix Pergit.' Et Germanicus: 'At procul expositam sequitur Nereia pistris Andromedam: media est solis via; cum tamen illa Terretur monstro pelagi, gaudetque sub axe Diverso posita.' Ceterum ex Virg. adumbratus est versus, Æn. XII. 753. 'at vividus umber Hæret hians, jam jamque tenet, similisque tenenti Increpuit malis morsuque elusus inani est.' *Bent.* 'Cod. Lips. et vulg. omnes *morsu*. Similis ei qui adversus Andromedam a Neptuno fuit excitatus, quod ex vs. seq. patet.' *Stoeb.*—443 Scal. Delph. et vulg. *f. C. undis.* 'Ordo est, *expositæ undis:* at, istis *fatum Cepheidos* interjectis, duo hæc non possunt conjungi. Vetat poëtarum mos et ipsa ratio. Repone *f. C. olim*. *Exposita* absolute: ut Germanicus: 'At procul expositam sequitur Nereia pistris Andromedam.' *Bent.* 'Rescribe ex Codd. *undis*, sc. quibus Andromeda fuit exposita. Ordo et sensus hujus vs. et seq. is est: Qualis erat ille, qui adveniens ad fatum i. perniciem Cepheidos undis expositæ, expulit pontum ultra sua litora.' *Stoeb.*—446 Vulg. ex Gemb. *cui cuncta*, et sic Delph. 'Excipit enim omnes aquas. Scal. *cui juncta*. Minus eleganter. Neque enim solum tangit aquas Aquarii: sed et ore quasi haurit omnes.' *Delph.* 'Libri universi *cuncta*, non, ut Scaliger, *juncta:* quod minus belle hic inseritur; cum statim habeamus *conjungit*. Neque illud *cui* recte habet: constructio enim postularet, non *cui pisci*, sed *cui noto*, sensu absurdo. Repono, *qua fusa*. 'Fusa,' qui ex aquarii urna defusa sunt.' *Bent.* Repone *cui cuncta*, scil. flumina, ex vs. seq. *feruntur*, i. e. devolvuntur. Devolvuntur ad eum piscem omnes effusiones Aquarii. Res clarissima in Globo Astronom.' *Stoeb.* —448 Delph. et vulg. ex Gemb. et Rom. *Alterius capiti*. Scal. *capitis*. 'Nam hanc effusionem aquæ vocat amnem, cujus alterum caput junctum est notio pisci, alterum aquario.' '*Capitis* a Scaligero est; libri universi *capiti*. Porro *alterius* solus Gemblac. ceteri omnes *ulterius*. Repone, *ulterius capiti*. *Ulterius*,

NOTÆ

443 *Fatum Cepheidos*] Mortem Andromedæ filiæ Cephei: vs. 363.

445 *Tum notius piscis, &c.*] His 5. vss. notat piscis notii situm. Is autem piscis in australi est parte cœli, infra tropicum capricorni, sub aquarii pedibus; aquas excipiens ore, quas ex urna effundit aquarius: qui *notius* dicitur, id est, australis, a voce Græca *νότιος*, quippe qui versus meridiem est. Dicitur et piscis magnus, piscis solitarius. Tertius enim est a duobus piscibus, qui signum zodiaci constituunt. Hygin. Astron. Poët. II. Unde, cum alter e duobus zodiaci piscibus, qui scilicet os vertit ad os amphoræ aquarii, dicatur etiam australis et notius piscis, ad alterius discrimen,


Amnis; et in medium coëunt, et sidera miscent.
His, inter solisque vias, arctosque latentes

et aquæ confluunt in medium, et conjungunt stellas simul. Inter et semitas solis, et ursas occultatas infra terram ad meridiem, quæ volvunt axem crepitantem præ

hoc est, magis versus austrum. Sane *alterius* nullum locum hic habet; cum piscis notius *solitarius* et *μονάζων* dicatur.' *Bent.* 'Ita plane cod. Lips. et Exemp. Regiom. Malim tamen *alterius*, scil. minoris piscis, cujus utique *conjungit* i. e. admovet *undas τοῦ* amnis.' *Stoeb.*—450 'Hic vs. cum seqq. in Ms. Lips. et Ed. Reg. leguntur post vs. 405. Inserunt iidem h. l. vs. 362. seqq. 'In pœnas signata, &c.' Omnes autem codd. habent *his*, non *his*.'

NOTÆ

qui os vertit ad Andromedam versus septemtrionem, iste tertius dicitur notius major. Res patet in hac figura.



447 *Flumina*] Effusiones aquarum Aquarii: vs. 449.

448 *Ulterius* [*Alterius*] *capiti*] Per vocem *alterius* intelligit poëta alterum minorem piscem australem, ut notavi vs. 445. cujus capiti aquarius admovet amphoram.

449 *Amnis*] Effusionis aquarum quæ instar fluvii sunt.

In medium coëunt, &c.] Suppl. *undæ*, seu effusiones aquarum, quæ decurrunt inter utrumque piscem australem, majorem, et minorem.

450 *His, inter solisque vias*] His 4. vss. monet Poëta se hactenus dixisse de sideribus australibus, quæ a zodiaco ad circulum antarcticum continentur. Sunt autem ex Manilio

Axem quæ mundi stridentem pondere torquent,
Orbe peregrino cœlum depingitur astris;
Quæ notia antiqui dixerunt sidera vates.
  Ultima, quæ mundo semper volvuntur in imo,
Quis innixa manent cœli fulgentia templa,

gravitate mundi, in illo globo terrarum remoto cœlum ornatur his sideribus, quæ veteres poëtæ vocaverunt signa meridionalia. Illæ infimæ partes cœli, quæ torquentur perpetuo in infimo cœlo, cum quibus splendentia loca cœli sunt conjuncta,

Stoeb.—455 Delph. et vulg. *Queis innexa m. c. f. templa.* Scal. pro *templa, sig-*

NOTÆ

tantum duodecim. 1. Orion. 2. Canicula. 3. Canis minor. 4. Lepus. 5. Argo navis. 6. Hydra. 7. Corvus. 8. Crater. 9. Centaurus. 10. Ara. 11. Cetus. 12. Piscis Notius. Sunt et alia tria, quorum mentionem non facit, eridanus, lupus, et corona australis.

Corona australis lucet sub pedibus anterioribus sagittarii, seu potius ad ejus pectus appensa, juxta caudam scorpionis, et aram. Lupus, qui fera, bestia, et hostia dicitur, resupinus in cœlis quasi confoditur et immolatur a centauro. Extenditur juxta aram, protendit caput ad scorpionem. Eridanus, qui et Nilus, fluvius, flumen, oceanus, Padus dicitur, sidus est in cœlis longum stellarum tractum exhibens. Oritur autem ex imis pedibus orionis, decurrit ad cetum, inde reflectit aquas ad leporem; a lepore vero descendit ad circulum antarcticum, finiturque inter phœnicem, et hydrum minorem, qui ad polum antarcticum convolvitur.

Solis vias] Zodiacum, vel eclipticam, vs. 666.

Arctosque latentes] Ursas australes. Namque ex conjectura veteres crediderunt duas pariter inesse ursas ad polum antarcticum. Sed id ex errore putarunt. Namque, qui ex Lusitania, aliisve septemtrionalibus partibus in Indias navigant ducentis abhinc annis, referunt nullas inesse stellas circa polum antarcticum proximiores, quam stellam, quæ primi luminis lucet in pede centauri juxta circulum antarcticum, quæque distat a polo antarctico grad. 28. aut circiter. Clavius in Sphær. Sacro-bosc. I. Ad hanc autem stellam pedis centauri, nautæ cursus suos dirigunt. Unde minus certa est navigatio in illis australibus partibus, quam in septemtrionalibus. Quanquam recentiores astronomi hæc 12. sidera observarunt intra polum antarcticum, et circulum polarem antarcticum, initio ducto a stella illa pedis sinistri centauri: quæ sunt, 1. Triangulum. 2. Apus, quæ avis est Indica. 3. Pavo. 4. Indus, sagittis armatus. 5. Grus. 6. Toucanus, qui anser est Americanus. 7. Phœnix. 8. Hydrus Dorado, qui piscis est. 9. Piscis volans. 10. Chamæleon. 11. Cruzero, seu crux. 12. Apes, seu Musca.

453 *Notia*] Austrina, meridionalia, vs. 445. not.

454 *Ultima, quæ mundo, &c.*] His 11. vss. alteram instituit comparationem alterius meridionalis partis, quæ intra polum antarcticum, et circulum antarcticum intercipitur, cum nostra septemtrionali, quæ intra polum arcticum et circulum arcticum contine-

Nusquam in conspectum redeuntia cardine verso,
Sublimis speciem mundi, similesque figuras
Astrorum referunt, et versas frontibus arctos.
Uno distingui medias, claudique dracone

et quæ nullo tempore revertuntur in aspectum nostrum, polo inverso, habent similitudinem cæli nostri superioris et formas siderum pares nostris: et conjicimus ab exemplo ibi duas ursas inversas ex vultibus separari medias et circumcingi a dra-

na ex Gemblac. Vide orationis seriem: *ultima*, sidera scilicet, quæ ultra circulum antarcticum absconduntur, *quibus innexa sunt fulgentia signa.* Quomodo vero signa fulgentia innexa sunt sideribus, quæ nobis non fulgent? Frustra hic sensum communem quæras. Solus Gemblacensis *signa* habet: ceteri universi *templa.* Repono, Q. *innixa m. e. f. templa. Templa cæli*, totum poëtis cælum, *innititur* polo antarctico, tanquam *imo fundo* sive fundamento. Lucret. v. 492. 'altaque cæli Densebant procul a terris fulgentia templa.' *Bent.*—457 'Libri nostri *sublimem speciem mundi:* minus bene. Vocat autem *sublimem mundum* septentrionalem cæli partem, quæ ad arctos eminet supra vs. 237. Causa, quoniam super nos est pro habitationis nostræ positione. Unde Virg. Georg. I. 242. 'Hic vertex nobis semper sublimis,' &c.' *Stoeb.*—458 'Somniavit Auctor, in Parnasso, non in cælo, polum utrumque similia signa exhibere. Unde iterum dicit I. 588. 'Circulus austrinas qui stringit et obsidet arctos.' Atque hoc ei, ut poëtæ, condonamus, non ut astronomo. Sed nulla venia dignus est falsarius ille, qui quattuor sequentes versiculos hic inseruit; a se confictos, sed invita

NOTÆ

tur, quasi par utrobique sit ratio, tum stellarum, cum signorum. Quod pariter falsum est: vss. 379. 380.

455 *Cæli fulgentia templa*] Arcus illos cœli, qui zodiacum inter, et circulum polarem antarcticum intercipiuntur, quique stellis maxime sunt clari. His enim arcubus, seu his cœli partibus, conjungitur pars ima cœli, quæ a circulo antarctico ad polum antarcticum extenditur. Itaque per *templum cæli* Poëta intelligit arcum aliquem cœli. Sic II. 666. 'Sic quæcumque manent quadrato condita templo.' Et vs. 354. et lib. v. 725. Vel per antonomasiam vocat hanc cœli partem meridionalem, *templa cæli*, in qua sit ara seu templum, ut dictum est 427. 'Ipsius hinc cœli Templum est, victrixque solutis Ara nitet sacris.'

456 *Nusquam in conspectum, &c.*] Suppl. *nostrum*, latet quippe et ima deprimitur sub terris ea cœli pars polaris antarctica, nec usquam in nostrum hemisphærium assurgit.

457 *Sublimis, &c.*] Septemtrionalis, quem sublimem vocant, quia nostris incumbit capitibus, habita ratione meridionalis mundi, qui deprimitur nobis, ut dixi, 237.

458 *Arctos*] Ursas, quæ eo modo convertantur, quo nostræ septemtrionales, major et minor, vs. 303. Falsa est opinio. Quanquam Scaliger docet ex Americo Vesputio, quatuor esse stellas circa polum antarcticum in quadrum æquilatus dispositas, quæ formam crucis imitantes, vicem plaustri septemtrionalis teneant. Clavius autem in cap. Sph. Sacro-bosc. I. id fabulosum esse ait.

459 *Dracone*] Qui duas ursas austrinas complectatur, sicut draco sep-

Credimus exemplo: quia vis fulgentia visus
Hunc orbem cœli vertentis sidera cursu
Cardine tam simili fultum, quam vertice, fingit.
Hæc igitur magno divisas æthere sedes
Signa tenent, totum mundi diducta per orbem.
Tu modo corporeis similes ne quære figuras;

cone, eo quod facultas oculorum exhibet nobis jam illum globum cœli rapientis suo motu stellas lucentes, esse æque sustentatum, pari axe, ac polo. Ergo hæc sidera, quæ sparguntur per totum globum cœli, occupant locos distinctos ingenti spatio cœli. Jam vero tu ne pete in sideribus formas pares formis corporeis, aut omnes artus in

Minerva. *Credimus*, inquit, *exemplo*. Quo exemplo id credis? An australia signa, quæ a nobis spectantur ultra tropicum capricorni, similia sunt illis quæ supra tropicum cancri sunt? An sidera illa, quæ hinc inde ab æquatore intra duos tropicos visuntur, inter se similia sunt? Si hæc dissimillima, cur illa circa polos similia existimentur? Si exemplo duceris hæc ipsa exempla deterrere te debebant. Ceterum in vss. seqq. *quia vis* et *fingit* a Scal. sunt; libri omnes *quamvis* et *pingit*. Equidem indignor tantum ingenium, falsarii indocti nugis irretitum, tam absurda et se indigna protulisse. *Quia vis visus* (id ipsum quam incondite dictum) *fingit* utrumque polum esse similem. Atqui, *ὦ θαυμάσιε*, non *vis visus*, sed vis *φαντασίας*, imaginationis, id finxerit. Quid porro fiet ex illo *fulgentia?* an obtorto collo trahetur ad sidera? Quis ex proletariis poëtis tam perverso ordine verba disponeret? Mihi nullum dubium est, quin interpolator sic dederit: *Credimus exemplo; quamvis fugientia visus.* quod ex Nostro habuit III. 363. 'Signa patent, nullos unquam fugientia visus.' Atqui hic *fugientes*, *arctos* scil. dictum oportuit: ille stolidus *astra* subintelligi posse existimavit. Porro duos reliquos versiculos sic videtur dedisse, *Hinc o. c. v. s. c. C. t. s. f. q. v. pingunt*. De globis factitiis hæc accipienda. Sed et hic stuporem suum prodit; cum *cardinem* de australi polo dicit, *verticem* de boreali. Atqui *cardo* et *vertex* idem prorsus significant, et utrumque de utroque polo dicitur. Ut Noster I. 608. et alibi passim: 'Seque secant gemino coëuntes cardine mundi.' *Bent.* '*quia vis* a Scal. est, cui in hoc omnes Codices desunt. Ex his rescribendum *quamvis fulgentia visus*. *Nunc orbem*, pro *Hunc;* et in fine periodi *pingit* pro *fingit*. Quodsi hæc dedit Auctor, non dubito, quin sit legendum *fallacia visus*, pro *fulgentia:* quod sensu cassum, nisi ad hoc *sidera* vs. seq. referatur: quam quidem vocum trajectionem nemo est, vel proletarius Poëta, qui non in vitio ponat. Respicit autem Noster globos factitios, qui, uti aliorum, ita præsertim in australium signorum *pictura fallaciam visus* satis aperte produnt. Ita vindicare videmur dignitatem Auctoris, quæ, si ex animi sententia ursas statuisset austrinas, in crassissimi erroris discrimine versaretur. At bene est, quod non hoc tantum loco, verum etiam III. 311. illam *fallaciam* ipse accusat, ubi 'Nec manifesta patet falsi fallacia mundi,' de austrina orbis parte dicit, eoque luculentius demonstrat, quam sit ab illo pictorum errore alienus.' *Stoeb.*—463-4 Scal. et vulg. *Has i. m. d. æ. s. S. t. mundi totum deducta p. o.* 'Libri omnes *hæc igitur*. Repone *Hæc* .... *totum mundi diducta p. o.* ut supra 275. cum zodiaci signa recensuisset: 'Hæc igitur texunt æquali sidera

NOTÆ

temtrionalis duas nostras ursas complectitur.

465 *Tu modo corporeis, &c.*] His 11. vss. monet Poëta signa seu constella-

Omnia ut æquali fulgentia membra colore
Deficiat nihil, aut vacuum quid lumine cesset.
Non poterit mundus sufferre incendia tanta,
Omnia si plenis ardebunt sidera membris.
Quicquid subduxit, sibimet natura pepercit,
Succubitura oneri; formas distinguere tantum
Contenta, et filis ostendere sidera certis.
Linea designat species, atque ignibus ignes

illis lucentes pari splendore, ita ut nihil desit, et carens sit luce. Mundus non posset sustinere tantos ignes, si signa incenderentur in totis et integris artubus suis. Omne quod natura substraxit stellis, detraxit illud, quia cessura erat oneri; satis habuit discernere solum figuras signorum, et notare signa per certas stellas. Ductus delineat formas; et stellæ correspondent stellis, partes mediæ exterioribus, et

tractu.' *Deducta* librariorum error: ut supra 331. omnes libri habent *deductis* pro *diductis.*' Bent.—466 Scal. Delph. et vulg. *Omniaque æquali.* Mutavit Bent. 'Ms. Lips. *Omni aut æq.* Rectius Editi nostri, *Omniaque æq.* Sic enim cum præcedentibus optime cohærent: Ne quære figuras corporeis similes et omnia membra fulgentia æquali colore (.) Addunt hanc distinctionem Rom. et Ald.' *Stoeb.*—467 Scal. Delph. et vulg. *ut vacuumque a.* Lib. vett. *et vacuum qua:* Vossianus *quia.* Mutavit Bent. 'Cod. Lips. *et vacuum qua l. c.* Bene. *Et* solus agnoscit Regiom. Ceteri *ut.* Sed Rom. Ald. et Pruckn. *qua l. cesset.* Reg. *qua l. cessit.*' Stoeb.—470 Scal. Delph. et vulg. *flammis n. p.* 'Cui, amabo, pepercit? Dederat Auctor *sibimet n. p.* *Sibimet*, ut infra 867. 'Sed trahit ad semet rapido Titanius æstu.' Lupus apud Silium VII. 721. 'Jam sibimet metuens spirantem dentibus imis Rejectat prædam.' *Bent.* 'Lege et distingue: *Quicquid subduxit flammis Natura* (,) *pepercit Succubitura oneri.* 'Pepercit' absolute positum pro *parce egit*, uti Stat. Achil. I. 572. 'Nunc thyrso parcente ferit,' &c. Unde *parcum* dicimus *abstinentem, temperantem;* quemadmodum de Fabio Sil. Ital. I. 680. 'parcusque lacessere Martem.'' *Stoeb.*—471 'Libri omnes, *disjungere.*' Stoeb.—472 Scal. Delph. et vulg. *stellis.* 'Repone *filis.* Passim hoc sensu *fila* usurpat Noster.' *Bent.* 'Hoc sæpius apud Nostrum pro *terminis, finibus* vel *circulis.* Vide infra vs. 561. seqq. 598. 660. Hoc autem loco malim retinere *stellis*, quod omnes libri agnoscunt. *Sidus* enim proprie dicitur stellarum in unam figuram congregatio. *Stella* autem est pars sideris seorsim accepta.' *Stoeb.*—473 Scal. et vulg. *Ignea.* '*Ignea* Scaligero est: Libri universi *linea.* Rectissime; *linea designat species.* Hoc

NOTÆ

tiones non esse perfectas et totis ac integris suis partibus absolutas formas, quales sunt illæ res corporeæ, quarum similitudinem imitantur; sed ejusmodi formas inter astra designari tantum certo stellarum numero, ac situ, ad majorem scientiæ sideralis facilitatem et intelligentiam.

468 *Non poterit mundus, &c.*] Ex illorum opinione, qui stellas igneas, aut ignes esse putabant. Sic loquitur v. ad finem: 'Si pro numero vires natura dedisset, Ipse suas æther flammas sufferre nequiret, Totus et accenso mundus flagraret olympo.'

473 *Linea*] Imaginarius linearum ductus.

Ignibus ignes] Stellis stellæ, vss. 132. 255.

Respondent; media extremis, atque ultima summis
Redduntur: satis est, si se non omnia celant.
Præcipue, medio cum luna implebitur orbe,
Certa nitent mundo: cum luna conditur omne
Stellarum vulgus: fugiunt sine nomine turba.

infimæ superioribus. Ut signa credantur esse, sufficit, si tota non occultant se. Præsertim, quando luna turgescit pleno globo, certa quædam tantum sidera fulgent in medio cælo cum ipsa luna: omnis vero plebs stellarum occultatur, et sidera quæ

firmat superiorem emendationem, et ab ipsa firmatur: *filis ostendere, linea designare. Linea*, ut et *fila*, freqnenter hoc sensu habet Auctor. Non tota igitur signorum membra stellis referta et expressa sunt: satis est, si, ut in lineari pictura, exterior et qualiscumque signorum ambitus repræsentetur.' *Bent.* 'Ms. Lips. et Editi omnes *linea:* pro quo Scaliger *Ignea*, nescio qua ratione, dedit. *Linea* vero h. l. dicitur *imaginarius linearum ductus*.' Stoeb.—475 Gemb. *Creduntur*. Delph. *Credantur*. Mutavit Scal. 'Patet sententia. Neque displicet, quod olim divinabimus, *Cernuntur*. Nam vulgaris lectio ineptissima est.' *Bent.* 'Posita vs. præc. post hoc *summis* distinctione (.) satius est ceterorum, præter Lips. Codd. scripturam sequi: *Creduntur, satis est, si se non omnia celant*, &c. Supra Noster: 'Credimus exemplo,' de sideribus austrinis, visum nostrum fugientibus. Quid ni etiam scripserit de his figuris, non nisi imaginatione efformatis: *Creduntur* sic esse in cælo dispositæ, et ad credendum *satis est*, quod vel in plenilunio non omnes stellæ majori ejus luce obscurantur? *Certæ* enim, vel tum quoque, *nitent* stellæ, primæ et secundæ magnitudinis, quæ sidus suum signant: plurimæ autem, minoris et minimæ magnitudinis, a pleno lunæ lumine absorbentur quasi, et *fugiunt* conspectum nostrum illa *signa*, ceu *nullum* istis *nomen* esset, et nunquam in cælo existerent.' *Stoeb.*—478 Scal. Delph. et vulg. *sine n. signa*. 'Hoc vero ineptissimum. Quomodo enim *signa* sunt, si *sine nomine* sunt? ut signa esse non possunt sine certa specie et forma: ita nec species sine nomine. Non *signa* hic vult Auctor, sed *stellas* minimæ magnitudinis; quæ negliguntur, nec nomine dignatæ sunt. Sed facilis emendatio est: repone, *fugiunt sine nomine turba*. Sic v. 736. de re eadem: 'Vulgus iners videas, et jam sine no-

NOTÆ

474 *Media extremis, &c.*] Cum enim signorum species non sint membris suis et partibus totæ plenæ; sed aliquibus tantum stellis certo cum situ et ordine delineentur, recte ait partes medias respondere extremis, et infimas superioribus. Unde ad has signorum species percipiendas plus valet mens, quam oculus.

476 *Præcipue, medio, &c.*] His 5. vss. monet Poëta signa et sidera tantum clariora lucere et apparere in cælo cum luna suum implet discum: ceterum vero vulgus stellarum vix sub oculos cadere, quod experientia satis constat. Sic Aratus scripsit, quem interpretatus est Cicero his versibus: 'Nam, si nocturno cognoscens tempore cœlum, Cum neque caligans detergit sidera nubes, Nec pleno stellas superaret lumine luna, Vidisti magnum candentem serpere circum,' &c. Quod et ait Manilius v. 720. 738.

477 *Certa*] Puta, quæ primæ, secundæ, aut tertiæ sunt magnitudinis.

478 *Stellarum vulgus*] Stellæ ne-

Pura licet vacuo tum cernere sidera cœlo:
Nec fallunt numero, parvis nec mixta feruntur.
Et, quo clara magis possis cognoscere signa,
Non varios obitus norunt, variosve recursus:
Certa sed in proprias oriuntur singula luces,

sunt sine nomine, non cernuntur. Tunc constat multa signa fugere cœlo, quod privatur illis, nec decipiunt jam numero, nec volvuntur intermixta minimis stellis, et ut facilius queas discernere sidera lucida, ea non agnoscunt mutabiles occasus, et mutabiles ortus: sed ea signa immutabilia oriuntur cum suis stellis, et observant

mine turbam.' Boni librarii *signa* supposuerunt; ne nomen singulare cum plurali verbo discordaret.' *Bent.*—479 Vulg. *cernere*. Scal. *Plura l. v. t. cedere s. c.* 'Gemblacensis *tum credere*. Non dubium est, quin legendum sit, *cedere*. Sententia aperta. Plenilunio cedit omne vulgus, et vacuum cælum destituit. *Licet* autem ἀρχαϊκῶς *Liquet*.' (Delph. *liquet*.) 'At Rom. *credere*. Obscurior hæc lectio. Quasi dicat: plura quidem sunt sidera in cœlo, sed non cernuntur, creduntur tantum inesse in cœlo.' 'Falsus est Scaliger; cum ex Gemblacensi citat *tum credere*: unde ille refinxit *tum cedere*: nam et Gemblacensis (ut meis oculis vidi) et alii universi *tum cernere*. Atqui hoc falsum est, *licere plura sidera cernere in plenilunio*: immo contrarium verum est: ea causa erat Scaligero, ut immutaret. Sed *cernere* bene habet; aliud vocabulum in noxia est. Repone, *Pura licet vacuo tum cernere sidera cælo: Nec fallunt numero, parvis nec mixta feruntur*. Libri veteres *parvis nec*, quod altero concinnius est. Ceterum vir summus Huetius, dum cupide nimis Scaligerum sugillat, in crassiorem ipse errorem incidit. Defendit illud utrumque *plura cernere*: hoc est, inquit, in novilunio, cum *vacuum cælum* luna reliquit. Atqui *vacuo* hic *cælo* non est vacuo a *luna*, sed a *minutis stellis*, quæ tum obscurantur. Probant hoc, quæ mox sequuntur, 'Nec fallunt numero, parvis nec mixta feruntur.' Si enim *vacuo cælo non sunt mixta parvis*; certe non in novilunio, cum parva et minima omnia possunt cerni. Diversus error tantis viris eadem de causa obrepsit, quod versum 476. 'Præcipue medio cum luna implebitur orbe,' de luna διχοτόμῳ sive *semiplena* interpretarentur. Atqui *medio orbe* non id est quod *media facie*; sed medio cursu, medio orbe menstruo: cum luna semper plena est: et idcirco addit Auctor *implebitur*.' Bent. 'Cod. Lips. et Ed. nostri, *Plura*, quod, experientia repugnante, equidem tueri nolim. Stare autem potest, si hoc *cernere* accipias pro *discernere*.' Stoeb.—482 Scal. Delph. et vulg. *variosque*. Mutavit Bent. 'Servius ad Æn. II. 37. ait: *ve* proprium significatum habet, ut interdum pro *vel* accipiatur. Virgil. autem d. l. *que* pro *ve* scripsit, quod ei sonantius visum. Caussam ergo dicat Bentleius, quamobrem mutaverit illud *que*, quod omnes Libri tenent. Neque enim sensus disjunctivam particulam admittit, quod non alterutrum, sed utrumque fieri assolet.' *Stoeb.*—483 Scal. et vulg. *sidera*. Delph. *sidere*. 'Male sit istis librariis, qui *sidera* et ejusmodi toties nobis ingemi-

NOTÆ

bulosæ, vel quintæ et sextæ magnitudinis, quales sunt quæ contexunt circulum lacteum.

481 *Et, quo clara, &c.*] His 4. vss. monet certa quædam sidera, clariora scilicet, constanti luce splendere, tum in plenilunio, cum in novilunio. Quippe quæ eadem semper claritate, eodem ordine, eademque vice oriantur et occidant. Secus vero sidera minus clara. Quod et experientia docet.

Natalesque suos occasumque ordine servant.
Nec quicquam in tanta magis est mirabile mole,
Quam ratio, et certis quod legibus omnia parent.
Nusquam turba nocet, nihil ullis partibus errat,
Laxius aut brevius mutatove ordine fertur.
Quid tam confusum specie, quid tam vice certum est?
Ac mihi tam præsens ratio non ulla videtur,
Qua pateat mundum divino numine verti,
Atque ipsum esse Deum: nec forte coisse magistra;
Ut voluit credi, qui primus mœnia mundi

cum certo ordine suos ortus, et obitum. Neque aliquid est magis admirabile in tanta multitudine stellarum, quam ordo illarum, et quam quod cunctæ obediant suis jussis. Nullibi multitudo obstat sibi, nihil in ullis partibus peccat, vel movetur lentius aut citius, aut cum ordine mutabili. Quid est adeo permixtum in specie? Quid tamen est adeo constans in ordine? Et nullum aliud argumentum videtur mihi tam efficax, quo manifestum sit cœlum moveri divina potentia, et ipsum esse Deum; neque coaluisse auctore casu fortuito, ut voluit putari, qui primus fa-

nant. Cum *signa* jam dixerit Auctor, quantæ incuriæ esset addidisse *sidera*, quod idem est. Repone, *singula*. *Singula* oriuntur in *luces proprias*, hoc est, statis anni diebus; et servant eosdem ortus et obitus.' *Bent.*—488 Scal. et vulg. *Laxius et levius*. Delph. *aut levius*. 'Hoc vult, nihil *errat* extra orbitam suam; eosdem circulos semper describit, non nunc majores, alias minores.

NOTÆ

484 *Natales*] Ortus, vs. 128.

485 *Nec quicquam, &c.*] His 5. vss. miratur Poëta admirabilem illam siderum vicissitudinem, et rationem, qua certis suis legibus et ordinibus parent. Quippe sidera in firmamento sunt fixa.

490 *Ac mihi tam præsens, &c.*] His 32. vss. ex hac certa et immutabili lege siderum, ac vice constanti, probat contra Epicurum, cœlos non solum divino verti numine: sed nec casu fortuito, aut temerario atomorum concursu coaluisse. Quo physico argumento pariter usus est S. Aug. Civit. II. 4. ut mundum a Deo regi demonstraret.

492 *Ipsum esse Deum*] Cœlum ipsum esse Deum, hoc est immutabile, ut Deum: æternum, ut Deum, &c. vs. 211. et seqq. Vel loquitur ex mente Stoicorum; qui, quod ratio et mens est homini, id cœlum toti mundo velut quamdam cœlestem rationem, mentemque divinam esse voluerunt. Unde addit Manilius infra 530. de cœlo: 'Deus est, qui non mutatur in ævo;' et II. 115. 116. et IV. 389.

493 *Primus, &c.*] Democritus, vel qui secutus est eum Epicurus; uterque enim docuit cœlum et terram, cunctaque creata fuisse casu fortuito, ac temerario concursu atomorum; eademque omnia sorte magistra regi, sine Deorum opera, ut dixi vs. 128.

Mœnia mundi] Cœlos, qui suo ambitu, tamquam vallo totum mundum circumcingunt, 151. 'Flammarum vallo naturæ mœnia fecit.'

Seminibus struxit minimis, inque illa resolvit:
E quis et maria et terras et sidera cœli,
Ætheraque immensis fabricantem finibus orbes
Solventemque alios constare; et cuncta reverti
In sua principia, et rerum mutare figuras.
Quis credat tantas operum sine numine moles
Ex minimis, cæcoque creatum fœdere mundum?
Si fors ista dedit nobis, fors ipsa gubernet.
At cur dispositis vicibus consurgere signa,
Et velut imperio præscriptos reddere cursus,
Cernimus; ac nullis properantibus ulla relinqui?

bricavit ambitus cœli ex minimis principiis, et redigi voluit illud in illa semina: et qui voluit ex illis creari et maria, et terras et stellas cœli, et inane spatium quod facit infinitos mundos in suis limitibus, et quod destruit alios; et qui voluit cunctas res redire in sua primordia, et mutare formas rerum. Quis putet tantas massas rerum, et mundum ipsum factum esse ex seminibus minimis, et ex temeraria concordia, sine Deo? Etenim si casus dedit nobis istas res, casus regit ipsas. Verum, quare igitur videmus sidera oriri alternis ordinibus ordinatis, et quasi ex jussu quodam peragere motus sibi constitutos, et nulla deseri retro, aliis sideribus festi-

Lege igitur, *Laxius aut brevius.*' Bent.—495 Codd. antiqq. *Æquis.* Correxit Scal. Delph. *Atque his,* 'sup. seminibus minimis.'—496 Scal. Delph. et vulg. *immensos.* 'Quid vero *finibus* per se positum, nisi dicas quales vel quanti sint? An orbis vel ulla figura sine finibus concipi potest? Repone *immensis.*' Bent.—499 'Versus spurii. Quam inepte *quis credat?* Quasi non tota Epicureorum secta id crederet. Tum vide qualis sit constructio: *quis credat tantas moles operum* (creatas esse) *ex minimis mundumque creatum cæco fœdere.* In secundo orationis membro ponit, quod in primo venire debuit. Quid porro est *cæco fœdere?* Si enim *fœdere,* certe non *cæco,* non ab ignaris facto. Versus sunt spurii, quos nebulo lectione falsa prioris versus deceptus inseruit.' *Bent.*—501 Vulg. *sors.* Correxit Scal. ex Gemblac. 'Imperiti librarii semper *sors* pro *fors* scribebant.' Scal. Delph. et Vulg. *gubernat.* 'Libri universi *gubernet.* Rectissime. *Si fors dedit ista nobis, ipsa fors gubernet,* si possit

NOTÆ

494 *Seminibus minimis*] Atomis, vs. 128. Et Lucret. I. 53. 'Quæ nos materiem et genitalia corpora rebus, Reddunda in ratione vocare, et semina rerum Appellare suemus, et hæc eadem usurpare Corpora prima, quod ex illis sunt omnia primis.'

496 *Æthera*] Inane magnum, in quo, et ex quo cum atomis, censuit Epicurus mundos infinitos quotidie novos creari, ac alios solvi et interire. Ita enim Lucretius eleganti carmine probat non incassum volitare infinitas atomos per inane magnum: sed ex iis exoriri mundos infinitos, I. 1042.

500 *Minimis*] Sup. *corporibus,* i. e. atomis, vs. 487.

501 *Fors*] I. e. casus, quo fortuito ac temerario omnia creari voluit Epicurus. Vulg. *Sors,* minus bene. Sors enim pro fato potius usurpatur, cui omnia dedit Chrysippus.

Cur eadem æstivas exornant sidera noctes
Semper, et hybernas eadem? certamque figuram
Quisque dies reddit mundo, certamque relinquit?
Jam tum, cum Graiæ verterunt Pergama gentes,
Arctos et orion adversis frontibus ibant:
Hæc contenta suos in vertice flectere gyros;
Ille ex diverso vertentem surgere contra
Obvius, et notio semper decurrere mundo.

nantibus? Quare eadem astra illustrant perpetuo noctes æstivales, et eadem noctes hyemales? Et cur quisque dies reducit cœlo certam formam siderum et relinquit certam? Præterea in illo tempore, quo populi Græci diripuerunt Trojam, ursa et orion ferebantur adversis vultibus. Illa satis habebat agere suos orbes in polo solo: hic vero occurrens ex contraria parte videbatur assurgere versus ursam, quæ quasi rotat illum; et ire perpetuo per cœlum integrum. Et homines poterant tunc cog-

ea scil. constantia qua nunc gubernantur.' *Bent.*—508 Ms. Lips. *Graia everterunt.* 'Sed *Graiæ* omnino retinendum.' *Stoeb.*—512 Scal. Delph. et vulg. *toto.* '*Toto mundo* inquit Scal. quia hemisphærii magnas partes occupat. At quorsum hoc ab Auctore memoratur? nempe ut ostendat sidera jam eosdem situs inter se retinere, quos olim Trojanis temporibus habuerunt. Jam vero si *toto* mundo decurrit, contrarium potius hinc inferas, orionem locum suum non servare. Repono, *notio.* Ut supra vs. 402. 'Hoc duce per notium decur-

NOTÆ

507 *Mundo*] Cœlo, vs. 3.

508 *Jam tum, &c.*] His 7. vss. probat ab exemplo sidera quæque immutabili lege et ordine decurrere in cœlis. Eodem quippe situ, et ordine decurrebant per cœlum helice, seu major ursa, et orion, tempore excidii Trojani, quo jam nunc decurrunt. Eadem tunc sidera per noctes singulas observare erat, quæ jam nos observamus, &c.

Graiæ gentes] Mycenæ præsertim et Argivi, quorum rex Agamemnon, et frater ejus Menelaus, Trojanis bello illato, Trojam post decennale bellum solo æquaverunt.

Pergama] Pergamus, i, masc. sing. Pergama, orum, plur. neutr. *Pergama* autem arces fuere Trojanæ altissimæ, a quibus alta ædificia dicta sunt *Pergama.* Verum hic sumuntur non pro ipsis arcibus Trojanis solum, sed et pro ipsa Trojana urbe.

509 *Arctos*] Ursa, major scilicet, seu helice, quæ circa polum septemtrionalem circumacta vergit caput et frontem ad caput et frontem orionis. Illa enim videtur inclinari; hic vero adversus eam assurgere intra duos tropicos; quod videre est in globis cœlestibus. De helice vs. 303.

Orion] Sidus est primum e meridionalibus juxta ordinem Manilii vs. 404.

510 *Vertice*] Polo arctico.

511 *Vertentem*] Ursam majorem, quæ quia juxta polum vertitur, ipsa videtur vertere ac rotare cœlos, ceteraque sidera: vs. 285. 'Cœlumque et sidera torquent.'

512 *Toto...mundo*] Scilicet orion a tropico capricorni assurgit, et attollit caput ad tropicum cancri: vs. 377.

Temporaque obscuræ noctis deprendere signis
Jam poterant: cœlumque suas distinxerat horas.
Quot post excidium Trojæ sunt eruta regna?
Quot capti populi? quoties fortuna per orbem
Servitium imperiumque tulit, varieque revertit?
Trojanos cineres in quantum oblita refovit
Imperium? fatis Asiæ jam Græcia pressa est.
Sæcula dinumerare piget, quotiesque recurrens
Lustrarit mundum vario sol igneus orbe.

noscere ex sideribus tempora noctis tenebrosæ; et cœlum jam diviserat suas horas. Quot regiones fuerunt eversæ post ruinam Trojæ? Quot gentes victæ? Quoties sors intulit per orbem terrarum servitutem et dominationem, et rediit diversimode? In quam magnum regnum ipsa immemor sui restituit cineres Trojanos? Jam nunc Græcia oppressa est ex fatis Asiæ. Molestum est recensere tempora, et quoties sol flammeus rediens illuminaverit mundum, ipso terrarum orbe permutato. Res om-

runt sidera mundum.' Jam ratio recte procedit; ut *arctos* olim et hodie in boreali mundo; ita *orion* in notio. Neutrum sidus e suo loco abscessit.' *Bent.*—518 Mss. et vulg. *quantumque.* Correxit Scal.—523 Delph. *agnoscunt*

NOTÆ

513 *Temporaque obscuræ, &c.*] Trojani quippe belli tempore, primus instituisse dicitur Palamedes, Eubœæ regis filius, astrologiæ peritissimus, ut ex signis ac sideribus vigilias noctis deprehenderent homines.

515 *Quot post excidium, &c.*] His 16. vss. probat a contrariis cetera mutari, et interire in tempore; unum vero cœlum immutabili semper cursu volitare, nec siderum ordinem ac motum variari. Unde ait cœlum, aut Deo simile, aut Deum esse, quod in tempora non mutetur.

516 *Fortuna*] Cujus nutu et arbitrio mala ac bona evenire credebant veteres, vs. 114.

518 *Trojanos cineres in quantum, &c.*] Hæc in gloriam Romanorum prædicat, qui per Æneam a Trojanis originem ducentes, quasi Trojanos cineres in totius orbis terrarum imperium refoverunt. Sic Virg. Æn. VI. 838. laudat Paulum Æmilium: 'Eruet ille Argos Agamemnoniasque Mycenas Ipsumque Æaciden, genus armipotentis Achillei,' &c.

519 *Fatis Asiæ, &c.*] Minoris. Dum enim Romani sua in Asiam minorem arma contulerunt, totam Græciam in suam ditionem subjecerunt. Scilicet Mummius, Consul Romanus, Achaiam vicit et Corinthum: Paulus Æmilius, Macedoniam et Thessaliam, Achillis patriam, quæ Macedoniæ serviebat, &c. Unde Virg. Æn. I. 283. 'Veniet lustris labentibus ætas, Cum domus Assaraci Phthiam clarasque Mycenas Servitio premet, ac victis dominabitur Argis.' Sic Liv. XLV. LI. LII. et Justin. lib. XXXIV. Flor. lib. II. &c.

521 *Mundum*] Cœlum, ut monui vs. 3. vel per *mundum* hic intellige cœlum et terram; universum; neque enim solum cœlum lustrat sol, sed et terras.

Vario orbe] Etenim post sæcula quædam mutantur et labuntur imperia, æque ac homines. Unde Flo-

Omnia mortali mutantur lege creata.
Nec se cognoscunt terræ vertentibus annis.
Exutæ variant faciem per sæcula gentes.
At manet incolumis mundus, suaque omnia servat;
Quæ nec longa dies auget, minuitve senectus;
Nec motus puncto currit, cursusque fatigat.

nec creatæ variantur ex lege mortali. Neque regiones in sæculis revolutis agnoscunt se fuisse direptas. Nationes mutant faciem per tempora. Verum cœlum restat integrum, et conservat cunctas res suas, quas nec diuturna dies amplificat, nec senilis ætas imminuit. Neque agitatus movetur; et conficit cursus suos in instanti:

—524 Delph. ex Gemb. *Exutas. V. f. p. s. g.* vulg. *Exutas v. f.* Correxit Scal. 'Etiam hunc versum expungo. Gestiebant olim falsarii suos, ubicumque poterant, versus intrudere. Quod nusquam factu facilius quam in his sententiosis.' *Bent.* 'Legendum ex Ms. Lips. et vulg. vet. *Exutas variant, &c.* Gentes, inquit, *mutant faciem* per tempora: verum *mundus*, i. e. cælum, manet incolume et immutabile, non solum secundum se totum; sed etiam secundum omnes ejus partes, juxta Aristotelis sententiam.' *Stoeb.*—526 Scal. Delph. et vulg. *minuitque.*—527 'Vett. Libb. *curvat, currat.* Quin et hic versus ablegandus a textu. Hujusmodi autem interpolationes, quæ pro Manilianis se ostentant, hanc ab acutissimo Scal. censuram extorserunt: 'quod non posset Manilius manum tollere de tabula, et nunquam sciret desinere.' Vere dictum, si has nugas ipsius auctoris esse concedimus; falso, si emuncta nare scimus a genuinis spuria discernere.' *Bent.* 'Gronovius ex Ms. emendat: *Nec motus puncto curvat*, i. e. vel puncto flectit motus, devios facit, exerrat stato tramite. Cui lectioni et sententiæ favet Ciceronis locus de Nat. Deor. II. 29. pr. 'Duo sunt genera siderum, quorum alterum, spatiis immutabilibus ab ortu ad occasum commeans, nullum unquam cursus sui vestigium inflectit,' &c. Vulgati autem vetustiores pro Scaligeri lectione faciunt, *Nec motus puncto currit*, i. e. Motus fit e puncto ad punctum, neque vero tam velociter et tam rapide, quam solent facere currentes in stadio. Hi proinde *cursu fatigantur, illa non item. Punctum* aliis ipsa *terra* dicitur, respectu universi. Avien. in Arat. 'puncti vice terra locanda est.' Boëthius de Consol. II. 7. 'Omnem terræ ambitum, sicuti Astrologicis demonstrationibus accepisti, ad cæli spatium puncti constat obtinere rationem.' Apud Nostrum *punctum* minimam alicujus rei partem denotat, v. c. III. 215. et IV. 926. Hoc autem loco, in quo disputatio nostra versa-

NOTÆ

rus easdem tribuit ætates Imperio Romano, quas homini vulgo tribuimus, infantiam, adolescentiam, virilem ætatem, et senium, scilicet 'Omnia mortali mutantur lege creata.'

525 *At manet incolumis mundus*] Cœlum, quod ait esse immutabile, non solum secundum se totum sed etiam secundum omnes ejus partes, juxta mentem Aristotelis. vs. 211. 485.

527 *Nec motus puncto currit, &c.*] I. e. non incerto, aut brevi quodam temporis spatio motus suos peragit cœlum, sed certo, et stato intervallo mensuraque temporis, ita ut neque mox citius, mox tardius, sed eodem semper motus tenore volvatur.

Fatigat] Agit, agitat. Sic Virg. Æn. IV. 572. 'Sociosque fatigat; Præcipites vigilate, viri,' &c.

Idem semper erit, quoniam semper fuit idem.
Non alium videre patres, aliumve nepotes
Aspicient. Deus est, qui non mutatur in ævo.
Nunquam transversas solem decurrere ad arctos;
Nec mutare vias, et in ortum vertere cursus,
Auroramque novis nascentem ostendere terris;
Nec lunam certos excedere luminis orbes,
Sed servare modum, quo crescat, quove recedat;
Nec cadere in terram pendentia sidera cœlo,
Sed dimensa suis consumere tempora signis;
Non casus opus est, magni sed numinis ordo.
Ipse autem quantum convexo mundus olympo

erit idem per omnia tempora, quia fuit idem per omnia tempora. Majores nostri non viderunt illud aliud, vel posteri videbunt aliud. Ipsum est Deus, qui non mutatur in tempore. Nunquam videbis solem vagari ad Ursas, quæ sunt opposita; neque mutare iter suum, et flectere gressus versus orientem, et reddere auroram exorientem regionibus insuetis. Neque lunam ire extra quosdam solitos orbes lucis; sed observare certam rationem, qua augeatur et decrescat; neque stellas, quæ sunt suspensæ, delabi e cœlo in terram, sed dispensare definita tempora quæque suis sideribus. Non est officium fortunæ temerariæ, sed lex magnæ potentiæ. Jam vero,

tur, *punctum* non geometrice, sed παχυλῶς accipiendum, pro *gradu* quo sidera moventur. Sed leviora hæc sunt, quam ut iis explicandis et firmandis diutius immoremur. Ista vero præcipienda putavimus, ne, iniquo aliorum judicio abreptus, 'Intellecta prius quam sint, contempta relinquas:' Lucret. *Stoeb.* —537 Hic versus, cum triginta tribus qui hic sequuntur, in Ms. Lips. et Edi-

NOTÆ

530 *Deus est*] Ideo Manilio cœlum est Deus, quia sicut Deus est immutabilis; ita cœlum invariabile, et æternum. Sic vs. 188. fecit eadem ratione totum *universum* Deum. Et vs. 211. et seqq. et alibi passim.

531 *Nunquam transversas, &c.*] His 10. vss. probat ab exemplo solis, lunæ, et siderum, omnes cœli partes esse immutabiles: sed eodem semper tenore ac tractu se habere, atque adeo non casu, sed divina ac æterna ratione moveri.

Transversas ... ad arctos] Transversas vocat ursas, vel quia adversis dorsis feruntur major et minor ursa; vel quia loquitur poëta, habita ratione non solarum ursarum, quæ sunt circa polum nostrum septemtrionalem, sed et aliarum, quas ab exemplo putat esse circa polum australem. Quod verius crediderim. Scilicet sol nusquam abit extra eclipticam versus ursas transversas, i. e. versus utrumque polum arcticum et antarcticum.

536 *Pendentia*] Erraticæ quidem stellæ, seu planetæ, volitant per æthera, quasi appendantur. Fixæ vero stellæ hærent immotæ in firmamento. Quanquam et *pendentes* dici possunt, dum supra et infra terras feruntur motu primi mobilis.

539 *Ipse autem quantum, &c.*] His 18. vss. docet Poëta quantum spa-

Obtineat spatium, quantis bis sena ferantur
Finibus astra, docet ratio ; cui nulla resistunt
Claustra, nec immensæ moles, cæcive recessus ;
Omnia succumbunt, ipsum est penetrabile cœlum.
Nam quantum a terris atque æquore signa recedunt,

ratio, cui nulla loca clausa obstant, neque ingentes obices, et cui latebræ victæ cedunt, cui res cunctæ subjiciuntur, et cui ipsum cælum patet, hæc ratio, inquam, edocet nos quantum intervallum cælum ipsum contineat in sua parte superiori ; et ad quantos terminos duodecim Signa zodiaci extenduntur. Etenim duo signa ex-

tis Reg. Rom. Ald. cet. post vs. 609. nulla fere scriptionis diversitate, leguntur.' *Stoeb.*—542 Scal. Delph. et vulg. *ceduntque recessus.* '*Ceduntque* sine dubio mendose. Post negativa ista *nulla* et *nec*, *ceduntque* perinde est, ac *nec cedunt.* Repone, *cæcive.* hoc est, seducti, tenebrosi: ut passim 'cæcæ caver-

NOTÆ

tium singula quæque zodiaci signa contineant ; aitque mente ac ratione immensum totius cœli spatium mensurari posse ; quippe cui recessus ac claustra cedant. Sic ad rem Lucret. I. 73. 'Ergo vivida vis animi pervicit, et extra Processit longe flammantia mœnia mundi,' &c.

Convexo . . . olympo] Exteriori cœlo. Est enim in corpore sphærico ambiente, quale est cœlum, pars altera exterior, altera interior. Illa *convexum:* hæc *concavum* dicitur. Quanquam utrumque promiscue usurpatur a poëtis. Sic Virg. Æn. IV. 451. 'Tædet cœli convexa tueri,' i. e. concava. Unde credibile est quoque hic accipi *convexo* pro *concavo.* Namque poëta metitur cœlorum ambitum et circulum, habita signorum ratione, quæ in concava cœli parte a nobis cernuntur.

Mundus] Cœlum vs. 3.

Olympo] Cœlo. Olympus enim mons est altissimus, qui quasi cœlum vertice tangit, unde sumitur pro cœlo.

544 *Nam quantum, &c.*] Sic igitur Poëta metitur signorum intervalla et spatia ea quæ in cœli sreplent. Cœlum, quia concavum et sphæricum, circuli speciem imitatur, unde cœlum partitur in modum circuli, ut suas cuique signo partes æquas tribuat. Ducatur enim linea ab una parte circuli, ad alteram oppositam, per centrum, ea, quæ diametralis dicitur, tertia pars est, aut circiter, totius ambitus circuli. Hæc linea si media secetur, sexta pars erit ambitus circuli. Cum autem æqualia sint signa zodiaci, et æque late patentia, quæque obtinent duodecimam cœlorum circuli, seu zodiaci, partem ; duo vero signa sextam ; quatuor tertiam. Igitur duo signa tantum spatii tenent in zodiaco, quanta est sexta zodiaci pars. Sexta autem zodiaci pars tanta est, quanta est media pars lineæ diametralis illius. Diameter enim tertia pars est circuli: semidiameter sexta pars. Cum autem terra et mare jaceant quasi in centro zodiaci, mediamque quasi secent lineam diametralem, bene dicuntur signa duo tantum spatii in cœlis occupare, quantum a terra et mari undique signa recedunt. Recedunt enim semidiametrum zodiaci.

Tantum bina patent. Quacumque inciditur orbis
Per medium, pars efficitur tum tertĭa gyri,
Exiguo dirimens solidam discrimine summam.
Summum igitur cœlum bis bina refugit ab imo
Astra, e bis senis ut sit pars tertia signis.

tenduntur tantum in cœlo, quantum distant a terris et a mari; et tertia pars quæque circuli signorum faciet tantum fere, quantum facit linea quæ dividit circulum per medium, scilicet dividens integram summam æqualiter cum aliqua tantum differentia. Ergo supremum cœlum extollitur ab infimo quatuor signa, ut altera tertia quæque pars cœli detur singulis quadrinis signis. Verum quia terra

næ,' 'latebræ.'' *Bent.*—545 Scal. Delph. et vulg. *quantumque.* 'Constructio hic laborat. *Quantum* inciditur, *tum* efficitur. Oportuit certe *tantum.* Sed vetusti codices omnes habent *quacumque;* quod reponendum. Quacumque circulus per centrum inciditur, diametros fit, quæ est pars fere tertia peripheriæ: theorema Archimedis. *Orbis* hic non est mundus, sed quivis circulus. *Quacumque;* quia in quovis circulo infinitæ diametri duci possunt. *Pars tertia:* hoc ex auctoris sæculo et communi operariorum axiomate. At recentiores hoc non usquequaque verum esse deprehenderunt: quod et auctor ipse intellexit, *exiguo discrimine.*' Bent. 'Rectius Ms. Lips. et vulg. vet. *quantumque.* Tertia enim *gyri* vel peripheriæ pars in lineam rectam extensa, *parvo discrimine*, i. e. paululum superat diametrum orbis conspicui: siquidem secundum proportionem ab Archimede laudatam, diameter se habet ad peripheriam uti numerus 7. ad 22. Quapropter diameter universi tertiam peripheriæ partem, sive quatuor signa, comprehendit.' *Stoeb.*—547 Delph. *efficiet.* —548 Scal. vulg. *resurgit a. i. Altera bis senis.* Delph. *bis binis.* 'Scal. et alii legunt *bis senis.* Sed error est sane. Sensus enim hujus versus, et horum verborum, is alius esse non potest, quam ut doceatur, alteram tertiam circuli, seu zodiaci partem, h. e. singulas alias tertias zodiaci partes, dari pariter singulis *bis binis*, h. e. quatuor signis; licet enim vox *altera* sæpius ponatur pro *secunda,* tamen nonnunquam ponitur pro *alia:* alia autem pars tertia, i. e. unaquæque pars tertia. Itaque unaquæque pars tertia zodiaci datur singulis bis binis, h. e. quatuor singulis signis: ita ut tres illas partes tertias adimpleant duodecim signa. Quid clarius? Sane ita fuit castigandum, *binis* pro *senis;* alias nullus fuisset sensus.' *Delph.* 'Hæc corrupta sunt: miramque molestiam creaverunt Scaligero, et Gronovio in *De pecunia veteri*

NOTÆ

545 *Bina*] Duo signa simul sumta, quæ scilicet continent sextam zodiaci partem, quæ media pars est semidiametri cœlorum.

Quacumque inciditur orbis, &c.] I. e. quanta est linea, quæ diametraliter transit ab una circuli parte ad aliam. Ea quippe linea, ut dixi, tertia pars est ambitus, seu circumferentiæ circuli, aut circiter. Scilicet talis est illius proportio ad circumferentiam, qualis est numerus 7. ad 22. Unde bene addidit poëta: 'Exiguo dirimens solidam discrimine summam.'

548 *Summum igitur, &c.*] Cum linea diametralis sit tertia pars circumferentiæ circuli, sane continet spatium bis binorum, i. e. quatuor signorum. Unde suprema cœli facies recedit ab ima cœli parte quatuor signis; hoc est, tantum, quantum spatii repleant in zodiaco quatuor signa.

Sed quia per medium est tellus suspensa profundum,
Binis a summo signis discedit et imo.
Hinc igitur quacumque supra te suspicis ipse,
Qua per inane meant oculi, quaque ire recusant,
Binis æquandum est signis : sex tanta rotundæ

pendet per medium inane immensum, recedit a supremo cælo duobus signis, et ab infimo pariter duobus. Inde ergo id omne cæli spatium, quod ipse vides supra te, qua parte oculi penetrant per inane, et qua parte refugiunt ire, debet æquari duobus signis. Sex tanta spatia perficiunt ambitum circuli rotundi, in

---

IV. 5. quorum uterque et verba et versuum seriem immutant. Nihil his opus erit, si modo codices consulantur: qui omnes *refugit* habent, non *resurgit:* et pro *altera bis sinis;* Gemb. Lips. Venetus *astra bis senis;* Vossianus *astro.* Lege et distingue, *bis bina refugit ab imo Astra, e bis senis ut sit pars tertia signis.* In omni, inquit, circulo diametros est *pars* fere tertia circumferentiæ: *igitur,* cum cælum sit circulare, summum ab imo distat *quattuor astra,* ut sit pars tertia e duodecim astris. Sed quia tellus in centro cæli est, ea distat a cælo semidiametri spatium, sive duo signa. *Refugit,* hoc est, recessit, distat, ut 565. '*Sexque* fugit *solidas a cæli vertice partes.*' *Resurgit* hic nullo modo ferri potest.' *Bent.* 'Ms. Lips. *Astra bissenis.* Editi nostri *Altera bis senis.* Sensus : Quando zodiacus bis sena vel duodecim signa capiens, in duas partes dividitur, quarum una totius gyri duas partes tertias constituit, erit distantia summi ab imo *altera pars, eaque tertia.*' Stoeb.—551 Mss. et Vulg. *bis bis.* Correxit Scal.—552 Scal. Vulg. *Hoc i. quodcumque.* Delph. *Hinc i. quodcumque.* 'Hoc a Scal. venit ; et illuc redibit. Certe *hoc quodcumque supra te suspicis* totum horizontem comprehendit ; nec *binis signis* æquandum, sed prope sex. Libri omnes *hinc.* Repone *Hinc i. quacumque. Hinc,* ab hac terra. *Quacumque,* sive ad verticem cæli, sive ad latera.' *Bent.* 'Recte *hinc;* quod Ms. Lips. et Editi nostri agnoscunt. Ex iisdem reponendum *quodcumque,* ut sensus sit : quævis linea recta ab oculo ad peripheriam universi ducta, æquatur duobus signis, vel

NOTÆ

550 *Profundum*] Inane immensum. Sic Lucret. I. 1100. VI. 484. &c.

551 *Binis a summo, &c.*] Terra quippe, ut dixi, quasi in centro zodiaci aut cœli posita, recedit tantum duorum signorum spatio utrimque a cœlo, hoc est, a supremo et infimo cœlo.

552 *Hinc*] Hac voce conclusio videtur inferri de iis, quæ supra sunt disputata, nimirum illud spatium, quod a summo cœlo ad terræ centrum pertinet, æquale esse spatio, quod inter duo zodiaci signa intercipitur. Ita etiam Aratus loquitur.

553 *Quaque ire, &c.*] Scilicet, non solum a superiori terræ parte ad supremum cœlum, sed pariter et ab inferiori parte, vel potius a centro terræ, ad imum cœlum, quo non possunt oculi nostri pervenire.

554 *Sex tanta*] Ita Scaliger. Bene ; id enim est, sexties tantundem spatium efficit circulum zodiaci ; quod verum est. Duo quippe signa, seu duorum signorum intervalla, adimplent sextam zodiaci partem. Igitur sexties illud spatium efficit zodiaci circulum. Quid clarius ? At Jun. Bitur. *Sextante,* id est, sexta zodiaci parte, quæ visuali, ut vocant, illi radio respondet, qui a centro terræ ad cœli convexum pertingit. Idem sane sensus ; sed non eadem aut æque


Efficiunt orbem zonæ; qua signa feruntur
Bis sex, æquali spatio texentia cœlum.
Nec mirere vagos partus eadem esse per astra,
Et mixtum ingenti generis discrimine fatum;
Singula cum tantum teneant tantoque ferantur
Tempore, vix toto surgentia sidera mense.

quo duodecim signa, quæ exornant cœlum pari intervallo, volvuntur. Neque admireris generationes hominum varias fieri ex iisdem his signis, et fatales casus hominum intermisceri tanta diversitate generis, cum singula signa occupent tam magnum cœli spatium et moveantur intra tam magnum tempus, scilicet vix

sphæræ radio.' *Stoeb.*—560 Scal. Delph. et vulg. *sex tota s. s. luce.* ' In hàc quidem lectione conspirant codd. et acquiescunt interpretes. Videamus quid intus habeat. *Nec mirere*, inquit, varietatem fatorum sub eodem signo; cum *singula signa tantum* spatii *teneant*, gradus nempe triginta, et duodecimam totius orbis partem; *tantoque ferantur tempore:* quid postea? expectabam ex sententiæ filo, ' singula ferantur.' Ille vero *sex sidera* infert, ut probet de singulis. Quod, sodes, genus argumenti? Quid illud porro *tota luce?* inexplicabile et sensu cassum. Repone *Singula .... vix toto s. s. mense.* Sin-

NOTÆ

clara verba. Tota hæc dimensio patet in hac figura:



557 *Nec mirere vagos, &c.*] Quasi partus varii, variaque hominum fata mutentur pro vario signorum intervallo, ita ut unum et idem signum varios edat partus, non quidem pro una et eadem, sed pro multiplici parte temporis et spatii quod adimplet.

558 *Fatum*] I. e. fatales casus, vs. 1.

560 *Vix toto, &c.*] Habita quidem ratione dierum ac noctium æquinoctial.

Restat ut æthereos fines tibi reddere coner,
Filaque dispositis vicibus comitantia cœlum,
Per quæ dirigitur signorum flammeus ordo.
Circulus ad boream fulgentem sustinet arcton,
Sexque fugit solidas a cœli vertice partes.

tantum orientia per integrum diem. Superest ut tentem referre tibi terminos cœlestes, et lineas quæ sequuntur cœlum ex certis ordinibus, et per quas series ignea Signorum distribuitur. Unus est circulus versus aquilonem, qui portat Ursam lucentem, et qui recedit a polo sublimi cœli sex gradus integros. Secundus delabitur

gula ex XII. signis mensem ex XII. unum consumunt, ab ortu ad obitum. 'Vix toto,' ut infra 585. 'Vixque dies transit candentem extenta per æstum.' *Bent.* 'Restituenda vetus lectio, *sex tota...luce.* In hac omnes ad unum Codd. conspirant. Sententia, a quarto abhinc versu repetenda, huc redit: Nec mirere, sub iisdem signis zodiaci diversam esse hominum originem ac sortem, cum singula tantum *teneant*, i. efficere possint: quanto magis hoc necesse est evenire, cum tanto tempore orbi imminent, et quotidie sex signa tellnri illucescunt, ratione habita peripheriæ ab ortu ad occasum, quæ dimidiam circuli partem absolvit! Possis etiam hæc verba de ceteris sideribus, sc. planetis, per zodiacis igna volventibus intelligere. Prior enim illa sententia ad apotelesmata magis pertinet, de quibus Noster alibi ex instituto.' *Stoeb.* 'Quota pars circuli sunt sex istæ solidæ? hoc non liquet. Forsitan auctor dederit, *Sex e triginta fugiens a vertice partes.* Eudoxum Cnidium sequitur; qui totum meridianum in partes 60. divisit; ut a polo ad polum sint 30. Vide nos infra ad i. 592. Ergo circulum hunc describit, non ad Romæ situm, sed ad Cnidi; ubi elevatio poli est graduum 36.'

NOTÆ

561 *Restat ut æthereos, &c.*] His 120. vss. agit Poëta de variis sphæræ circulis, quos ex ordine recenset, et explicat, nimirum quinque prius parallelos, æquatorem, tropicos duos, et duos polares, a vs. 564. ad vs. 601. Deinde a vs. 601. ad vs. 631. duos coluros. Postea a vs. 631. ad vs. 664. meridianum et horizontem. Denique a vs. 664. ad vs. 682. zodiacum.

562 *Dispositis vicibus, &c.*] Sic vs. 598.

563 *Signorum*] Non unius zodiaci signorum duodecim tantum: sed omnium cœli siderum, per quæ varii fines ac circuli cœlestes delineantur.

564 *Circulus ad boream, &c.*] His 2. vss. describit circulum polarem arcticum, qui et borealis a borea vento; et septemtrionalis a septemtrione; et aquilonaris, ab aquilone vento; et arcticus ἀπὸ τοῦ Ἄρκτου, i. e. ab Ursa, dicitur. Is autem prioribus ursæ minoris pedibus describitur. Unde Poëta addidit, 'fulgentem sustinet arcton.'

565 *Sexque fugit solidas, &c.*] Loquitur Poëta juxta Eudoxi mentem. Is enim vir doctus quemlibet circulum, non in 360. partes seu gradus, sed in 60. tantum est partitus. Unde credidit ac docuit, polar emarcticum circulum a polo septemtrionali recedere, non 23. grad. et minut. 32. juxta recentiorem computandi rationem, sed grad. 6. tantum. Recentiores igitur partiti sunt singulos circulos in partes seu gradus 360. docueruntque, polarem arcticum, pariter et antarcticum, a polo suo recedere grad. 23. min. 32. tot scilicet gradus, quot uterque tropicus ab æquatore distat. Po-

Alter, ad extremi decurrens sidera cancri,
In quo consummat Phœbus lucemque moramque,
Tardaque per longos circumfert lumina flexus,
Æstivi medio nomen sibi sumit ab æstu;
Temporis et titulo potitur: metamque volantis
Solis et extremos designat fervidus axes;

per stellas initiales cancri, in quo sol conficit et lumen et cunctationem suam, et circumportat suam lucem morantem per longos ambitus. Is circulus ducit sibi nomen ab æstu maximo, et gaudet nomine temporis illius, et termino solis decurrentis tunc; et totus ardens terminat ultimos cursus solis, et recedit a circulo boreæ usque ad

Bent.—567 'Sic Cod. Lips. et Regiom. Editi reliqui, *consumit*. Observari autem juvat, promiscuum huic auctori istarum vocum usum esse.' *Stoeb.*—569 Scal. Delph. et vulg. *Æstivum*. 'Si non est mendum, dixit *æsticum nomen*, ut Horat. flumen Metaurum, Stertinium acumen. Fortasse melius *æstivi medio*.' Scal. 'Malebat Scal. *æstivi*. Recte: sic paulo infra 580. 'Proximus hunc ultra brumalis nomine gaudens.'' *Bent.*—570 Scal. Delph. et vulg. *metaque*. 'Lege, mutata distinctione, *metamque v. S. et*, hoc est designat. Duo ex recentioribus *metamque*.' Bent. 'Ms. Lips. *metaque*. Sic Vulgati quoque, qui simul sublata post hoc *potitur* distinctione sic habent, *metaque Solis* (.) Eadem locutio Stat. Achil. 455. seq. 'donec sol annuus omnes Conficeret metas.' *Stoeb.*—571 Scal. Delph. et vulg. *actus*. 'Immo repone *axes*.

NOTÆ

laris enim uterque describitur ab utroque zodiaci polo, seu axis zodiaci extremitate. Tanta est igitur utriusque polaris circuli distantia ab utroque polo, quanta est zodiaci obliquitas ab ipso æquatore. Proclus autem, Eudoxi licet compilator, rem aliter est assecutus; voluitque, utrumque polarem circulum varium describi et mutabilem, pro varia mutabilique, seu majore aut minori, elevatione poli supra horizontem, quasi describatur circulus polaris ab astris, quæ non sub terram delabuntur, sed ad ipsam proxime accedunt: unde varietur pro vario terrarum situ.

566 *Alter, ad extremi, &c.*] His 7. vss. tropicum cancri notat et describit, qui a septemtrione arcticum subsequitur. Is autem *tropicus* dicitur, ἀπὸ τῆς τροπῆς, id est, a *reversione*. Cum enim ad illum sol ascendit, non plus ultra progreditur; sed ab eo recedit. Dicitur vero *tropicus cancri*, ab eo zodiaci signo, quod tunc sol occupat et decurrit, dum ad illum circulum ascendit. Dicitur et *tropicus æstivus*, ab æstu seu calore solis, qui tunc est maximus. Dicitur quoque *tropicus solstitialis*, ex eo, quod in eo sol stare aliquatenus videtur, ut retrovertatur. Distat autem is circulus a polari arctico grad. 5. scilicet juxta Eudoxi computandi rationem: at juxta recentiorem numerandi modum distat grad. 42. min. 56.

Extremi] Non ultimi, sed initialis. sol enim revertitur ubi primum cancri priorem ingressus est gradum. *Extremus* autem utrumque notat rei terminum, finalem et initialem.

567 *Phœbus*] Sol vs. 19.

570 *Temporis et titulo potitur, &c.*] Dicitur enim *tropicus* ab eo tempore in quo tunc fit solis τροπὴ, i. e. reversio.

Et quinque in partes aquilonis distat ab orbe.
Tertius, in media mundi regione locatus,
Ingenti spira totum præcingit olympum;
Parte ab utraque videns axem: quo culmine Phœbus
Componit paribus numeris noctemque diemque,
Veris et autumni currens per tempora mixta.
Hic medium æquali distinguit limite cœlum:
Quatuor et gradibus sua fila reducit ab æstu.
Proximus hunc ultra, brumalis nomine gaudens,

quinque gradus. Tertius circulus est positus in media parte cæli, et circumcingit totum cælum immenso gyro, perspiciens axem ab utraque parte: in quo termino sol constituit et diem et noctem ex numeris æqualibus, dum decurrit per mixta tempora veris et autumni, quando scilicet dividit medium cælum pari termino. Et is circulus removet suos ductus ab æstivo circulo quatuor gradibus. Vicinus circulus, qui de

Metam et extremos axes volantis solis; sub quibus fervidus fit. Virg. Georg. III. 107. 'volat vi fervidus axis.' *Extremos axes*, ut summus currus, IV. 163. 'Quam Phœbus summis revocatus curribus ambit.'' *Bent.* 'Scripti et cusi omnes *actus*. Vocabulum est circense, quale et illud *meta*, a curulibus agonibus desumptum, in qua metaphora perstitisse Noster omnino videtur.' *Stoeb.*—575 Mss. omnes *lumine*. Scal. *limine*. Huet. Delph. *limite*. 'quod vocabulum rursus habes vs. hinc tertio. Dedit Auctor *culmine*. Lineaæ quinoctialis poëtis culmen cæli est; et cum *Phœbus parte ab utraque axem*, sive utrumque polum, *videt*, certe e *culmine* prospicit.' *Bent.*—578 Scal. Delph. et vulg. *Cum med. æq.* 'Immo *Hic med. æq.* *Hic*, circulus æquinoctialis. Nisi sic legeris, non *hic* circulus quatuor gradibus a tropico cancri distabit; sed sol ipse: quod ineptum et absurdum.' *Bent.*—580 Scal. ex Gemblac. *tangens*. Cod. Lips. Delph. et vulg. *cingens*. 'unde Scal. in priore editione *circes*, hoc est, *circulus*. At in secunda *tangens* adscivit ex Gemblac. Et Vene-

NOTÆ

572 *Et quinque in partes, &c.*] Eudoxianas scilicet, ut monui vs. 565.

Aquilonis ab orbe] I. e. a circulo polari arctico, vs. 564.

573 *Tertius, in media, &c.*] His 7. vss. notat et describit Poëta æquatorem, qui et æquinoctialis circulus dicitur. Medius autem est inter tropicos duos, ceterisque parallelis circulis major, ab utroque polo æqualiter distans, scilicet secundum Eudoxi doctrinam grad. 15. At juxta rationem computandi recentiorem et communem, grad. 90. Quem cum sol decurrit, noctes æquat diebus, unde *æquator* dicitur et *æquinoctialis*: a nautis vulgo *linea*, vel *linea media*. Distat vero a tropico cancri seu æstivo grad. Eudoxianos 4. communes vero grad. 23. min. 32. ut monui vs. 565.

574 *Olympum*] Cœlum, vs. 178.

575 *Axem*] Hoc est, extremam utramque axis partem: utrumque polum: vs. 279.

579 *Quatuor et gradibus*] Eudoxianis, vs. 572. 565.

Ab æstu] I. e. ab æstivo circulo; a tropico cancri, vs. 566.

580 *Proximus hunc, &c.*] His 7. vss. notat et describit Manilius tropicum capricorni, qui brumalis et hybernus

Ultima designat fugientis limina solis ;
Invida cum obliqua radiorum munera flamma
Dat per iter minimum nobis : sed finibus illis,
Quos super incubuit, longa stant tempora luce ;
Vixque dies transit candentem extenta per æstum.
Bisque jacet binis summotus partibus orbis.

nomine brumalis dicitur, circumductus trans hunc describit extremos terminos solis recedentis, nec patentes ultra : subministrat nobis per minimam viam beneficia splendoris solis ex igne transverso : sed in illis regionibus, supra quas impendit ille circulus, tempora dierum manent cum diuturna luce, et vix dies prolata per fervidum calorem præterit. Et is circulus stat distans ab æquatore quatuor gradibus.

tus quoque *tangens.* Lipsiensis pro variis lectionibus, *tingens, tangens, cingens.* Repone *gaudens.* Ita Noster II. 829. 'Nec capit externum, proprio quia nomine gaudet.'' *Bent.* '*Tangens* absolute positum non est, ut opinatur Scal. sequitur enim 'Ultima designat fugientis limina solis.' Igitur *tangens* pertinet ad *limina*, ut et *designat.* Tangens designat limina. Duo verba ἀπὸ κοινοῦ nomen idem regunt. Similiter infra 685. de galaxia, 'Inde per obliquum descendens tangit olorem,' quem versum in expositionis suæ patrocinium affert Scal. *tangit* absolutum non est, sed regit *olorem* : descendens per obliquum tangit olorem.' *Huet.*—581 'Codices omnes, *fulgentis lumina solis :* quæ quidem lectio citra veritatis dispendium retineri omnino potest.' *Stoeb.*—582 Mss. omnes *Inviaque :* et sic Delph. 'invium enim dicitur, ultra quod iri non potest. Porro ultra capricorni terminos sol non recedit.' Scal. *invidaque.* 'Repone *Invida cum. Cum sol* dat nobis radiorum munera. Si *que* retines, constructio erit, cum *circulus brumalis* dat, &c. inepte. Scal. ex conjectura *invida*, h. e. parca, maligna. Rectissime. Noster III. 285. 'cum sidera flexo Ordine conficiunt cursus obliqua malignos.'' *Bent.* 'Gemb. Lips. et Edd. vett. *Inviaque.* Ubi si vs. præced. legas *limina*, recte dicuntur *invia*, ultra quæ iri non potest. Nam ultra capricorni terminos sol non recedit. At Scal. mavult, *Invida munera* h. e. parca, et *obliqua* i. maligna : 'Quia enim,' ait, 'oblique ministrat lumen, propterea illud videtur nobis invidere.' Sed quid in his luminis? Non certe multo plus ac in illis : *Invida cum obliqua, &c.*' Stoeb.—583 'Hoc Scaliger ex Gemblac. dedit. Consentit Lips. qui insuper pro *nobis* legit *vobis.* Ed. Reg. Rom. *dat pariter min.* Illud de sole,

NOTÆ

dicitur ex eo, quod brumale notat solstitium, quod in primum capricorni gradum incidit, scilicet in diem 22. nostri Decembris. Unde illud Ovid. Fast. I. 163. 'Bruma novi prima est, veterisque novissima solis.' Tunc enim maxima solis est ad polum antarcticum declinatio, vixque nobis ad septemtrionem degentibus aliquid lucis ac caloris immittitur, nisi ex obliqua ejaculatione. Degentibus vero sub iis cœli partibus dies est maximus longissimus. Distat autem circulus iste ab æquatore grad. 4. Eudoxianis ; par enim utriusque tropici ratio ; at juxta recentiorem computandi rationem distat grad. 23. min. 32. ut monui vs. 565.

585 *Vixque dies transit, &c.*] Quod enim sub tropico cancri degentibus contingit, id sub tropico capricorni positis pariter accidit. Vix autem dies nocte clauditur nobis in æstivo solstitio.

586 *Bisque . . . binis, &c.*] I. e. grad. 4. Eudoxianis, vs. 565.

Unus ab his superest extremo proximus axi
Circulus, austrinas qui stringit et obsidet arctos.
Hic quoque brumalem per partes quinque relinquit:
Et quantum a nostro sublimis cardine gyrus
Distat, ab adverso tantundem proximus illi.
Sic per tricenas vertex a vertice partes

Post hos quatuor circulos restat unus circulus, vicinus ultimo polo, qui secat et circumcingit ursas meridionales. Is pariter deserit longe a se brumalem circulum, gradibus quatuor; et quantum spatii superior noster circulus arcticus recedit a nostro polo, tantum spatii ex opposito hic antarcticus vicinus est illi polo australi. At-

hoc de circulo brumali recte dici potest.' *Stoeb.*—592 Scal. Delph. et vulg. *Sic tibi per binas.* 'Cum *sic* dicit, quæ antea fusius dicta erant, breviter et summatim colligit. Quid ergo sibi vult *per binas partes?* Diviserat certe *verticem a vertice*, polum a polo, per partes VI. V. IV., IV. V. VI. quæ simul faciunt partes *triginta*. Repone igitur, *Sic per tricenas*, et *notat* olympum per quinque fines sive circulos parallelos. Eudoxus, astronomorum dux, divisit circulum in sexaginta partes, non, ut postea factum, in trecentas sexaginta. Ea divisione, tropici distant ab æquatore partes 24. ex 360. non, ut nunc ponuntur, 23½. et circulus arcticus tantundem a polo. Vide Geminum p. 19. et Achillem Tatium c. 26. Ceterum, ut recte ibidem Geminus, arcticus a polo non in omni climate eandem distantiam habet: sed alibi majorem, alibi minorem: *Καταγράφεται δὲ πρὸς τὸν ἐν τῇ Ἑλλάδι ὁρίζοντα: delineatur tamen ad horizontem in Græcia:* ubi clima indicat Cnidi, quæ patria erat Eudoxis ub gradu latitudinis 36. ut enim 6. ad 60. in Eudoxi divisione, ita 36. ad 360. Eudoxi igitur auctoritate, arcticus fixum in globo locum nactus est; qui alioqui mobilis est, nec in globo delineandus.' *Bent.* 'Lectum olim, quemadmodum et a Manilio scriptum putamus: *Sic tibi per binas vert.* Hanc scriptionem tuentur Codd. Ms. et Vulgati Vet. Supputandi vero rationem accommodasse Noster videtur ad Arati instituta, quæ sancta

NOTÆ

587 *Unus ab his, &c.*] His 5. vss. notat et describit circulum polarem antarcticum, qui ex diametro opponitur arctico, totusque nobis latet ad meridiem: dicitur austrinus, australis et meridionalis circulus polaris; distatque a polo antarctico grad. 23. minut. 32. vs. 565. et a tropico brumali grad. 5. Eudoxianis vs. 565. Idem quippe, vice versa, de utroque polari circulo dicitur.

Extremo axi] Ultimo, seu remoto potius et infimo: meridionali scilicet.

588 *Austrinas arctos*] Loquitur ex errore, ut monui vs. 457. ubi agnovit Poëta duas Ursas ad polum antarcticum, sicut ad arcticum.

589 *Brumalem*] Tropicum capricorni, vs. 580.

Per partes quinque] Suppl. Eudoxianas, vs. 572. 565. At secundum recentiorem computandi rationem distat polaris circulus antarcticus a tropico cancri grad. 42. min. 56.

590 *Et quantum, &c.*] Scilicet distat a polo grad. 6. Eudoxianis, sicut arcticus, vs. 565.

Sublimis gyrus] Suppl. Arcticus.

591 *Illi*] Suppl. polo extremo et remotiori, nempe antarctico.

592 *Sic [tibi,] &c.*] His 2. vss. ait spatium illud, quod ab alterutro polo ad æquatorem intercipitur, hoc est,

Divisus, duplici summa circumdat olympum ;
Et per quinque notat signantes tempora fines.
His eadem est via, quæ mundo ; pariterque rotantur
Inclines, sociosque ortus occasibus æquant :
Quandoquidem secti, qua totus volvitur orbis,

quæ ita pars summa cælorum separata per te ab altera parte summa per duas partes, circumcingit totum cælum ex gemina parte, et signat illud per quinque circulos qui notant tempora. Idem iter est istis quinque circulis, quod est cælo : et volvuntur similiter non variantes, et adæquant suis occasibus suos ortus, qui se mutuo consequuntur ; quoniam ducunt eodem ordine, quo totum cælum rotatur, suas lineas, quæ

admodum Ipsi fuerunt. Ille autem circulum æquinoctialem, uti parallelos ceteros in octo partes distribuit, ita quidem, ut quatuor supra terram sint, infra totidem. Vide Achill. Tat. c. 25. apud Petav. Uranol. p. m. 149. C. Jam vero Noster æquatorem ita ait divisum, ut *ab ejus polo ad unum punctum horizontis*, a quo æqualiter secatur, *binæ* sint *partes, ad alterum totidem* : unde qui digitos suos novit, facile supputando efficiet, quatuor ejus partes supra terram esse, eumque *duplici summa*, octo scil. partibus, cælum cingere universum.' *Stoeb.*—596 ' Hoc a Scaligero est, cui Cod. Lips. videtur favere. Ms. ceteri cum Vulgatis Vet. *inclives*, quod tanquam contrarium *τοῦ acclivis* l. III. 864. vel unius Manilii auctoritate, locum tueri omnino potest : eoque magis, quòd alioquin hoc *inclinis* in alienam plane significationem esset detorquendum, ut dictum sit pro eo, *qui inclinari nequit*. Ita vocem accipi vult Zinzerlingius ad Valer. Flacc. IV. 808. eamque notionem nostro, quasi symphono, loco firmare conatur.' *Stoeb.*—597 Scal. et vulg. Q. *texto quo t. v. o.* ' *Texto* a Scal. venit : libri recentiores *sexto*. Gemb. cum Lips. *sexti*. Certe

NOTÆ

lineam, quæ ab uno polo ad alterum ducitur, et in duas partes ab æquatore intersecatur, totum adimplere cælum, seu potius cæli circulum et ambitum. Ambitus enim cælorum est grad. 60. Eudoxianorum ; ab alterutro autem polo ad æquatorem sunt ejusmodi grad. 30. nempe a polo ad polarem circulum grad. 6. a polari ad tropicum grad. 5. a tropico ad æquatorem grad. 4. At 6. 5. et 4. simul juncta fiunt 15. Jam vero ab altero polo ad æquatorem par ratio. Unde in uno hemisphærio sunt grad. 30. In altero quoque grad. 30. In toto ergo cæli ambitu, grad. 60. continentur.

593 *Divisus*] Suppl. per Horizontem rectum.

Duplici summa] Suppl. grad. 30. Eudoxianorum ; aut verticis unius spatio duplicato.

Olympum] Cælum, vs. 178.

594 *Per quinque fines*] Parallelos quinque circulos, quos vertex ille uterque, seu potius illa linea, quæ ab alterutro polo per utrumque verticem supra dictum ducta notat et intersecat.

Signantes tempora] I. e. breviora, aut longiora solis tempora, noctis scilicet et diei. Quinque enim illi paralleli circuli aliquam solis moram designant.

596 *Inclines*] Gemb. i. e. indeclinantes, non variabiles. Sic Aratus de his circulis : Αὐτοὶ δ' ἀπλανέες καὶ ἀρηρότες ἀλλήλοισι Πάντες. ' At isti stati et aptati invicem Omnes.' Sic Posidonius vocat illos, ' indeclinantes, qui neque inclinant, neque declinant.'

Fila trahunt alti cursum comitantia cœli;
Intervalla pari servantes limite semper,
Divisosque semel fines, sortemque dicatam.
Sunt duo, quos recipit ductos a vertice vertex,
Inter se adversi, qui cunctos ante relatos,
Seque secant, gemino coëuntes cardine mundi;
Transversoque polo rectum ducuntur in axem:
Tempora signantes anni, cœlumque per astra
Quatuor in partes divisum mensibus æquis.
Alter ab excelso decurrens limes olympo

pariter sequuntur motum summi cœli, observantes perpetuo suas distantias cum æquali termino, et suos terminos semel distinctos, et locum sibi datum. Duo supersunt circuli, quos unus polus excipit descriptos ab altero polo, et qui sunt oppositi inter se mutuo, et qui intersecant omnes supra dictos circulos, et seipsos, concurrentes per duplicem polum cœli, et qui ex opposito polo trahuntur per rectum ipsum axem, notantes tempora anni, et cœlum distributum per signa in quatuor partes ex æqualibus mensibus. Unus horum circulus ductus a summo cœlo, secat caudam

texto minime hic convenit. Quis enim sensus, aut qualis dictio, *totus orbis volvitur texto?* Repone *secti qua*. *Secti*, ducti, delineati, *qua* orbis volvitur; h. e. paralleli æquatori.' *Bent.* Delph. *textu*: 'quod Auctori usitatum v. c. lib. II. 428. III. 270. &c. et sententiæ hujus rationi apprime conveniens est. *Textu* enim idem ac, *ordine*, *quo* (non *qua*) *totus volvitur orbis* i. æquator, cui paralleli sunt.' *Stoeb.*—598 Ex Gemblac. hoc restituit Scaliger, cui Lips. etiam annuere videtur. Vulgati vero nostri, *circum*, i. *κύκλον*: quemadmo-

NOTÆ

601 *Sunt duo, &c.*] His 30. vss. agit Poëta de duobus coluris, solstitiorum scilicet et æquinoctiorum. Sunt autem isti duo circuli maximi, ducti per polos mundi, perque quatuor puncta cardinalia. Dicuntur *coluri*, quasi habeant caudam decurtatam et mutilam; quippe qui toti nusquam appareant in sphæra obliqua secundum omnes suas partes, ne quidem successive, ut aiunt. Ducuntur inter se adversi a polo ad polum per rectum axem, seque mutuo in utroque polo intersecant: alios vero parallelos quinque bis uterque ex adverso secat. Alter solstitiorum signat duo solstitialia puncta, cancri et capricorni: alter æquinoctiorum, duo æquinoctialia puncta, arietis et libræ; quæ quatuor puncta cardinalia dicuntur, et anni quatuor tempora signant.

602 *Ante relatos*] Quinque parallelos.

606 *Quatuor in partes, &c.*] Duodecim quippe zodiaci signa quatuor in partes æquas distribuuntur per duos coluros. Namque colurus æquinoctiorum sex borealia zodiaci signa dividit a sex australibus; colurus vero solstitiorum borealia signa pariter ac australia in duas partes æquales intersecat. Atque ita duodecim signa partiuntur in quatuor partes, quarum quæque pars est trium signorum, quibus totidem menses respondent.

607 *Alter ab excelso, &c.*] His 9. vss. colurum æquinoctiorum describit, qui

Serpentis caudam siccas et dividit arctos,
Et juga chelarum medio volitantia gyro:
Extremamque secans hydram mediumque sub armis
Centaurum, adverso consurgit rursus ab axe,

draconis, et separat ursas, quæ non merguntur aquis, et summitates chelarum, quæ vagantur per medium cælum: et dividens ultimam partem hydræ, et Centaurum medium qui jacet in partibus meridionalibus iterum oppositus in polo, consurgit, et re-

dum Cicero de Galaxia: 'Vidisti magnum candentem serpere circum.' Sed *circum cæli* nemo est, qui apud Ciceronem legerit.' *Stoeb.*—609 Delph. *cælo.* 'Juvat hoc loco repræsentare versuum ordinem quem servant Ms. Lips. et Edd. præstantiores, quo facilius intelligas, qui factum, ut ceteris a Scal. atque Bent. ultro citroque transpositis, duo illi versus interciderint, quos rigidissimo judicio proscripsit Scal. in Notis p. 78. Nimirum hunc vs. *Et juga Chelarum, &c.* perpetua serie subsequuntur qui Bentleio sunt vs. 537. *Sed dimensa suis, &c.* vs. 508. *Non casus, &c.* vs. 275-281. Hos excipiunt vs. 539. cum 24. sqq. quorum postremus vs. 563. *Per quæ dirigitur, &c.* Cui quidem, loco sane quam idoneo, subjecti in dictis Codd. hi duo: 'Circulus a summo nascentem vertice mundum Permeat: Arctophylaca petens per terga Draconis Extremamque secans Hydram, &c.' Ita profecto Viri docti chirurgiam exercuisse videntur in sanandis ulceribus, et interdum in sanis ulcerandis carnificinam. Quid enim? Nonne liberum fuit Auctori, ab alterutro Coluro potius quam Polari sermonem ordiri? Atqui describere instituit Colurum æquinoctiorum, cui *Alter* vs. 616. sqq. examussim respondet. Utrique vero eundem tractum, ad Eudoxi quidem placita, assignat Hipparchus apud Petav. Uranol. p. m. 207. sq.' *Stoeb.*—610 'Cod. Paris. et Lips. cumque his Edd. vetustiores, *mediumque sub astris.* Scriptum forte *mediisque sub astris,* quo intelligamus centaurum illum subter zodiaco versantem: supra vs. 475.' *Stoeb.* Scal. et Delph. *austris.* 'Repone *sub armis.* *Armos* equi intelligit. Nam medius centaurus est, ubi armi equini humano pectori conjunguntur.' *Bent.*—611 Scal. Delph. et vulg. *C. adversus concurrit r. in axe E. r. i. cetum.*

NOTÆ

per polos mundi et puncta æquinoctialia progreditur, multa interim intersecans signa: non autem per polos zodiaci.

Excelso olympo] Polo sublimi, nempe septemtrionali, qui respectu nostri dicitur *sublimis.* Olympus enim *cælum* dicitur vs. 178. poëtice autem *polus.*

608 *Serpentis*] Draconis, qui ad polum septemtrionalem intercingit utramque ursam, vs. 312.

Siccas] Quippe quæ nobis oceano non tinguntur, i. e. non occidant, vs. 284.

609 *Chelarum*] Libræ, per cujus initium transit colurus æquinoctiorum: chelæ enim, Græce χηλαί, Latine sunt brachia scorpionis, quæ ad Libræ signum extenduntur in cœlo: unde pro libræ signo usurpantur passim a Manilio.

610 *Extremamque secans hydram*] Hydræ scilicet caudam, qua parte corvus insidet. De hydra 422.

Sub armis [*austris*] Namque Centaurus duplex in cœlis distinguitur: alter in Zodiaco, qui Sagittarius vulgo dicitur; alter in meridionalibus cœli partibus, qui Centaurus vocatur vs. 270. et 408. Jam vero transit Colurus æquinoctiorum per posteriores Centauri australis partes.

611 *Centaurum*] Crotona, vs. 408.

Et redit in cœlum; squamosaque tergora ceti,
Lanigerique notat fines, clarumque trigonum,
Andromedæque sinus imos, vestigia matris,
Principiumque suum repetito cardine claudit.
Alter in hunc medium summumque incumbit in axem;
Perque pedes primos cervicem transit et ursæ,

vertitur in cœlum, et in dorsa squamea ceti, et signat terminos arietis, et fulgentem triangulum, et inferiores partes pectoris Andromedæ, et superiores partes ejus genitricis, et terminat initium suum, cum iterum rediit ad polum. Alter circulus superincidit in hunc medium, et in sublimem polum: et præterit per pedes anteriores

' Libri vetustiores, *adverso concurrit r. in axe.* Locus pessime affectus. Quomodo *concurrit rursus:* qui nec cum quoquam *concurrit;* et si concurrat, non *rursus*, sed jam primum id facit. Quomodo autem *redit in cetum;* a quo non abierat? Qualis porro ineptia et tautologia *cetum* et *tergo raceti?* Dedit Auctor *Adverso consurgit r. ab axe E. r. i. cælum.* Rursus consurgit et redit in cælum, ut infra 691. ' Inde suos sinuat flexus per crura pedesque Centauri alterius; rursusque ascendere cælum Incipit.'' *Bent.* ' Non damnandum illud *concurrit*, quod omnes Libri agnoscunt. Iidem *adversus conc. rursus in axe* i. e. polo antarctico, ubi saltem cum altero coluro *concurrit rursus*, ut in polo arctico.' *Stoeb.*—614 Scal. Delph. et vulg. *fastigia.* ' Recte. Intelligit Auctor superiores pectoris partes Cassiepiæ, quæ mater fuit Andromedæ.' *Stoeb.* ' *Fastigia* non belle dicitur pro capite: neque per caput Cassiepiæ transit, sed pedes. Repone igitur *vestigia.* Et sane Cod. Lips. *vestigia* habet pro varia

NOTÆ

612 *In cælum* [*cetum*] In balænam, de qua vs. 363. 440. Transit autem colurus æquinoctiorum per extremas ac posteriores ceti partes, quæ desinunt in piscis caudam. Unde bene addidit Poëta: ' Squamosaque tergora ceti.'

613 *Lanigerique notat fines*] Signat quippe initium arietis, qua parte ecliptica secat æquatorem.

Clarumque trigonum] Quanquam longe transit a triangulo. Id autem addit Poëta, ex eo quod trigonus inhæreat capiti arietis, cujus initium signat colurus æquinoctiorum, licet longe ab ejus capite ducatur.

614 *Andromedæque sinus imos*] Non sinus imos, sed caput, et brachium sinistrum. Videtur enim quasi in eum decidere inverso capite Andromeda.

Vestigia [*fastigia*] *matris*] Superiores pectoris partes Cassiepiæ, quæ mater fuit Andromedæ. Transit quippe ad superius latus sinistrum Cassiepiæ, humerumque ac manum inflexam intersecat, stellamque illam, quæ nova anni 1572. lucidissime lucebat infra pectus illius.

616 *Alter in hunc, &c.*] His 12. vss. signat et describit colurum solstitiorum, qui per polos mundi et zodiaci punctaque solstitialia decurrit, multa quoque intersecans sidera, ipsumque medium colurum æquinoctiorum.

Hunc] Sup. Colurum æquinoctiorum.

Summum axem] Polum septemtrionalem, vs. 607.

617 *Ursæ*] Majoris, transit enim colurus solstitiorum non longe a pedibus anterioribus majoris ursæ. Cau-

Quam septem stellæ primam, jam sole remoto,
Producunt, nigræ præbentem lumina nocti:
Et geminis cancrum dirimit, stringitque flagrantem
Ore canem, clavumque ratis, quæ vicerat æquor.
Inde axem occultum per gyri signa prioris
Transversa; atque illo rursus de limite tangit
Te, capricorne, tuisque aquilam designat ab astris;
Perque lyram inversam currens spirasque draconis,
Posteriora pedum cynosuræ præterit astra;

et collum ursæ illius, quam septem stellæ proferunt priorem, et quæ emittit lucem nocti tenebrosæ, postquam jam sol recessit, et separat cancrum a geminis, et radit caniculam ardentem ex ore, et gubernaculum navis quæ superaverat mare; ex hoc loco transiens per medias notas primi circuli tangit polum latentem. Et iterum ex hoc termino tangit te, o capricorne, et inde a tuis stellis, tangit aquilam, et delapsus per lyram, quæ invertitur, et per orbes sinuosos draconis, transit per postremas stellas pedum cynosuræ, et intersecat mediam caudam illius in polo proximo. Ibi rur-

lectione.' *Bent.*—623 Cod. Paris. et Regiom. *alio.* Mutavit Scal. in *illo.* 'Videndum an non legas rectius *alio.*' Stoeb.—626. Scal. et vulg. *proterit.* 'Mirum vero si circulus fictus et imaginarius potest *astra proterere:* eoque magis mirum quod in pedibus cynosuræ nulla sint astra. Libri vett. *perterit.* Lege *præterit:* quod et alii adsciverunt.' *Bent.* '*Proterit* non aliter intelli-

NOTÆ

dam vero minoris intersecat, ut ait infra vss. 626. et 27.

618 *Primam*] Utpote altera minori lucidiorem magisque conspicuam, vs. 304. not.

620 *Et geminis cancrum dirimit*] Transit enim inter ultimum geminorum gradum, et primum cancri. Non autem sidus ac figuram geminorum a sidere et figura cancri dirimit. Allabitur tantum ad pedes geminorum. Hic locus hac interpretatione egebat.

621 *Canem*] Majorem: caniculam, quæ pedibus videtur insistere coluro solstitiorum.

Ratis] Argo navis.

622 *Axem occultum*] Polum antarcticum, qui nobis infra terras deprimitur.

Gyri . . . prioris] Circuli coluri æquinoctiorum.

624 *Tangit Te, capricorne*] Transit quippe colurus solstitiorum per primum capricorni gradum, quo puncto ecliptica secat ipsum: longe autem decurrit a capricorni capite et sidere.

Tuisque aquilam designat ab astris] I. e. postquam designavit stellas tuas, o capricorne, longe supra a te designat et tangit sidus aquilæ, nimirum stringit caudam illius. Aquila autem videtur quasi volitare super capricornum, adversis cervicibus.

625 *Perque lyram*] Non mediam secat illam, sed tantum stringit latus ejus dextrum.

Draconis] Transit per collum et per medium corpus draconis, qua parte spiras agit. De hoc dracone vs. 318.

626 *Cynosuræ*] Minoris ursæ, cujus posteriores pedes stringit colurus

Transversamque secat vicino cardine caudam.
Hic iterum coit ipse sibi, memor unde profectus.
  Atque hæc æterna fixerunt tempora sede,
Immotis per signa locis statione perenni.
Hos volucres fecere duos. Namque alter ab ipsa

sua ipse circulus conjungitur sibi, recordatus loci, ex quo abierat. Et hæc intervalla circulorum, quæ signant tempora, posuerunt sibi stationem immutabilem, cum ordinibus immobilibus inter sidera, et cum sede sempiterna. Veteres autem statuerunt hos

gendum ac *permeat*, *transit*, postremas cynosuræ stellas.' *Stoeb.*—629 Scal. Delph. et vulg. *Atque hæc æternam f. t. sedem.* 'Malim *atque hic* vel *atque his*, nempe coluris.' *Huet.* 'Hæc mendosa sint necesse est: sequitur enim 'Hos volucres fecere duos.' Quid sit, an tempora sive coluri fecere meridianum et horizontem mobiles? Hanc absurdam sententiam constructio ipsa parit. Repone *A. h. æterna f. t. sede.* *Fixerunt* et *fecere*, veteres nempe astronomi, qui artem primi condiderunt. Sic correxeram; cum postea animadverti cod. Venet. *æterna sede* clare exhibere.' *Bent.* 'Minus recte, vel in Cod. Paris. duo hi versus ab antecedentibus sejuncti leguntur. De coluris enim adhuc loquitur Auctor, et de circulis parallelis, polaribus tantum exceptis. Illos vocat *tempora*, quod per eos anni tempora designentur in quatuor punctis cardinalibus, vs. 605. Pro *hæc* Cod. Paris. et Regiom. *hoc*, quo sensu, non satis liquet.' *Stoeb.*—630 Scal. Delph. et vulg. *modis*. 'Tam nescio quinam sint *immoti modi*, quam *moti modi*. Repono *locis*.' Bent. 'Jungitur eodem halitu *statione*, quod miror Bent. non fuisse offendiculo. Præstat cum Libr. Vett. quibus Ms. Paris. et Lips. fides adest, legere *modis* i. e. *ordinibus*.'

NOTÆ

solstitiorum, caudamque mediam intersecat.

627 *Vicino cardine*] Polo septemtrionali.

629 *Atque hæc tempora*] His 2. vss. docet hos duos circulos, pariter ac parallelos quinque, esse immutabiles ac immotos, vs. 599. 'Intervalla pari servantes limite semper, Divisosque semel fines, sortemque dicatam.' Vocat eos *tempora*, quia per eos anni tempora designantur in quatuor punctis cardinalibus: vs. 605. 'Tempora signantes anni,' &c. Qui vero duo sequuntur circuli, meridianus et horizon, mutabiles sunt, vs. 635.

631 *Hos volucres, &c.*] His 38. vss. describit et notat Poëta meridianum et horizontem. De quibus jam sigillatim.

631 *Alter ab ipsa, &c.*] Meridianus circulus, qui per mundi polos, et verticem dati cujuslibet loci terrarum ducitur, æquatorem ex transverso intersecat, totumque orbem terrarum in duas partes dirimit, altera ad ortum, altera ad occasum relicta. *Meridianus* dicitur ex eo, quod cum sol eum attingit, meridies est in ea terrarum regione, cujus est meridianus. Populis autem cunctis sub eodem meridiano degentibus, tum ad austrum, cum ad septemtrionem, simul et semel idem est meridies, in eodem scilicet hemisphærio, quando sol illum meridianum attingit. Duo sunt autem in meridiano puncta; quæ Arabes vocant Zenith et Nadir. *Zenith* punctum est in cœlo, quod directe capiti nostro aut loco, qui subjacet, supra ponitur; *Nadir* vero punctum

Consurgens helice medium præcidit olympum,
Discernitque diem, sextamque examinat horam,
Et paribus spatiis occasus cernit et ortus.
Hic mutat per signa vices: nam seu quis eoos,
Seu petit hesperios, supra se circinat orbem
Verticibus superastantem, mediumque secantem
Cœlum, et diviso signantem culmine mundum:

duos sequentes mobiles. Etenim unus attollens se ab ipsa helice intersecat medium cœlum, et separat diem et librat veluti cum examine sextam horam diei, et prospicit ortum et occasum solis ex intervallis æqualibus. Hic circulus variat suas stationes; nam sive si aliquis proficiscitur versus orientales, sive versus occidentales populos, tunc describit supra se circulum qui incumbit suo capiti, et qui præscindit medium cœlum, et qui notat in vertice partito cœlum; cum alius meridianus est aliis genti-

Stoeb.—635 Scal. Delph. et vulg. *H. mutans p. s. v. seu si q. e.* 'Attende verborum constructioni: *hic*, circulus, *mutans vices per signa, circinat orbem supra se.* Ergo meridianus supra se alium meridianum circinat. Quid absurdius? Illud vero cujusmodi *seu si quis?* Quis sic locutus est? Gemblac. cum Lips. *mutat.* Repone, *Hic mutat per signa vices: nam seu quis, &c.* Seu quis hominum versus ortum, seu quis versus occasum progreditur, circinat supra caput suum circulum meridianum: qui per signa vices mutat.' *Bent.*—

NOTÆ

est, quod ex diametro oppositum infra jacet.

632 *Ab ipsa helice*] I. e. a polo septemtrionali. Helice enim major est ursa ad ipsum polum septemtrionalem.

Medium olympum] Medium cœlum. Cœli punctum verticale. Olympus enim sumitur pro cœlo, vs. 178.

633 *Sextamque examinat horam*] Notat meridiem. Hora namque diei sexta, meridies est: dies enim artificialis vulgo dividitur in 12. horas; sex, ante; sexque, post meridiem.

635 *Hic mutat, &c.*] His 11. vs. explicat et describit peculiariter meridianum. Horizon et meridianus duo sunt circuli variabiles. Meridianus quidem solum pro varia mutatione loci versus ortum et occasum. Horizon vero pro omnimoda loci mutatione, sive ad ortum et occasum; sive ad meridiem et septemtrionem, vs. 651. Igitur infiniti possunt notari meridiani. Quanquam cosmographi ad faciliorem rei intelligentiam certum quemdam meridianorum numerum definierunt, quia non nisi ad leucarum Gallicarum 18. intervallum mutari meridianos deprehenderunt. Unde Proclus olim statuit 300. quos a se invicem distare voluit 300. stad. quæ milliaria Italica dant 37½. leucas vero Gallicas 18¾. Ptolemæus autem statuit 180. qui a se distent spatio unius gradus in æquatore. Recentiores tandem in mappis describunt solum aut 36. qui grad. 5. aut 24. qui grad. 10. aut 12. qui grad. 15. in æquatore a se distent. Quorum primus transeat per insulas Fortunatas, quas in occidentali oceano Canarias jam vocant. Ultimus per insulas Moluccas in orientali oceano.

Eoos] Orientales, vs. 224.

636 *Hesperios*] Occidentales, vs. 226.

638 *Mundum*] Cœlum, vs. 3.

Cumque loco terræ cœlumque et tempora mutat.
Quando aliis aliud medium est: volat hora per orbem:
Atque ubi se primis extollit Phœbus ab undis,
Illis sexta manet, quos tum premit aureus orbis.
Rursus ad hesperios sexta est, ubi cedit in umbras:
Nos primam ac summam sextam numeramus utramque,
Et gelidum extremo lumen sentimus ab igne.

bus, hora quoque variatur per globum terrarum, et mutat cœlum et tempora cum ipso terræ loco. Et quando sol exsurgit ex primis aquis, hora sexta est illis gentibus supra quas tunc rota aurea solis incumbit. Contra hora sexta est apud occidentales, quando sol recedit in tenebras. Nos autem computamus utramque illam horam sextam, priorem et ultimam diei nostri, et tunc recipimus lucem frigidam ab remota

---

639 Scal. Delph. et vulg. pro *et*, *ac*. Vulg. *lumine*. correxit Scal. 'Inverso ordine hi versus feruntur in scriptis universis. Recte immutavit Scal. Quippe non *hora* mutat tempora, quæ ipsa temporum pars est, sed *homo*, qui ortum vel occasum petit, cum loco terræ mutat cælum et tempora. Leve dictu est; sed universi codices *et*, non *ac*.' Bent. 635. 639. 'Pro *Hic mutat* Cod. Paris. *Hinc*, et cum Regiom. *mutant*. Pro *nam seu*, Regiom. *ceu si quis*: Ceteri omnes, *seu si quis*, quod Manilii scriptionem refert. Dicit autem: Meridianum, sive quis ad ortum sive occasum progrediatur, identidem mutari, ac novum circulum supra verticem describere, qui cælum bifariam partitur, *culmen* etiam divisione sua signat. *Culmen* itaque non pro σημείῳ et puncto verticali sumendum, quod voluit Salmas. Exercit. Plin. p. 466. qui ob id *diverso* pro *diviso* ponit: verum, uti *culmina domorum* pro *fastigio* dicimus, ita h. l. *culmen* hemisphærium superius Noster appellat, quod utique meridianus bipartito secat. Cod. Paris. fortasse rectius leg. *lumine* pro *culmine*.'

NOTÆ

640 *Aliud medium*] Alius meridianus: aliud medium cœlum.

Volat hora] Sexta hora, seu meridies quoque mutatur, pro mutatione meridiani.

641 *Phœbus*] Sol, vs. 19.

642 *Sexta*] Sup. *hora*, i. e. meridies, vs. 632.

Aureus orbis] Rota aurea solis orientis. Sol enim curru vehi fingitur. Licet igitur sol oriens nobis meridiem non det, reddit tamen iis populis quos tunc medius premit. Illis enim desuper medius incumbit. Pariter sol, occidens nobis, medius est iis qui ad occasum sub eo degunt.

643 *Hesperios*] Occidentales, vs. 226.

644 *Nos primam, &c.*] Nos vero, quibus sol est oriens et occidens, utramque illam sextam horam, non sextam pariter, sed primam et ultimam diei nostri numeramus. Loquitur Poëta de horis diei artificialis, quæ inæquales sunt, pro inæqualitate dierum: sed numero semper duodecim, sex scilicet ab ortu solis ad meridiem, et sex a meridie ad occasum. Quæ igitur nobis oriente sole prima est diei hora, ea populis, quos tunc medius sol premit, sexta est, seu meridiana. Pariter quæ nobis occidente sole ultima est hora diei, ea populis, quibus tunc medius superincumbit sol, sexta est seu meridiana.

Alterius fines si vis cognoscere gyri,
Circumfer faciles oculos, vultumque per orbem.
Quicquid erit cœlique imum terræque supremum,
Qua coit ipse sibi nullo discrimine mundus,
Redditque aut recipit fulgentia sidera ponto,
Præcingit tenui transversum limite mundum.
Hæc quoque per totum volitabit linea cœlum.

flamma solis. Si cupis nosse terminos alterius circuli, circumduc oculos liberos, et faciem circa terram: id omne, quod erit pars infima cœli, et superior terræ, qua parte ipse mundus conjungitur sibi sine ulla inæqualitate, et reducit, aut excipit e mari stellas lucentes, id, inquam, omne dividit exigua linea cœlum per medium; isthæc autem linea discurret per omne cœlum, declinans solum, modo versus meridianum cœ-

Stoeb.—641 Delph. *attollit.*—648 Mss. vett. et vulg. *Q. e. c. primum.* Correxit Scal. ex Gemblac. 'Melius omnino *imum*, quam *primum*, quod habent Cod. Paris. et Vulgati vetustiores. Illud *imum* Gemblaç. et Lips. tuentur. Cœlum autem horizontem spectanti tanquam hemisphærium concavum præsentatur, cujus extremitates Nostro dicuntur *imum cœli*, respectu culminis, quod est *supremum*. Pro *terræque* Cod. Lips. *terraq.* perperam. Nam *cœli* et *terræ* respondere casu sibi debent. Illius *imum* et hujus *supremum*, seu superficiei extremum, coire in horizonte videntur.' *Stoeb.*—650 'Nescio an

NOTÆ

646 *Alterius fines, &c.*] His 18. vss. describit et notat horizontem. Horizon autem Græca vox est, Ὁρίζων, Latine, *terminator*, *finitor*. Circulus est major totius sphæræ, qui conspectam mundi partem ab inconspecta dirimit, hoc est, superius hemisphærium ab inferiori. Duplex autem distinguitur, alter ratione, alter sensu: ille terram et cœlum in duas partes æquales dividere censetur, in duo scilicet hemisphæria. Hic vero terram quoque ac cœlum in duas secat partes, sed non in partes æquas; terminatur enim visu, extenditurque tantum, quantum conspectus ferri potest; dividitque partem mundi, quam cernimus, ab ea, quæ nobis latet. Vix tamen determinari potest ad quantam loci distantiam extendatur. Macrobius vult ejus semidiametrum extendi tantum posse ad stadia 180. quæ leucas Gallicas communes reddunt 11½. Albertus magnus ad stad. 1000. id est, ad leucas Gallicas communes 62½. Proclus ad stad. 2000. Alii tantum ad stad. 500. Sed talis horizon talem admittit tantum aspectum, cum est in terris æqua planities, pelagi tranquilla libertas, nec montium aut ædium altitudo fit impedimentum, inquit Macrobius in Som. Scip. I. 15. Porro horizon ratione duplex est iterum, alter rectus, alter obliquus. Rectus transit per mundi polos, polumque suum seu cardinem habet sub æquatore, quem ad angulos rectos secat. Obliquus dicitur, cujus vertex ultra citraque æquatorem incidit, quique ad angulos obliquos æquatorem intersecat, altero mundi polo elevato sursum, altero deorsum depresso.

651 *Mundum*] Universum. Cœlum et terram.

652 *Hæc quoque linea volitabit, &c.*] Quæ enim linea signat horizontem, ea mutabilis ac variabilis est pro va-

Nunc tantum ad medium vergens, mediumque repente
Orbem, nunc septem ad stellas, nunc mota sub astra.
Nam quacumque vagæ tulerint vestigia plantæ
Has modo terrarum nunc has gradientis in oras,
Semper erit novus et terris mutabitur arcus;
(Quippe aliud cœlum ostendens aliudque relinquens,
Dimidium tegit et profert;) varioque notabit
Fine, et cum visu pariter sua fila movente.

tum, et simul versus meridianum orbem terrarum: modo versus septemtriones: modo versus stellas motas. Sed in quemcumque locum pedes errantes hominis, progredientis nunc in has, nunc in illas regiones terrarum, contulerint gressus illius, is circulus meridianus erit semper alius, et mutabitur in terris. Scilicet, cum signet aliam partem cœli, et aliam deserat, occultat et reddit tantum dimidiam partem illius, et notabit illud diversa linea, et similiter hominem, qui variat suas lineas cum ejus aspectu.

pro *fulgentia* legendum *fugientia*.' Scal.—653 Mss. vett. *Hunc tantum*. Gemblac. *Non t.* Correxit Scal. 'Hi quoque versus spurii, et ab homine insulso profecti. Non sensus intra inest, nec extra sana verba. Frustra fuere viri summi, qui vel explicare vel emendare conati sunt; et magnis iris utrimque rem egerunt περὶ ὄνου σκιᾶς.' *Bent.* 'Legitur hic vs. cum seq. iisdem omnino verbis in Membranis et Editis nostris. Sensus autem non nimis impeditus. Liceat bona fide hariolari: *Nunc tantum ad medium*, scil. circulum parallelum, i.e. Æquatorem. Cf. infra. 697.' *Stoeb.*—654 Scal. Delph. et vulg. *Sed quocumque.* 'Repone *Nam quacumque*. Spuriis istis de medio sublatis, correctio se ipsa probat. Libb. vett. *quæcumque*.' Bent. 'Codd. Mss. et Edd. omnes *Sed q.* quod ut recipiamus, sententiæ nexus et ratio postulat. Horizon ille rationalis, progressione facta, fit sensibilis. Hoc sibi vult auctor, quo non disertior alter.' *Stoeb.*—659 Scal. et vulg. *teget et referet*. Delph. *tegit atque refert*. 'Libri omnes *teget et refert;* nisi quod aliquot habent *regit*. Sententia est, dimidium tegit, dimidium ostendit. Repone igitur, *tegit et profert*. Sic Noster IV. 526. 'Sed geminos æqua cum profert unda tegitque Parte.' *Bent.*—660 Scal. Delph. et vulg. *varioque no-*

NOTÆ

ria mutatione loci quoquoversum, nimirum tam versus ortum et occasum, quam versus meridiem et septemtrionem.

653 *Ad medium*] Sup. cœlum, i. e. ad meridiem. Nec solum ad meridionalem cœli partem, sed et terræ, i. e. ad meridiem mundi. Unde addidit Poëta, 'mediumque repente Orbem.' Suppl. *terrarum*. Sic vs. 639. usurpavit vocem *medium*: 'Quando aliis aliud medium est.'

654 *Septem ad stellas*] Ad Septemtriones, vs. 297.

Mota sub astra] I. e. ad ortum et occasum. Superiori quippe versu notavit horizontis mutationem ad meridiem: illis vocibus, *septem ad stellas*, ejusdem mutationem ad septemtrionem: his vero, *mota sub astra*, signat horizontis variationem ad ortum et occasum. Astra namque *mota* dicuntur tantum, quatenus feruntur ab ortu in occasum, aut contra. Hactenus autem videtur locutus de horizonte secundum *rationem*, de quo supra vs. 646. not.

655 *Nam quacumque, &c.*] His 9. vss. explicat ac distinguit horizontem *sensu*. De quo nos vs. 646. not.

Hic terrestris erit, quia terram amplectitur, orbis,
Et mundum plano præcingit limite gyrus,
Atque a fine trahens titulum, memoratur horizon.
His adice obliquos adversaque fila trahentes
Inter se gyros: quorum fulgentia signa
Alter habet per quæ Phœbus moderatur habenas:

Hic circulus erit terrenus, quia circumdat globum terræ, et circumdat illum medium cum linea, quæ in globum non arcuatur, et, ducens nomen suum a termino, vocatur horizon. Adjunge his circulis duos circulos transversos inter se, qui ducunt suas lineas in partes oppositas: quorum unus continet sidera lucentia per quæ sol regit

tabit Fine......moventem. 'Libri omnes, *fine et cum visu;* et vetusti *movente.* Repone igitur, *v. q. n. Fine, et c. v. p. s. f. movente. Notabit* cælum *fine vario et movente sua fila pariter cum visu* hominis. *Notabit moventem*, h. e. hominem, aut *sua* hominis *fila*, quid sibi velint, nullus intelligo.' *Bent.* 'Plane sic Cod. Lips. et Regiom. nisi quod apud hunc legitur *notarit*, quod alteri præferre nolim, quemadmodum nec *regit*, quod est in Cod. Paris. pro *tegit*. Conf. supra ad vs. 18. Melius autem hoc, *atque refert*, quam *profert*. Et in fine sententiæ præstat cum Regiom. legere *moventes*, scil. homines, qui cum visu fila sua *movent*, seu circulum variant. Finitionis enim varietas cum aspectus mutatione pariter accidit. Eodem sensu Cod. Paris. *moventem*, suppl. *hominem*.' Stoeb.—661–62 Delph. *q. terræ a. orbem Et medium.* '*Terram* et *mundum* ignave: *orbis* et mox *gyrus* odiose. Sunt, qui sic emendent: *q. terræ a. orbem Et medium, &c.* Sed vereor ne omnes tres adulterini sint. Quærit Scal. cur hic gyrus præ ceteris terrestris appellandus sit. Rationem reddere conatur; quam recte rejicit Huet. Nec tamen ipse meliorem profert. Certe horizon astronomis est circulus sphæræ cælestis, non terrestris; tantumque a terra abest, quantum ipse supra nos meridianas.' *Bent.*—664 Scal. Delph. et vulg. *diversaque.* 'Libri vetusti *adversa inter se:* sic infra de iisdem 682. 'Alter in adversum positus.' *Bent.* 'Regiom. dedit '*His addunt aliquos diversa f. t.* Ms. Paris. *His adjunge alios diversaque.* Sed eadem manus in mar-

NOTÆ

664 *His adice, &c.*] His 137. vss. tractat et describit duos circulos obliquos in cœlis, zodiacum et lacteum circulum.

Obliquos] Ita enim 'Zodiacum lacteus circulus obliquæ circumflexionis occursu ambiendo amplectitur, ut eum, qua duo tropica signa, capricornus, et cancer feruntur, intersecet.' Macrob. in Somn. Scip. I. 12.

666 *Alter*] Zodiacus. His itaque 16. prioribus vss. peculiariter tractat de zodiaco, qui dicitur a voce Græca ζωὴ, *vita*. Quippe propter motum planetarum sub zodiaco, cetera hæc inferiora ab eo vitam habere creduntur. Vel potius a vocabulo ζώδιον, *animal*. Continet enim duodecim signa, quæ quorundam animalium figuras imitantur. Unde et 'signifer,' et 'signa ferens' dicitur; dicitur et via solis, quia sol sub eo vertitur, nec extra fines illius progreditur: dicitur et balteus cœlestis, quia oblique et in modum baltei cingit cœlum. Ejus enim poli distant a mundi polis grad. 23½. De limitibus ejus satis abunde et clare Poëta.

Phœbus] Sol, vs. 19.

Subsequiturque suo solem vaga Delia curru :
Et quinque adverso luctantia sidera mundo
Exercent varias naturæ lege choreas.
Hunc tenet a summo cancer, capricornus ab imo :
Bis recipit, lucem qui circulus æquat et umbras,
Lanigeri et libræ signo sua fila secantem.
Sic per tres gyros inflexus ducitur orbis,
Rectaque devexo fallit vestigia clivo.
Nec visus aciemque fugit, tantumque notari
Mente potest, sicut cernuntur mente priores :
Sed nitet ingenti stellatus balteus orbe,
Insignemque facit cælato lumine mundum,

fræna equorum suorum ; et luna sedens in suo curriculo sequitur solem : et quinque stellæ, quæ moventur cælo contrario, agunt diversos motus ex ordine naturæ. Cancer adhæret huic circulo a parte suprema, capricornus ab infima. Circulus, qui facit dies et noctes æquales, excipit illum bis, dum scilicet præscindit suas lineas in signo arietis et libræ. Pariter hic circulus describitur circumductus per tres fascias ; et mentitur rectas vias ex proclivitate declivi. Neque effugit oculos et acumen oculorum ; potest solum observari per mentem, veluti superiores quoque circuli observantur mente : nihilominus lucet in ingenti ambitu suo quasi balteus stellifer, et reddit cælum conspicuum præ luce stellarum, quæ in eo quasi contexta est : et ex-

gine : Al. *edice obliquos d. f. t.*' Stoeb.—672 Regiom. *secante.*—674 Cod. Paris. in marg. *Arctaque.* Alterum in versu.—675 ' Hoc de zodiaco circulo, seorsim a balteo considerato vs. 677. vere dici nequit. Unde malim pro *fugit* legere

NOTÆ

667 *Delia*] Luna, vs. 181.

668 *Quinque adverso, &c.*] Quinque planetæ, præter solem et lunam, Saturnus, Jupiter, Mars, Venus, et Mercurius, vs. 15. 805. et seqq.

670 *Hunc tenet a summo cancer*] Recedit enim ab æquatore zodiacus grad. 23½. ad septemtrionem ; qua parte, quia septemtrio sublimior cœli pars creditur, vs. 237. summa quoque pars est zodiaci, quæ ad ipsum cancrum pervenit.

Capricornus ab imo] Contra pars zodiaci infima dicitur, quæ ad Capricornum delabitur versus austrum. Ita enim zodiacus oblique statuitur, ut pars ejus media sublimior ab æquatore ad polum antarcticum declinet, pertineatque hinc ad capricornum, illinc ad cancrum, intersecetque bis æquatorem, semel in principio arietis, et semel in principio libræ. Quod præclare notat Poëta vs. 2. seqq.

671 *Qui circulus æquat*] I. e. æquator.

673 *Per tres gyros*] Tres lineas seu fascias, quarum duæ extremæ terminos illius agunt : media vero ecliptica dicitur, propter eclipses, quas sol patitur sub hac linea. Unus enim nusquam extra illam abit : ceteri vero planetæ contra.

677 *Balteus*] In modum baltei obliquus.

Et ter vicenas partes patet atque trecentas
In longum: bis sex latescit fascia partes,
Quæ cohibet vario labentia sidera cursu.
Alter in adversum positus succedit ad arctos,
Et paulum a boreæ gyro sua fila reducit,
Transitque inversæ per sidera Cassiepiæ.
Inde per obliquum descendens, tangit olorem;
Æstivosque secat fines aquilamque supinam,

tenditur in longitudinem trecentos et sexaginta gradus: et latitudo ejus, quæ coërcet stellas errantes diverso motu, patet in duodecim gradus. Alter circulus subsequitur versus ursas, quæ sitæ sunt sibi ex opposito, et retrahit parumper suas lineas a circulo boreæ, et præterit per stellas Cassiepiæ, quæ vergit in caput. Ex hoc loco delapsus per lineam obliquam tangit cycnum: et intersecat circulos æsti-

****

subit. Enclitica *que*, uti alias sæpissime, redundat.' *Stoeb.*—682 Scal. Delph. et vulg. *positas* 'Sic Gemblac. plerique alii *positos*: unus recentior *positus*. Hoc recte. Galaxias in adversum positus zodiaco: vide supra 664.' *Bent.* 'Gemb. Paris. et vulgg. præstantiores *positas*. Bene. Lacteus enim revera assurgit *ad ursas*, *quas* ex adverso sibi positas habet. Namque ex una parte poli arctici assurgit lacteus ad circulum arcticum; ex altera parte poli oppositi circa et intra eundem sitæ sunt ursæ. Multo, quod videtur, accuratius

NOTÆ

679 *Ter vicenas partes, &c.*] Dividitur enim zodiacus in 360. gradus; quorum 30. tribuuntur unicuique duodecim signorum.

680 *Bis sex latescit*] Latitudo zodiaci vulgo 12. grad. est; quia veteres animadverterunt solem et lunam, et planetas alios, recedere tantum 6. grad. hinc inde ab ecliptica. Recentiores vero latitudinem ejus fecerunt grad. 16. quia observaverunt planetas, saltem Martem et Venerem, ab ecliptica secedere hinc inde grad. 8.

681 *Vario labentia, &c.*] Planetas vss. 15. 805.

682 *Alter in adversum, &c.*] His reliquis 119. vss. tractat Poëta de circulo lacteo. Quas vero constellationes transeat, dixit Poëta satis clare.

Positas] Lacteus enim revera assurgit ad ursas, quas ex adverso sibi positas habet. Namque ex una parte poli arctici assurgit lacteus circulus ad brumalem seu arcticum circulum, ex altera parte poli oppositi circa et intra eundem circulum arcticum sitæ sunt ursæ. Unde recte dicitur lacteus circulus habere ursas sibi positas in adversum. Res patet in globo astronomico.

683 *Boreæ gyro*] Brumali, seu polari arctico circulo, qui boreæ gyrus dicitur a borea vento, qui flat a septemtrione.

684 *Inversæ Cassiepiæ*] Ita enim sita est in cœlis Cassiepia, ut pedes attollat ad polum arcticum, caput vero vergat deorsum, vs. 361. Lacteus autem circulus incipere dicitur a pedibus Cassiepiæ, et ad eosdem terminari, vs. 696.

685 *Olorem*] Cycnum, qui quasi infra cuneos primos lactei circuli coërcetur, licet expansis sit alis, vs. 345.

686 *Æstivos .... fines*] Tropicum cancri, vs. 566. Quem æstivum cir-

Temporaque æquantem gyrum, zonamque ferentem
Solis equos, inter caudam, qua scorpius ardet,
Extremamque sagittarî lævam, atque sagittam.
Inde suos sinuat flexus per crura pedesque
Centauri alterius: rursusque ascendere cœlum
Incipit; argivamque ratem per aplustria summa,
Et medium mundi gyrum, geminosque per ima
Signa secans subit heniochum; teque unde profectus,
Cassiepia, petens super ipsum Persea transit;
Orbemque ex illa cœptum concludit in ipsa:

vales, et aquilam incumbentem dorso: secat et circulum, qui æquat tempora: et circulum, qui portat equos solis, scilicet inter caudam, qua scorpius micat, et supremam partem sinistræ arcitenentis; et telum illius. Ex eo loco flectit suos ductus per crura et pedes alterius centauri: et iterum incipit assurgere versus cœlum: et intersecans navem argo per suprema aplustria, et secans circulum medium cœli, et geminos per stellas inferiores illorum, pervenit ad heniochum: et proficiscens ad te, o Cassiepia, a qua progressus erat, transgreditur supra ipsum Perseum: et terminat circulum suum in ipsa

hunc circulum definit Hygin. Poët. Astron. IV 7.' *Stoeb.*—688 Scal. Delph. et vulg. *intra.*—693 Cod. Paris. et Regiom. *per imum*, et mox 694. *secat.* Scal. et vulg. *inde.*—696 Scal. Delph. et vulg. *in illa.*—705 'Libri *æqualibus.*

NOTÆ

culum secat lacteus circulus inter caput cycni et extremam alam dextram aquilæ.

Aquilamque supinam] Caput enim vergit deorsum, vs. 343. Transit autem lacteus circulus per posteriores aquilæ partes.

687 *Temporaque æquantem*] Æquatorem, quem secat lacteus circulus primum inter Ganymedem et serpentarium, qua et ipsum secat colurus solstit.

Zonamque ferentem Solis equos] Zodiacum, quem lacteus circulus secat intra pectus sagittarii et pedem sinistrum serpentarii non procul a cauda scorpionis.

689 *Sagittam*] Telum, quod gerit sagittarius.

691 *Centauri alterius*] Australis scilicet, vs. 426. qui pedibus lacteum circulum terere videtur juxta polarem circulum antarcticum.

692 *Argivam ratem*] Navim argo, vs. 402. cujus superiores partes tangit et secat lacteus circulus.

Aplustria] Ornamenta sunt navis, quæ in summitate mali appenduntur. Hic autem sumitur pro superiori parte argo navis.

693 *Medium mundi gyrum*] Æquatorem: quem iterum secat lacteus circulus intra orionem et canem minorem.

Per ima] Per pedes amborum geminorum.

694 *Subit heniochum*] Aurigam, vs. 362. cujus pedes ac partes posteriores quasi lambit circulus lacteus.

695 *Super ipsum Persea*] Quanquam videtur Perseus includi totus intra ultimos lactei gyri cuneos.

696 *Ex illa*] Cassiepia, a cujus pedibus cœperat lacteus circulus, et in

Tresque secat medios gyros, et signa ferentem
Partibus e binis, quoties præciditur ipse.
Nec quærendus erit. Visus incurrit in ipsos
Sponte sua, seque ipse docet cogitque notari.
Namque in cœruleo candens nitet orbita mundo,
Ceu missura diem subito, cœlumque recludens.
Ac veluti virides discernit semita campos,
Quam terit assiduo renovans iter orbita tractu;
Inter divisas æquabilis est via partes :
Ut freta canescunt sulcum ducente carina,
Accipiuntque viam fluctus spumantibus undis,

Cassiepia, a qua fuerat inchoatus. Et intersecat tres circulos medios, et signiferum, in duabus partibus, in quot scilicet ipse quoque secatur ab ipsis. Neque investigandus erit oculis, incidit ultro in ipsos oculos, et ipse manifestat sese, et cogit observari. Etenim lucet in glauco cœlo, veluti rota albescens, quæ quasi datura sit lucem protinus, et quæ patefaciat cœlum. Et quemadmodum callis, quem rota iterans viam per rotatum continuum atterit, distinguit agros gramineos, et est semita æquata inter partes separatas: et quemadmodum mare albescit, quando carina agit sulcum in aquis, et undæ ex aquis spumescentibus admittunt iter,

Iterum versus spurius intervenit; sensu nullo.' *Bent.* ' Sic Cod. Paris. in margine. Lectio corruptissima, cui solus succurrit Cod. Lips. qui legit *Inter divisis æqualibus est via partis.* Scribe divisim, *In ter divisis æqualibus, &c.* Ita sensus erit facilis et apertus. Veluti, inquit Poëta, cum campi æquales in tres divisi sunt partes, et una pars, scil. intermedia, est via: sic Lacteus duabus cæli plagis, media quasi via, interjacet. Gemino scriptionis vitio in Cod. Paris. IV. 314. *Inter densas* legitur, pro quo Regiom. rectius, *In ter densas.*'

NOTÆ

quibus terminatur.

697 *Tresque secat medios gyros*] Duos tropicos et æquatorem, qui medii sunt cœli circuli. Bis autem unumquemque istorum secat. Tropicum cancri, 1. intra caput cycni et aquilam. 2. intra caput tauri et pedes geminorum. Tropicum capricorni, 1. intra pectus sagittarii et pedes serpentarii; 2. intra rostrum navis argo et dorsum canis majoris. Æquatorem, 1. intra Ganymedem et pectus serpentarii; 2. intra dorsum orionis et canem minorem.

Signa ferentem] Zodiacum, vs. 666. quem circulus lacteus secat. 1. ad caput tauri; 2. ad caput sagittarii.

699 *Nec quærendus, &c.*] His 16. vss. monet Poëta circulum lacteum facile sub oculos cadere cuique intuenti. Sic Macrob. in Somn. Scip. I. 15. ' Circulus lacteus solus ex omnibus subjectus est oculis : ceteris circulis magis cogitatione, quam visu, comprehendendis.' Unde comparat illum Manilius modo tritæ viæ, quæ gramina hinc inde dividens aperte cernitur; modo viæ, quæ navi in mari vela faciente dealbescit; modo iridi, seu arcui cœlesti, qui præ variis suis coloribus conspicuus notatur. Ovid. Metam. II. 169. ' Candore notabilis ipso.'

Qua tortus verso movit se gurgite vertex:
Candidus in nigro lucet sic trames olympo,
Cœruleum pingens ingenti lumine mundum.
Utque suos arcus per nubila circinat Iris,
Sic super incumbit signato culmine limes
Candidus, et resupina facit mortalibus ora;
Dum nova per cæcam mirantur lumina noctem,
Inquiruntque sacras humano pectore causas.

quod vorago sinuosa excitavit de profundo aquarum inverso: sic lacteus circulus fulget in cœlo tenebroso, proscindens magna luce sua cœlum glaucum. Et sicut iris curvat suos arcus per medias nubes, ita circulus lacteus superimpendet e vertice cœli notato, et reddit erectos vultus hominibus, quando lux illius de novo apparens micat in nocte tenebrosa: et homines perscrutantur mentis humanæ viribus

Stoeb.—708 Scal. Delph. et vulg. *Quam t. v. m. de g. v.* ' Quid est, *movere viam de gurgite?* Repone *Qua . . . se g. v.*' Bent. ' Cod. Paris. et Regiom. *de gurg. vortex*, non *vertex*. Mox vs. 709. *limes* pro *trames*. Vs. 710. *findens*, quod videtur rectius ac *pingens*.' Stoeb.—709 Scal. Delph. et vulg. *limes*. ' Tertio abhinc versu iteratur illud *limes*. Lege hic *trames*, ut supra 703. *semita*.' Bent.—710 Scal. Delph. et vulg. *findens*. ' Libri vett. *fingens*. Lege igitur *pingens*.' Bent.—714 Scal. Delph. et vulg. *vibrantur*. ' Egregie cod. Venet. *mirantur*. *Dum* mortales *mirantur et inquirunt causas*. Si *vibrantur* amplecteris, tum constructio erit, *lumina inquirunt causas*.' Bent. ' Hoc Codex Venetus Bentleio suggessit. Ceteri omnes, *vibrantur*, quod Auctoris sententiæ magis convenit, et cum Latinitate conciliari facile potest. Id enim in stuporem rapit mortales, ut *resupino ore* cælum respiciant, quod novas stellas *vibrantes* i. e. tremulo lumine micantes, conspiciunt. Est autem hoc *vibrare* ex illorum numero verborum, quæ cum passiva significatione active efferri solent, de quibus vide Heins. ad Silium I. 539. Passivæ formæ et significationis exemplum (rariora enim hæc sunt) habes Æneid. VIII. 524. ' Namque improviso vibratus ab æthere fulgor Cum sonitu venit, &c.' ' *Stoeb.*—

NOTÆ

709 *Candidus...trames* [*limes*] Circulus lacteus. Cur autem dicatur *candidus* et *lacteus* docebit Poëta vs. 748.

Olympo] Cœlo, vs. 178.

711 *Iris*] Arcus cœlestis. Iris autem Poëtis est Dea, aut Deorum, sed Junonis præsertim, internuntia, quæ Thaumantis ex Electra nata fingitur. Unde cœlestis arcus dicitur *thaumantias*, a verbo *θαυμάζειν*, *mirari*. Mirabilis enim est ille arcus præ mira colorum varietate, qua distinguitur. Quanquam quatuor duntaxat præcipui colores interlucent: puniceus, qui extimus est; flavus, qui succedens; viridis, qui tertius; purpureus, qui intimus. Quod tamen in iride primaria solum observatur. Etenim in secundaria, quæ aliquando et amplior et superior est, hi quatuor colores ordine inverso cernuntur. Sed de his fusius Lucret. VI.

713 *Resupina*] Eleganter, namque ex admiratione vultum resupinant homines ad viam lacteam inspiciendam. Arat.

715 *Inquiruntque, &c.*] Jam varias de arcu cœlesti opiniones, aut fabulas, relaturus est Poëta ab hoc vs. ad vs. 802.

Num se diductis conetur solvere moles
Segminibus, raraque labent compagine rimæ,
Admittantque novum laxato tegmine lumen.
Quid sibi non timeant? magni cum vulnera cœli
Conspiciant, feriatque oculos injuria mundi.
An coëat potius, duplicisque extrema cavernæ

divinas causas illius rei. Utrum ingens machina cœlorum enitatur disjungere sese præ partibus illorum distractis, et an fissuræ minentur ruinam ex levi commissura illa, et emittant terris novam lucem ex tecto cœlorum dissoluto? Quid? Quasi homines non metuant, cum videant plagas immensi cœli, et cum damnum cœli percutiat oculos, utrum cœlum bene compactum sit, et extremitates concavitatis geminæ

715 Cod. Paris. et Regiom. *Inquirantque.*—716 'Recte: non *deductis*, in cujus commutatione peccant ut plurimum Codd. Mss. et Impressi vetustiores.' *Stoeb.*—717 Vulg. *Seminibus* . . . . . . *labet compage carinæ.* 'Alii *compage ruinæ*, nec male; idem enim fere sensus, licet non eadem verba.' *Delph.*—718 'Editi Veteres: *Admittatq. nov. lax. pectore lum.* Sic etiam Cod. Paris. cui alterum, *admittant*, pro varia lectione. Nimirum, uti *conetur* vs. 716. Ita *labet* Ms. Paris. et Regiom. *labent* Rom. Ald. Pruckn. *admittatq.* Regiom. *Compages* autem *carinæ* non plane inepta metaphora, sed vel ex ipsa globi artificialis constructione orta, qua plura *segmina* conglutinantur. Et utrumque hemisphærium carinæ formam satis luculenter refert. Itaque *pectus carinæ* accipiendum pro *medio*, ubi maxime cava carina est. Quid autem pectori, tumido præsertim, similius?' *Stoeb.*—719 Scal. Delph. et vulg. et Codd. Ms. et Vulgati Veteres omnes: *Quid? quasi non timeant*, quæ ridentis sensum quam maxime produnt.' *Stoeb.* 'Præstantissimus Fred. Gronovius legit *quid sibi n. t.?* Nihil verius.' *Bent.*—721 Scal. Delph. et vulg. *An coeat mundus.* 'Vide quam inconcinne, *injuria mundi*, et extemplo sequitur *An coeat mundus.* Repone *An c. potius.* Sententia continuatur a vs. 716. Num moles conetur se solvere, quæ a principio compacta erat: *an potius* moles *coeat*, quæ ab initio disjuncta erat.' *Bent.* 'Reclamant Libri antiqui, *mundus.* Ms. vero Lips. *mundum*, quod merito repudiaveris. Alterum vero retinen-

NOTÆ

716 *Num se diductis, &c.*] His 11. vss. primam notat sententiam Theophrasti, qui, teste Macrobio, in Som. Scip. 15. circulum 'lacteum dixit esse compagem qua de duobus hemisphæriis cœli sphæra solidata est; et ubi oræ utrimque convenerant, notabilem claritatem videri.' Quam tamen sententiam arguit potius per ironiam, quam asserit, Poëta. Videtur enim ridere veteres illos, qui ex hac compage cœlorum, mundi ruinam inchoandam crediderint, aut metuerint: sive, quia male conveniant extrema cœli, sive, quia manifesta cicatrix vulnera renovare videatur; sive, quia circulus ille lacteus condensatus, et in nebulam aëriam coactus videatur quasi cuneus agi in ipsa cœli fundamina, quo scindantur. Quasi vero commissura illa ruinam cœlorum minitetur.

717 *Segminibus*] Partibus, extremis, segmentis.

719 *Vulnera*] Scissuras, rimas, hiatus. Metaphora est.

721 *Duplicisque extrema cavernæ*] Duas cœli partes concavas, quas lacteus circulus hinc inde separat.

Conveniant, cœlique oras et segmina jungant;
Perque ipsos fiat nexus manifesta cicatrix,
Fusuram faciens: mundi stipatus et orbis,
Aëriam in nebulam crassa compagine versus,
In cuneos alti cogat fundamina cœli.

cœlorum cohæreant, et connectant stellas et extremas partes cœli. Et num aperta cicatrix fiat per ipsas commissuras, quæ faciat scissuram cœli. Et num circulus ille coactus, et mutatus in nubem ætheriam in illo lucido nexu, agat cuneos in fundum, tametsi modo præcessit *injuria mundi*. Ad talia enim multa in hoc Auctore connivendum. Conf. supra dicta ad vs. 197.' *Stoeb.*—722 Mss. et vulg. *et sidera tangant.* ' Melius Gemblac. *jungant:* quanquam τὸ *sidera* suspectum est. Nescio an Manil. scripserit, *et fædera jungant*. Nam quia *federa* scriptum erat sine diphthongo, inde ansa librario depravandi locum.' *Scal.* ' Apage illud *sidera;* quod ubique prave a librariis inculcatur. Scaliger *fædera* mavult. Repone, *segmina*. Hic *juncta segmina*, ut contra versu 717. *diducta segmina*.' Bent. ' Ms. Paris. et Regiom. *sydera tangant*. Nec ita male. Mox, vs. 723. iidem Libri pro *fiat* legunt *jungat*.' Stoeb.—724 Scal. Delph. et vulg. *Fissuram*. ' *Fissuræ* vocabulum, sive scissuræ, rimæ, sententiæ ipsi contrarium est. In hac enim non moles prius juncta *conatur se diducere;* sed prius disjuncta conatur *coire*. Gemblac. et Lips. *fusuram*. Lege igitur et distingue, *Fusuram faciens: mundi, &c. Fusuram*, conflaturam, χωνείαν, ferruminationem, plumbaturam. Glossæ: 'χωνευτὴς, fusor, conflator.' Plinius xxxiv. 22. ' Ipse lapis ex quo fit æs, Cadmia vocatur, fusuris necessarius, medicinæ inutilis.'' *Bent.* ' Restitue *Fissuram*, quod melior Vulgatorum pars agnoscit; nec refragatur Cod. Lips. a manu doctiore correctus. Distingue sic, *Fiss. fac. mundi* (:) Ita sibi cetera cohærent aptissime.' Stoeb.—725 Scal. Delph. et vulg. *clara*. ' Quid *clara* hic faciat non intelligo. Repone *crassa*. Hic *crassa compagine*, ut supra 717. in contraria sententia *rara compagine*. Ita mox, 754. ' Contexit flammas et crasso lumine candet.' Mox *in cuneos cogat;* figurate, h. e. comprimat, condenset, constipet. Virg. Æn. xii. 575. ' Dant cuneum, densaque ad muros mole feruntur.' et ibid. 457. ' densi cuneis se quisque coactis Agglomerant.' *Bent.* ' Codd. Paris. Lips. et Editi omnes, *clara;* quod si quis præferre alteri voluerit, equidem non repugno. Etenim Lacteus *candore* magis et claritate quam crassitie insignis est Poëtis. Vide Nostrum vs. 709. et 718. Neque satis apte dici *crassa compages* videtur, eademque

NOTÆ

724 *Orbis*] Suppl. *Lacteus.*

725 *Aëriam in nebulam*] In nebulosam lucem. Tota enim illa via circuli lactei lucem emittit subobscuram.

726 *In cuneos.... cogat fundamina cœli*] Hypallage est, pro *cogat cuneos in fundamina cœli*. Sic Virg. Æn. xii. 204. ' Tellurem effundat in undas,' pro *effundat undas in tellurem*. Sic dicimus, *rati tradere ventos*, pro *ratem tradere ventis*, *&c.* Horum itaque verborum sensus inde repetendus est: Quid? quasi non timeant homines num coëat mundus: et num circulus ille lacteus stipatus, et coactus in nebulam aëriam, cogat et agat cuneos in fundamina cœli, i. e. num findat, instar cunei, cœlos medios, unde ruina totius molis sequatur. Neque enim hæc verba, *in cuneos cogat*, possunt hic verti, *condenset*, *comprimat*. Quis enim sensus? Quasi non timeant homines, num stipatus lacteus orbis

An melius manet illa fides, per sæcula prisca
Illac Solis equos diversis cursibus isse,
Atque aliam trivisse viam: longumque per ævum
Exustas sedes, incoctaque sidera flammis
Cæruleam verso speciem mutasse colore;
Infusumque loco cinerem, mundumque sepultum.
Fama etiam antiquis ad nos descendit ab annis,

damenta magni cœli. Numquid melior est illa opinio in antiquis temporibus, scilicet equos Solis progressos esse variis cursibus per illam viam lacteam; et postea calcasse aliud iter; et per diuturnum tempus locos illos cœli adustos fuisse, et stellas ipsas, concrematas ignibus solis, immutasse colorem cæruleum, cœli mutato quoque colore, et cinerem aspersum fuisse in ea cœli parte, et cœlum quasi inhumatum? Fabula quoque venit ad nos a priscis temporibus, Phaëtontem, vectum curru

rara, i. e. tenuis, levis vs. 717.' *Stoeb.*—728 Mss. et sic Scal. in textu, et Vulg. *curribus*. 'Gemblac. et Lips. rectius, *cursibus*: quod et Scal. placuit.' *Bent.* 'Recte sic quidem Codd. Gemblac. et Lips. quod tametsi Scal. etiam placuit, in textum tamen recipere ausus non est. Vidit enim, constanter editum fuisse *curribus diversis*, quam lectionem referunt Ms. Paris. et Exempl. Regiom. *Curribus* per enallagen numeri dictum pro *curru*. *diversus* est *qui, a via deflectens, huc illuc versatus est*. Sic Virgil. Æn. v. 166. Quo *diversus* abis? Statius eleganter Achil. I. 200. 'Huc illuc diversa mente volutat.' Quam copiosius depingit Virgil. Æneid. IV. 285. sq. 'Atque animum nunc huc celerem nunc dividit illuc, In partesque rapit varias, perque omnia versat.'

NOTÆ

in nebulam aëriam, cogat in cuneos, i. e. condenset ac comprimat fundamina cœli, hoc est, cœlos. Immo, nullus esset timor ille hominum. Timent enim ne dissolvatur cœlum per illam commissuram. Si ergo lacteus comprimat cœlos, quomodo dissolverentur? Immo solidarentur magis.

727 *An melius, &c.*] His 6. vss. proponit secundam de circulo lacteo opinionem, quam inprimis tutatus est Metrodorus. Plut. III. Plac. I. Hi quippe autumarunt, hanc aliquando fuisse viam solis, qui diuturno sui ardore stellas ibi ac cœli partem illam inusserit; quique mutata via inter astra lacteam hanc reliquerit, ut zodiaci fasciam peragraret.

732 *Mundumque sepultum*] Cœlumque quasi cineribus perfusum.

733 *Fama etiam, &c.*] His 15. vss. tertiam sententiam de circulo lacteo, aut fabulam potius, refert, quam Ovid. Metam. II. eleganti carmine contexuit. Fabulati sunt igitur Poëtæ, Phaëtontem Apollinis ex Clymene natum, cum sibi Epaphus Jovis ex Io natus objecisset falso sole patre gloriari, id ægre ferentem, matris suasu adiisse solem, ut currus sui regendi vel uno die potestatem faceret. Quod cum impetrasset, currum solis ascendit: sed insolito et imperito aurigæ non obtemperantes equi, qua tulit impetus, demissius altiusve discurrunt, ac præsertim illam cœli partem percurrunt, quam nimius solis ardor adussit; inde factus circulus lacteus, et totus arsit mundus. Hinc autem ortam fabulam istam docet Aristoteles De Mundo, quod, quo tempore currum solis egerit Phaëton,

Phæthontem patrio curru per signa volantem,
(Dum nova rimatur propius spectacula mundi,
Et puer in cœlo ludit, curruque superbus
Luxuriat nitido, cupit et majora parente,)
Monstratas liquisse vias, aliamque recentem

paterno per sidera, dum ille admiratur propinquius miracula cœli sibi incognita, et veluti puer ludit in cœlo, et sublimis curru lascivit per cœlum, et vult tentare res majores, quam pater ejus tentavit, Phaëtontem, inquam, deseruisse iter sibi ostensum a patre, et transtulisse globum solis novum in novam cœli partem; neque stel-

Stoeb.—735 Scal. Delph. et vulg. *miratur.* 'Quid sit 'propius mirari' ab aliis velim discere. Mihi ab auctore fuisse videtur *rimatur. Propius rimari*, ut 'propius scrutari,' Noster I. 11. 'Jamque favet mundus propius scrutantibus ipsum.' *Bent.* 'Servat hic nativam significationem, nec tamen ideo edendum fuerat *rimatur* pro *miratur*, cui omnes Codd. patrocinantur. Neque *propius mirari* dicitur spectacula mundi, sed cum propius illis accessisset.' *Stoeb.*—737 Scal. Delph. et vulg. *Luxuriat mundo.* 'Mundus omnium animalium parens, ut Noster II. 101. de pecudibus, 'Natura tamen ad mundum revocante parentem. Hic tamen non universus omnium parens, sed proprius Phaëthontis, qui sol fuit, indicatur. Sol vero nusquam vocatur mundus. Gronovius igitur Observ. I. 9. *mundi* legit: ut 'currus mundi, sit is quo sol vehitur.' Atqui versu 734. *patrius currus* erat, hoc est, solis, non mundi. Repone, *nitido.* Recte *nitido;* quo adolescentis animus captabatur. Horatius in Carmine Sæculari, 'Alme sol, curru nitido diem qui Promis et celas.' Vel et sic distinguas, *Luxuriat, nitido cupit et majora parente.* Nitido parente, ut Ovid. Fast. III. 44. de sole, 'Restabant nitido jam duo signa deo.'' *Bent.* 'Repone, auctore Ms. Paris. *mundo*, i. e. *æthere* vel *cœlo*, in quo *curru* solis *superbus* Phaëthon *luxuriabat*, ultro citroque vectus.' *Stoeb.* 'Bent. *nitido*, quod idem est, non perpendens vocem *mundo* esse nomen adjectivum. Ita *mundo curru* idem valet ac *nitido curru.*' Burton.—738 Scal. Delph. et vulg. *orbemque rigentem.* 'Mss. *orbemque regentem.* Gemb. *rigentem.* 'Nihil verius. Nam qua currus solis ibant, erat flammea et ignea via. Nunc diversis curribus solis, eam viam rigentem factam.' *Scal.* 'Gemb. Venet. et Voss. *rigentem;* Lips. cum ceteris *regentem.* Quid sit *rigentem orbem polo imposuisse*, cum Phaëthon omnia incenderit, ne Œdipus quidem interpretetur. Nos partim vi sententiæ, partim more auctoris adjuti, veram, ut opinor, lectionem divinavimus,

NOTÆ

multæ de cœlo ad occasum lapsæ sint stellæ, aut flammæ cœlestes, quibus variæ terrarum regiones arserunt. Mera quoque est hæc fabula.

734 *Phæthontem*] Vel, Phaëtontem, a verbo Græco, *φαέθειν*, *splendere:* Apollinis seu Solis filium. Ovid. Metam. I. et II.

737 *Nitido* [*mundo*] Cœlo, æthere, vs. 3.

Parente] Sole.

738 *Monstratasque vias, &c.*] Sol enim Phaëtontem edocuerat iter, quod in cœlis sequeretur. Ovid. Metam. II. 129. 'Nec tibi directos placeat via quinque per arcus. Sectus in obliquum est lato curvamine limes, Zonarumque trium contentus fine, polumque Effugito australem junctamque aquilonibus arcton. Hac sit iter: manifesta rotæ vestigia cernes,' &c.

Imposuisse polo: nec signa insueta tulisse
Errantes meta flammas, currumque solutum.
Deflexum solito cursu, curvisque quadrigis.
Quid querimur flammas totum sævisse per orbem?
Terrarumque rogum cunctas arsisse per urbes?
Cum vaga dispersi fluitarunt fragmina currus,

las, quæ non erant assuetæ ignibus solis, sustinuisse ignes illius vagantes huc illuc pro arbitrio; et currum solis disjectum esse et divertisse e via assueta; et quatuor equis solis deflexis, ignem pessime grassatum esse per totum orbem terrarum, quod conquerimur, et pyram terrarum incensam fuisse per omnes urbes, quando ignes errantes currus disjecti discurrerunt huc illuc, et cœlum combustum est; ipse mun-

* * * * * * * * * * * *

aliamque recentem. Novam et *recentem* viam *imposuisse polo*, sive mundo aut cœlo. Noster v. 98. 'Hoc genitum credas de sidere Bellerophonten Imposuisse viam mundo, per signa volantem:' et IV. 903. 'Edomuit terram ad fruges, animalia cepit, Imposuitque viam ponto.'' *Bent.* 'Hoc *recentem* vix est ut apud Nostrum usquam reperias. Codd. Paris. Lips. et Editi antiqui: *orbemque regentem.* Gemblac. *rigentem*, quo nihil dari verius, judice Scaligero, potuisset.' *Stoeb.*—740 Scal. Delph. et vulg. *nutu.* 'Quid sodes est, *flammas errantes nutu?* nutu, opinor, Phaëthontis. Atqui ille, ex Manilii sententia, volens, non coactus, *monstratas vias liquit.* Frustra quoque is equis *innuisset*, quem equi pone sedentem non videbant. Repone, *meta. Meta*, hoc est, stato et solito solis cursu. Supra versu 199. 'Cum suspensus est Phœbus, currusque reflectat Huc illuc agiles, et servet in æthere metas.' et 570. 'metamque volantis Solis.'' *Bent.* 'In membrana Paris. et Regiom. legitur *nutu*, quod spectare Phaëthontem videtur equos sinistre regentem.' *Stoeb.*—741 '*Currum solutum*, aut liberum interpreteris, aut fractum et dispersum. Utrumvis accipe, et versus hic se adulterinum ostendit. Quippe si meta currus errat, et *liber* volat, sero dicit auctor *deflexum esse solito cursu*: serius, si *fractus* est. Quid vero est, *currum deflexum curvis quadrigis?* curvæ videntur quadrigæ, cum a recta via deflectuntur. Ergo si currus deflectitur a curvis quadrigis, in viam rectam redit. Ut taceam ineptiam sermonis; nam perinde est, ac currum deflecti a curvo curru.' *Bent.*—742 Scal. et vulg. *Quod q. f. t. sævisse per orbem.* 'Hæc mendosa: sed facilis sententiæ ipsius ductu est emendatio, *Quid q. f. t. sævisse p. orbem?* Sensu aperto: Quid querimur terrarum orbem tunc conflagrasse? Etiam cælum exustum est. *Sæviunt* ignes, flammæ, procellæ, passim apud scriptores.' *Bent.*—744 Scal. Delph. et vulg. *lumina currus.* 'Repone *fragmina.* id quod fluitarunt postulat. Virg. Æn. x. 306. 'Fragmina remorum quos et fluitantia transtra Impediunt.' Ovid. Met. XI. 560. 'tenet ipse manu, qua sceptra solebat, Fragmina navigii Ceyx.' et XIV. 563. 'Neritiæque ratis viderunt fragmina lætis Vultibus.' Met. II. 316.

NOTÆ

Aliam [*orbemque*] Vel, rotam currus, vel, solis globum, quem novum novis cœli partibus imprudens admovit Phaëton.

739 *Polo*] Suppl. Arctico. Namque ad septemtrionales partes accessit Phaëton. Ovid. Metam. II.

741 *Quadrigis*] Sol enim quatuor tantum vehitur equis, qui sunt, Pyrois, Eous, Æthon, et Phlegon. Ovid. Metam. II.

742 *Sævisse*] Eleganter dicitur ignis *sævire*, id est, grassari, furere, &c.

Et cœlum exustum est. Luit ipse incendia mundus,
Et vicina novis flagrarunt sidera flammis,
Nunc quoque præteriti faciem referentia casus.
Nec mihi celanda est fama vulgata vetusta
Fabula, de niveo lactis fluxisse liquorem
Pectore reginæ Divum, cœlumque colore
Infecisse suo. Quapropter lacteus orbis

dus totus passus est flammas; et stellæ novæ arserunt e proximis ignibus solis, et servant etiam nunc speciem excidii præteriti. Neque tacenda est mihi vulgaris antiquitas fabulæ, quæ minus est violenta, scilicet humorem lactis defluxisse e candido sinu reginæ Deorum, et tinxisse cœlum suo colore. Quamobrem vocatur lac-

‘Illic fræna jacent: illic temone revulsus Axis; in hac radii fractarum parte rotarum; Sparsaque sunt late laceri vestigia currus.’ *Bent.* ‘Cum de curru solis agitur, melius foret legere *lumina*, quod et Paris. et Regiom. Codd. tenent.’ *Stoeb.*—746 Scal. Delph. et vulg. *Et nova viciniis.* ‘Quænam sunt ista nova sidera? mirum ni ab incendio producta et creata fuerint. Repone *Et vicina novis. Vicina* disperso currui: nam longe remota in tuto erant. *Novis flammis:* quia veteribus et suis antea fulserant. Noster IV. 838. ‘Nec non cum patrias Phaëthon tentavit habenas, Arserunt gentes: luit ipsum incendia cælum, Fulseruntque novis ardentia sidera flammis.’ *Bent.* ‘Codd. Paris. et Regiom. *Et nova viciniis.* Mox *sidera* Cod. Paris. pro var. lect. *lumina* in versu.’ *Stoeb.*—747 Scal. Delph. et vulg. *servantia.* ‘Gemblac. et Voss. *reserantia:* Lips. *reserentia:* Venet. *referentia.* Hoc recte: sic Noster I. 459. ‘similesque figuras Astrorum referunt.’ et II. 249. ‘Vel quæ fessa sedent, pigras referentia mentes.’ et V. 265. ‘Et medicos unguenta dabit referentia flatus.’ *Bent.*—748 Scal. Delph. et vulg. *N. m. c. e. famæ v. vetustas Mollior, e n. l.* ‘Sic omnes hic librarii; quorum qui primus hæc et talia huic auctori inussit, pro præmio crucem merebatur. Quid enim est *vetustas vulgata famæ?* Hæc monstra sunt nec ulli poëtæ adscribenda. *fama v. vetusta Fabula de, &c.* Noster II. 37. ‘Quorum carminibus nihil est nisi fabula cælum.’ ‘Fabula vulgata,’ et ‘fama vetusta’ passim.’ *Bent.* ‘Legunt codd. *famæ v. vetustas Mollior:* i. e. vulgaris antiquitas fabulæ. Mollior autem dicitur, comparatione illius Phaëthonteæ, quæ violentior omnino videtur. Cf. mox

NOTÆ

745 *Mundus*] Cœlum et terra, vs. 521.

748 *Nec mihi celanda, &c.*] His 5. vss. quartam proponit opinionem de circulo lacteo, quæ mera quoque fabula est; finxerunt enim hanc cœli partem lacteam esse factam ab effusione lactis e sinu Junonis. Fabulantur enim Junonem, dum Mercurio, inscia, vel, ut aliis placet, Herculi supposito dormiens lac præberet, ubi rem cognovit, aut expergefacta fuit, illos a mammis removisse, nec lac tamen retinuisse, sed per cœlos effudisse. Alii volunt, quo tempore Ops Saturno lapidem pro partu apposuit, jussam eam quoque lac præbere, quod profusum tinxit illam cœli partem lacteam. Hygin.

750 *Reginæ Divum*] Junoni.

751 *Lacteus orbis*] Græcis dicitur γαλαξίας, sup. κύκλος, i. e. *lacteus circulus*, a voce γάλα, *lac*.

Dicitur, et nomen causa descendit ab ipsa.
Anne magis densa stellarum turba corona
Contexit flammas, et crasso lumine candet,
Et fulgore nitet collato clarior orbis?
An fortes animæ dignataque numina cœlo,
Corporibus resoluta suis, terraque remissa,

teus circulus, et nomen ejus ducitur ex ipsa causa rei. Numquid numerosior multitudo stellarum efficit illos ignes quasi præ cætu condensato, et inde circulus ille albescit ex luce spissa, et splendidior lucet ex splendore coagmentato? Numquid generosæ animæ et personæ, quæ dignæ sunt cælo, liberatæ e corporibus, et redditæ

dicenda ad vs. 757.' *Stoeb.*—753 Scal. Delph. et vulg. *An major densa.* Cod. Lips. *densat.* 'Lego *anne magis densa:* h. e. *an potius.* Nempe hæc vera causa est, ut per telescopia certo scimus.' *Bent.*—756 Scal. Delph. et vulg. *nomina.* 'Quid hoc est? nomina *corporibus suis resoluta?* an nomina corporibus vestiuntur? Lipsiensis pro varia lectione habet *numina;* Vossianus *lumine.* Repone, *numina.* Numina quidem, sed cælo dignata; non nativa: non Dei genitales; sed indigetes, qui mortalitate exuta cælo recepti sunt.' *Bent.* '*Numina* Bentleius, sed quomodo *Numina* antequam in cœlum recepta? Nomina non hic significat, ut nugatur Bentleius, hominum *titulos* aut *appellationes,* sed *homines* claris nominibus insignitos, et ideo cœlo dignos, post mortalitatem exutam. Quid? Bentleius potuit ita errare, ut non in mentem veniret, vocem *nomina* hoc loco ab auctore usurpatam per metonymiam adjuncti, ubi adjunctum pro subjecto ponitur? Papæ!' *Burton.*—757 Scal. Delph. et vulg. *terræque.* 'Sic codices: quod defendit quidem Gronovius Observ. I. 10. Tu tamen repone, *terraque,* ut Virgil. Æn. v. 98. 'animamque vocabat Anchisæ magni, manesque Acheronte remissos.' At animæ in galaxia non *Acheronte,* sed *terra,* remissæ sunt; quia inde recta in cælum evolarunt, inferis contemptis. Ovid. Heroid. xv. 53. 'Aut vos

NOTÆ

753 *Anne magis*] His 3. vss. quintam proponit de circulo lacteo opinionem, quæ Democriti fuit, qui rem feliciter assecutus est, dum *viam lacteam* nihil aliud esse conjecit, quam, ut ait Macrob. in Som. Scip. I. 15. 'Innumeras stellas, brevesque omnes, quæ spisso tractu in unum coactæ, spatiis, quæ angustissima interjacent, opertis, vicinæ sibi undique, et ideo passim diffusæ lucis aspergine continuum juncti luminis corpus ostendunt.' Cujus rei fidem facit conspicillum Galilei, seu usus telescopii, quo stellulæ multæ, alioquin inconspicuæ, cernuntur.

756 *An fortes animæ, &c.*] His 45. vss. sextam proponit de via lactea opinionem, quæ tamen mera est fabula. Veteres enim Romani fabulati sunt lacteum circulum esse sedem animarum heroum fortiumque virorum. Cic. Som. Scip. et Ovid. Met. I. 170. 'Hac iter est Superis ad magni tecta Tonantis.' Unde Manilius varia citat nomina virorum, tam Græcorum quam Romanorum, aut aliorum, qui hanc sedem habitent post mortem.

Numina [*nomina*] Viri nomine clari et nobiles.

757 *Terraque remissa*] Ex veterum opinione, qui credebant animas, e cælo lapsas in corpora, iterum e cor-

Huc migrant ex orbe; suumque habitantia cœlum
Æthereos vivunt annos, mundoque fruuntur?
Atque hic Æacidas, hic et veneramur Atridas,
Tydidenque ferum; terræque marisque triumphis
Naturæ victorem Ithacum; Pyliumque senecta

terris, ascendunt in hanc sedem, et incolentes antiquum suum cœlum vivunt annos cœlestes, et potiuntur cœlo? Et revera ibi honoramus Æaci nepotes, et Atrei filios, et crudelem Tydidem, et Ithacum victorem universi per triumphos quos retulit

erronem tellure remittite nostrum.' *Bent.* 'Non erat mutandum *terræq.* quod universi Libri ferunt. Dictum et hoc pro, *a terra,* uti supra vs. 748. *famæ vulgata,* i. e. a fama. Ita quoque Propert. III. 7. 54. 'Parthorum *astutæ* tela remissa *fugæ,*' quod frustra mutandum putat Freinshemius, tanquam comptius esset, *astuta fuga.* Pro *nomina* Cod. Lips. *nomine,* ex quo altera manus fecit *numina:* non male. Constat enim, ejusmodi Heroës inter

NOTÆ

poribus in cœlos redituras. Macrob. Som. I. 15. et Cic. Som. Scip. 'Hinc profecti, huc revertuntur,' i. e. e cœlo in cœlum.

759 *Mundoque*] Cœlo, vs. 3.

760 *Æacidas*] Achillem et Pyrrhum, quorum ille nepos, hic pronepos Æaci fuit. Achilles enim Pelei, Thessaliæ regis, ex Thetide, Æaci filia, natus fuit. Pyrrhus vero Achillis ex Deidamia, Lycomedis filia; qui et Neoptolemus est dictus, eo quod admodum adolescens ad reliquias Trojani belli fuerit perductus; qua in expeditione Politem, Priami filium, Priamumque interfecit. Misit et inferias manibus patris sui Achillis Polyxenam. Achilles autem dux inter Græcos fortissimus ad bellum Trojanum profectus Hectorem interemit: sed a Paride, qua parte pedis sola vulnerabilis erat, fuit interfectus. Uterque ob præclare gesta cœlo fuit sacratus.

Atridas] Agamemnonem et Menelaum Atrei filios ex Aërope. Hic Spartarum rex Helenam, Jovis ex Leda natam, uxorem duxit, quam Paris, Priami regis Trojanorum filius, rapuit: unde exortum est Trojanum bellum, quo absoluto, Trojaque expugnata, Helenam recepit; domumque reduxit post errorem 8. an. in mari. Agamemnon vero Mycenarum et Argivorum rex fuit, qui, dux delectus ad bellum Trojanum, multa præclare gessit, labores pertulit multos, multasque principum aliorum simultates. Victor tandem domum reversus, ab uxore Clytæmnestra fuit interemtus. Uterque pariter ob præclara sua facinora relatus est inter astra.

761 *Tydiden*] Tydei filium, Ætoliæ regem, qui cum reliquis Græcis ad bellum Trojanum profectus cum Ænea decertavit, diciturque Venerem, Æneæ ferentem auxilium, ac Martem vulnerasse; Palladiumque sustulisse; Rhœsi equos cepisse, priusquam Xanthi aquam bibissent; multos reges interfecisse. Unde *ferus,* i. e. ferox ac fortis, nuncupatur, ac in cœlis collocatur.

762 *Ithacum*] Ulyssem ex Ithaca insula in Ionio mari oriundum, ejusdemque insulæ, ac Dulichii regem: facundia, calliditate, bellicis laboribus, ac triumphis terra marique nobilitatum. Namque ad Trojanum bellum perductus Palladium una cum Diomede, custodibus cæsis, rapuit, et equos Rhœsi Thraciæ regis occisi ab-

Insignem triplici; Danaumque ad Pergama reges:
Assaracum atque Ilum, totamque sub Hectore Trojam:

terra et mari; et Pylium notum ex trigemina senectute; et principes Græcorum

Deos minorum gentium post mortem fuisse relatos.' *Stoeb.*—764 Mss. vett. et vulg. *Castra ducum et cœli victamque sub Hectore Trojam.* 'Hunc versum Scal. ex textu sustulit, 'irreptitium' vocans, conformatum nempe ex II. 3. 'Hectoreamque facem, tutamque sub Hectore Trojam.' 'An dicemus,' addit, 'castra et Trojam relata ad circulum lacteum? Non de castris et mœnibus, sed de fortissimis viris sermo est.' Recte hoc posterius: et versus, nisi commode corrigi possit, sine venia ejiciendus est. Experiamur, an faveat fortuna tentanti. Repono, *Assaracum atque Ilum, totamque sub Hectore Trojam.* Ex Virg. habuit Æn. VI. 648. 'Hic genus antiquum, Teucri pulcherrima proles, Magnanimi heroës, nati melioribus annis: Ilusque Assaracusque, et Trojæ Dardanus auctor.' Jam vero *tota Troja*, non mœnia et domos, sed viros ipsos significat. Ovidius Heroid. I. 4. 'Vix Priamus tanti totaque Troja fuit.' Ita, 'Tota se Roma obviam advenienti effudit;' et alia similia passim. Ceterum de Trojanis etiam actum esse in præcedentibus vel hinc patet; quod Memnon, Sarpedon, et Penthesilea, quos hic memorat, in Trojanorum erant partibus, non Danaorum: mox 768. soli Gemblac. et Lips. *et Magno maxime Pella:* ceteri omnes perperam *bella.*' Bent. 'Ita parum feliciter, sed nimis audacter Bentl. ex conjectura mutavit. Legitur enim in Codd. universis: *Castra ducum et cœli: victamque sub Hectore Trojam.* Quem versum Scaliger e textu sustulit, irreptitium vocans, conformatum nempe ex II. 3. Malam uterque V. C. Poëtæ operam præstitisse censetur. Dispiciendum ante erit quam corrigas, an nihil sani his insit, *Castra ducum et cœli* (:) sic enim luculenter interpungitur in Cod. Paris. et Edito Regiom. Equidem ne literam quidem mutandam existimamus, si versum in parenthesi legas, et *cœlum* intelligas per synecdochen dictum pro *Diis*. Quid autem hac figura usitatius? Vide saltem Nostr. I. 429. et II. 876. ubi *cœlum* certissime valet *Deos*. Quid item magis in vulgus notum, quam, 'bello illo ad arcem Pergama gesto, non duces modo Græcorum et Trojanorum, verum Deos quoque Deasque ab utrorumque ducum parte diverso Marte pugnavisse?' Hæc Poëta in animo, cum ista scriberet, habuisse omnino videtur. Quæ si

NOTÆ

ducit: capta Troja, rediturus in patriam varia per decennium expertus est maris pericula; Polyphemum Cyclopem obcæcavit; Sirenum insidias tutus evitavit; procos omnes, qui Penelopes uxoris suæ castitati insidiabantur, interfecit. Sed a filio Telegono, patrem non agnoscente, misere fuit occisus.

Pyliumque, &c.] Nestorem, Pyli regem, quod oppidum fuit agri Messeniaci in occidentali tractu Peloponnesi, vel, ut Strabo scribit lib. XVIII. in Arcadia. Nestor autem jam senior ad bellum Trojanum reliquos Græciæ principes comitatus tertiam agebat ætatem. Fabulantur enim eum trecentos vixisse annos, quæ tres vulgo sunt hominis ætates: primam autem agebat, cum Hercules Pylum urbem expugnavit: secundam egit ab hac obsidione ad bellum Trojanum: tertiam, cum ad Trojanum bellum est profectus. Nestor apud Ovid. Met. XII. 187. 'Vixi Annos bis centum, nunc tertia vivitur ætas.'

763 *Danaum*] Pro *Danaorum*, i. e. Græcorum Argivorum, qui Danai dicti sunt a rege suo Danao.

Pergama] Trojanas arces, Trojam. vs. 508.

Auroræque nigrum partum, stirpemque Tonantis
Rectorem Lyciæ. Nec te, Mavortia virgo,
Prætercam; regesque alios, quos Græcia misit,
Atque Asiæ gentes, et Magno maxima Pella.
Quique animi vires, et strictæ pondera mentis

ante arces Trojanas; et atrum filium Auroræ; et regem Lyciæ, qui fuit progenies Jovis tonantis. Neque prætermittam te, o generosa virgo in bellis: neque alios principes, quos Græcia tulit, et quos regiones Asiæ, et regio maxima ex bello Alexandri magni, tulerunt. Sunt et ibi viri sapientes, qui habuerunt vires ingenii,

cui minus probantur, afferat meliora. Nos interim his acquiescere malumus, quam vel sano membro poëma truncare, vel violentam illam admittere versus immutationem, cui temperare nobis non possumus, quin hanc judicii formulam adscribamus: 'Quantæ molis erat deformem reddere versum!'' *Stoeb.*—768 Delph. a Jun. Bitur. *Magni maxima bello.* 'Cujus veræ lectionis vestigium habent Rom. et vulg. *Magno maxima bello.* Itaque *magni*, sup. Alexandri: *maxima*, sup. regio; i. e. Macedonia, quæ non unius Græciæ, sed et totius orbis terrarum regio maxima dicta est ob Alexandri magni tot ac tanta bella. Ludit quippe Poëta in vocibus *magni* et *maxima*; revera enim loquitur jam de regionibus Asiæ minoris et Græciæ, quæ magnos viros tulerunt. Quæ autem majorem virum tulit, quam Macedonia, quæ Alexandrum magnum habuit! At Scal. *Magno maxima Pella.* Alexandri mater, juxta illud Juven. Sat. x. 168. 'Unus Pellæo juveni non sufficit orbis.' Verum quæ constructio verborum istorum? Deinde loquitur Poëta non de mulieribus, sed de regionibus ac gentibus, quæ viros claros tulerunt.' 'Non *bella*, quod perperam legitur in Codd. Paris. et Regiom. *Pella*, i. e. Macedonia scil. *misit*, quod ex vs. præced. repetendum. *Pella* enim metropolis Macedoniæ, non *magna* urbs, ceu visum est Burmanno ad Ovid. Metam. XI. 137. sed exigua Lucan. x. 52. Videsis quæ ex Demosth. de Pella prodidit Schott. ad Met. II. 8. *Maxima* autem evasit alumno suo Alexandro, intra ejus mœnia edito. Quem idem Pellæum juvenem salutavit Juven.' *Stoeb.*—769 Scal.

NOTÆ

765 *Auroræ partum*] Memnonem, Auroræ filium, quem *nigrum* vocat Poëta, quia Æthiops, et Æthiopum rex fuit. Hesiod. in Theog. Is autem, cum opem Trojanis adversus Græcos tulit, ab Achille fuit interfectus. Cujus corpus, cum igne cremaretur, in avem mutatum fabulantur, eque rogo multas alias aves evolasse, quas Memnonias dixerunt, quæ singulis annis circa illius sepulchrum acriter inter se pugnantes duci suo videntur parentare. Ovid. Metam. XIII.

766 *Rectorem Lyciæ*] Sarpedonem, Jovis ex Laodamia natum, teste Hom. Iliad. Z. At ex Herod. in Polym. Jovis ex Europa filium, fratremque Minois. Fuit autem Lyciæ rex, quæ regio est in Asia minori; Priamo tulit opem adversus Græcos, sed juxta Simoëntem fluvium interfectus est a Patroclo. Virg. Æn. I.

Mavortia virgo] Penthesilea, Amazonum regina, virgo bellatrix, quæ venit Trojanis in auxilium adversus Græcos, multaque præclare gessit. Virg. Æn. I. 494. et Justin. II. 4.

768 *Asiæ*] Suppl. minoris, cujus reges fere omnes ad Trojam venerant in auxilium partim Græcis, partim Trojanis; et quæ regio est notissima.

769 *Strictæ pondera*] Sic v. 106.

Prudentes habuere viri; quibus omnis in ipsis
Census erat: justusque Solon, fortisque Lycurgus,
Æthereusque Platon, et qui fabricaverat illum,
Damnatusque suas melius damnavit Athenas:
Persidos et victor, strarat quæ classibus æquor:

et animos constrictos gravitate, in quibus ipsis scilicet summa severitas erat; sunt et Solon æquus, et generosus Lycurgus, et divinus Plato, et is qui instituerat eum, et qui damnatus ab Athenis condemnavit justius suas Athenas. Et dominator

Delph. et vulg. *strictas pondere mentes.* ' Corrigo *strictæ pondera mentis.* Noster infra II. 955. ' Necnon et fidei tutelam vindicat ipsam, Pectoris et pondus.' Lucan. VIII. 280. ' Ast ego curarum vobis arcana mearum Expromam, mentisque meæ quo pondera vergant.' *Bent.* ' Codd. omnes *strictas pondere mentes.* Noster v. 106. si quidem his satis fidei constat: ' strictos nec crede Catones:' h. e. auctoritate graves; severos censores. Firmicus strictos et

NOTÆ

' Strictos nec crede Catones.' Hoc est, auctoritate graves: severos censores. Unde addit poëta, ' Quibus omnis in ipsis Census erat.' Namque per vocem *census* notat severitatem ac gravitatem censoris, quæ virorum sapientum sunt opes. Unde Bias unus e septem Græciæ sapientibus dictitabat, ' omnia mecum porto,' dum ceteri cives ex incendio suas opes auferebant, ille vero vacuis manibus abibat.

771 *Solon*] Unus e Græciæ sapientibus, patria Salaminius, qui leges æquissimas Atheniensibus dedit. Just. lib. II. 7.

Lycurgus] Nobilis ille Spartiata, Eunomi Lacedæmonum regis frater, cui in regnum successit, ignarus uxorem a fratre Eunomo gravidam esse relictam. Quod ubi rescivit, deposito regis nomine, prodici, i. e. tutoris nomen assumsit, regique adulto regnum restituit. Cum autem vidisset civitatem Spartanam pessime institutam, leges condidit sanctissimas, quas dum observaverunt Lacedæmonii, nemini servierunt. Just. III. 3.

772 *Plato*] Philosophus insignis, Academiæ princeps, Atheniensis patria, qui propter summam doctrinam *divini* nomen adeptus, et inter sidera relatus.

Qui fabricaverat illum, &c.] Socrates, qui Platonem edocuit.

773 *Damnatusque, &c.*] Socrates enim Atheniensis, cum Anyti cujusdam divitias risisset, ab ipso fuit accusatus, quod de Diis male sentiret. Interrogatus ergo a judicibus pro more, quas ipse pœnas meruisse fateretur, respondit: ' ut in Prytaneo alar ex publico.' Prytaneum autem locus erat Athenis in arce dignissimus, ubi de publico alebantur, qui de Rep. bene meriti erant. Cic. de Orat. I. Quo responso indignati judices decreverunt, ut cicuta pota vitam amitteret. Pers. Sat. IV. 2. ' Sorbitio tollit quem dira cicutæ.'

Damnavit Athenas] Etenim dum vixit, cives suos Athenienses mordicus arguit, quos libidinibus et flagitiis inquinari non passus est impune.

774 *Persidos et victor*] Xerxes, ut visum est Scaligero; vel Themistocles. Neque enim Xerxes Persidis victor fuit, cujus a patre relictæ rex fuit. Themistocles autem Persas navali prælio apud Salaminem devicit,

Romanique viri, quorum jam maxima turba est:
Tarquinioque minus reges; et Horatia proles,
Tota acies partus: necnon et Scævola trunco

Persidis, qui cooperuerat mare navibus. Sunt et viri Romani, quorum jam maximus est numerus; et reges Romani præter unum Tarquinium; et progenies Horatia, quæ fuit tota cohors partis Romanæ; est et ibi quoque Scævola, qui factus

avaros eidem genituræ asserit, ideoque conjungit.' *Stoeb.*—774 Scal. Delph. et vulg. *qui.* 'Repone *quæ.* Themistoclem intelligit, non Xerxen. Neque enim ille aut victor Persidos, aut inter heroas, qui in galaxia degunt, numerandus. Juv. Sat. x. 175. de Xerxe: 'constratum classibus isdem Suppositumque rotis solidum mare.'' *Bent.* 'Cod. Paris. et Regiom. *qui*, uti infra quoque vs. 779. De Themistocle hoc *victor* accipiendum esse, dudum monuit Gronovius. Quapropter legit *quæ*, scil. *Persis.* Nimis autem pro rei veritate Poëta dixisset, Themistoclem classe trecentarum navium *æquora stravisse*, h. e. *replevisse.* Quo ipso satis luculenter innuit ipsum Xerxem, qui multo potiori jure *victor* dicitur ac Sinon ille Virg. Æn. II. 329. coll. vs. 79. sq. 'Victorque Sinon incendia miscet.' Ubi *victor* est *consilii executor.* Poterit tamen et *victor* dici *rector*, *dominator* Persidis. Vel *victor*, qui Themistoclem ante pugnam *numero navium* superavit, ab illo postea consilio magis circumventus, quam armis Græciæ victus. Sic Hannibal Nostro infra IV. 567. sq. audit 'horrendus bello *ante fugam victor.*' Aut scripserat forte Vates *ultor*, quod Librarii cum *victor* commutarunt, uti in illo Ovid. Fastor. I. 562. '*ultor* ad antra venit.' ubi vide Heins. Add. Colv. ad Sidon. Apoll. p. 57.' *Stoeb.*—776 Mss. vett. et vulg. *Tarquiniosque minis.* Correxit Scal. ex Gemblac. 'Et reges omnes Romanorum, minus Tarquinio, excepto uno Tarquinio.' *Scal.* Probat Bent. 'Ovid. Met. XII. 554. 'Bis sex Herculeis ceciderunt me minus uno Viribus.' Vide Gronov. Observ. II. 1.' 'Sic Codd. Gemblac. Paris. et Lips. Editi Rom. Ald. Pruckn. *Tarquinosq. minis reges.* Regiom. vero, *Tarquinosq. nimis reges*, i. e. *plus justo dominantes.* Vide Gronov. Lect. Plaut. p. 211.' *Stoeb.*—777 Mss. et vulg. *Tota acies pontis.* 'Falsum. Hoc enim non ad trigeminos Horatios, sed ad unicum eorum gentilem Coclitem pertinet. Gemblac. habet, *Tota acies partus.* Lego, *T. a. partis.* Curiatii trigemini fuerunt tota acies partis suæ, i. e. Romanæ: quia non prælio utri-

NOTÆ

cum ipsius suasu Athenienses, Athenis relictis, sese navibus commisissent. Corn. in ejus vita, et Plut. Deinde non nisi de Græcis et Romanis hic mentionem fecit Poëta.

775 *Romanique, &c.*] Hactenus istis 14. vss. superioribus de viris Græcis insignioribus: nunc his 26. vss. seqq. de Romanis.

776 *Tarquinioque minus, &c.*] I. e. reges omnes Romani uno minus Tarquinio, hoc est, præter Tarquinium, quem propter superbiam suam ita e cœlo, sicut e regno, expulerunt. Tarquinius autem ille, cognomento Superbus, septimus et ultimus Romanorum rex fuit. Flor. et Liv. I.

Horatia proles] Tres Horatii, fratres trigemini, qui cum trigeminis fratribus Curiatiis decertarunt, pro tota utriusque aciei parte. Horatii pro Romanis, Curiatii pro Albanis. IV. 37.

Scævola] Q. Mutii cognomen, quod assecutus est ex quo sibi dextram, quæ in Porsenna rege occidendo erraverat, exussisset, unde sinistra sola utebatur, quam Græci σκαιὰν vocant. Liv. II.

Nobilior, majorque viris et Clœlia virgo;
Et Romana ferens quæ texit mœnia Cocles:
Et commilitio volucris Corvinus adeptus

est insignior ex corpore mutilato; est et virgo Clœlia fortior viris; est et Horatius Cocles gerens muros Romanos, quos protexit; et Corvinus, qui militia sua

usque exercitus, sed dimicationi horum tota fortuna belli commissa. Eleganter hoc dictum. Sic in priori apotelesmatico de eodem dixit: 'Nulla acies tantum vicit, pendebat ab uno Roma viro.' Quare verissima est emendatio nostra.' *Scal.* 'Gemb. Lips. et Voss. *partus*. Rectissime. Tota acies unius matris partus: Horatii enim fratres tergemini erant. Placet quoque Gronov. Observ. II. 1.' *Bent.* 'Ita quidem Codd. Gemblac. Paris. et Lips. Quia enim tergemini fuerunt Horatii, proque tota acie Romana et causa tres decidebant, *tota acies* acute unius *partus* dicitur. Malim tamen legere cum Scaligero *partis;* quod fratres illi, ex *parte* Romanorum stantes, magnorum exercituum animos gerebant: Livius I. 25. Mendose autem ceteri Vulgati: *Tota acies pontis*, cujus discrimen unus modo sustinuit Horatius Cocles, de quo Noster mox, et IV. 32. Livius II. 10. et Dionys. Halic. V.' *Stoeb.*—779 Delph. *gerens*. 'Cod. Paris. *qui*. Utrumque sua se ratione defendit. At *Romana mœnia ferre* quis unquam Latinorum dixit pro, *murali corona donatum esse?* Neque hanc ullus auctorum, quos modo laudavimus, asseruit Cocliti mœnium assertori. Superest ergo putemus, illud *ferens* idem esse ac *ostentans*, quo sensu Virg. Æn. XI. 779. ait, 'Captivo sive ut se ferret in auro Venatrix.'' *Stoeb.*—780 Mss. et vulg. *Et cum militia.* 'Gemblac. *Et cum militio.* Legendum et *commilitio.* Perspicuitas et elegantia sententiæ est vicem interpretis. Habes, commilitium, vocem apud Plin. jun. X. Epist.' *Scal.* 'Edd. vetustiores, quibus subscribit Cod. Paris. *Et cum militia volucris*, seu corvi, qui consedit in galea M. Valerii, dum singulari certamine cum Gallo Senonum, Gallorum duce fortissimo, pugnaret. Hinc ei cogno-

NOTÆ

778 *Clœlia*] Nobilis virgo Romana, quæ cum aliis virginibus obses data Porsennæ Etruscorum regi, deceptis custodibus, incolumis Romam per medium Tiberim tranavit. Virg. Æn. VIII. 651. et Tit. Liv. I. et II.

779 *Cocles*] Horatius ille, qui solus in extremo ponte remoratus est Tarquiniorum, Etruscorum, et Porsennæ regis impetum in Romanos, donec pons a tergo solveretur a Romanis; quo interciso, ut erat armatus, in Tiberim insiliit, et ad suos tranavit. 'Quod facinus,' inquit Dion. Halic. l. v. illi immortalem gloriam comparavit. Confestim enim Romani eum coronatum celebrantes in urbem retulerunt, ut unum de heroibus; ac tota urbana turba effundebatur, cupiens, dum adhuc superstes esset, ejus vultum postremo videre.' et Liv. XVI. Virg. Æn. VII. 649. Porro is fuit mos Romanorum, ut murali corona donaretur, qui urbem salvam fecerat armis aut consilio. Unde hac corona murali et Romana donatus est Horatius Cocles. IV. 32.

780 *Commilitio*] Militia. Just. V.

Corvinus] M. Valerius, cognomine Corvinus, a corvo, qui in ejus galea consedit, dum singulari certamine cum Gallo, Senonum seu Gallorum, duce fortissimo pugnaret. Liv. VII. Corvus autem sacer est Phœbo, seu Apollini, ut dixi vs. 407. Unde addidit poëta, 'qui gestat in alite Phœbum.'

Et spolia et nomen, qui gestat in alite Phœbum:
Et Jove qui meruit cœlum, Romamque Camillus
Servando posuit; Brutusque a rege receptæ
Conditor; et Pyrrhi per bella Papirius ultor:
Fabricius, Curiique pares: et tertia palma

assecutus est exuvias et nomen alitis, qui portat Apollinem sub forma avis; et Camillus, qui cœlo donatus est a Jove, et qui condidit Romam conservando illam; et Brutus fundator ejusdem Romæ, dum eam liberavit a rege; et Papirius vindex Pyrrhi in bellis; Fabricius et Curius, qui similes fuerunt frugalitate; et Marcel-

men Corvini.' *Stoeb.*—781 'Gronovius Observ. III. 11. sic locum refingit: *Et commilitio volucris Corvinus adeptus Et spolia et nomen, quem gessit in alite, Phœbi.* Corvinus, inquit, adeptus spolia et cognomen commilitio volantis Phœbi, quem in forma alitis gessit in galea considentem. Sed fefellit hic solitum acumen virum sagacissimum. *Volucris Phœbi* pro *volantis* durius est, quam ut ferri possit; et ipse verborum ordo constructionem aliam posceret; *nomen* scilicet *Phœbi*, non *commilitio Phœbi*. Bene habet recepta omnium codicum lectio, *volucris, qui gestat in alite Phœbum*; hoc est, qui *Phœbo sacer ales* est, ut supra 424. et in cælo locatus in alitis forma Deum intus gestat. Ita de cygno cælesti Noster v. 376. 'Ipse Deum cygnus condit vocemque sub illo, Non totus volucer, secumque immurmurat intus.' ut cygnus condit Jovem, non totus volucer; ita corvus quoque non totus volucer est, sed in volucri gestat Phœbum.' *Bent.*—785 Scal. Delph. et vulg. *Curiusque.* 'Repone *Curiique.* Ovid. Met. VIII. 308. 'Actoridæque pares et missus ab Elide Phyleus.' Ubi similiter libri habent 'Actoridæque parens.' Propert. III. 2. de Ennio: 'Qui cecinit Curios fratres, et Horatia facta.''

NOTÆ

782 *Camillus*] L. Furius, Romanus clarissimus, qui Gallos a Capitolio arcuit, quod Jovi sacratum erat, et templum: quique Romam iterum condidisse dicitur, quia servavit eam. Unde et alter Romulus dictus est. Veios toto decennio obsessos per cuniculos cepit. Gallos Senones, Roma ab iis capta et direpta, Capitolioque obsesso, auro pendendo intentos, incautos oppressit. Hos iterum, Dictator factus, ad Anienen fluvium superavit. Plut. et Liv.

783 *Brutus*] L. Junius, qui, regibus exactis, civitateque in libertatem vindicata, primus Romæ cum L. Tarquinio factus est consul. Liv. II. et Virg. Æn. I. 217.

784 *Pyrrhi*] Epirotarum regis, qui cum de imperio totius orbis cogitaret, Romanosque potentissimos videret, consultum adiit Apollinem de futuri belli adversus Romanos eventu, idque ambigui responsi retulit: 'Aio te, Æacida, Romanos vincere posse.' Quod cum sibi dictum putaret, Tarentinis in auxilium venit contra Romanos, de quibus bis quidem triumphavit: sed iterum reversus Samnitibus in auxilium, debellatus est a Papirio; tandemque pulsus ex Italia a Consule Mario. Plutarch.

Papirius] An pater, an filius? Vixdum constat. Uterque enim triumphavit de Samnitibus, quibus in auxilium venerat Pyrrhus. Liv. IX. et X.

785 *Fabricius, Curiique* [*Curiusque*] Qui fortitudine ac frugalitate pares fuisse dicuntur. Fabricius enim frugalitatis exemplum fuit apud Roma-

Marcellus; Cossusque prior de rege necato:
Certantes Decii votis, similesque triumphis:
Invictusque mora Fabius: victorque nefandi

lus, qui tertius retulit palmam de rege interfecto; et Cossus, qui primus retulerat eam; et Decii, qui pugnantes pares fuerunt in votis et victoriis; et Fabius invic-

Bent. 'Lege ex Cod. Lips. et Edd. vett. *Curiusque*, qui fortitudine ac frugalitate *Fabricio* par fuit. Perperam adeo in Cod. Paris. *patres*, quod sæpius confusum ibi legitur.' *Stoeb.*—787 Mss. vett. et vulg. *Certamen Decii.* Correxit Scal. ex Gemblac. et sic Delph. *Certantesque Deci.* 'Codd. *Decii:* nec in nominativo plurali coalescere solet syllaba. Repone Decii. Omittitur conjunctio, ut supra vs. 785.' *Bent.*—788 'Gemb. *Invictusque mora Flavius.* nimirum priscam ejus nominis scripturam sub vitiosa lectione refert. Favius enim veteribus illis scribebatur, non Fabius. Favia apud priscos erat fovea. Unde Favii dicti, quod auctor gentis est ita dictus a fovea, sive favia, ad quam ejus matrem compresserat Hercules.' *Scal.* Scal. Delph. et vulg. *ne-*

NOTÆ

nos, patellam tantum et salinum ex argento, colendorum Deorum causa, domi servans. Sicut in bellis, ita in muneribus se præstitit invictum. Samnites quippe devicit, eorumque munera, ac minas, quibus eum corrumpere conati sunt, fortiter sprevit. Plut. Curius autem nec impari fuit frugalitate aut animi fortitudine. Ingens enim auri pondus pariter sprevit, quod ipsi Samnites obtulerant, ut ab illis staret; responditque se malle imperare locupletibus populis, quam locupletem fieri. Pyrrhum devicit, deque Sabinis triumphavit.

Tertia palma Marcellus] M. Claudius Marcellus, qui tertius apud Romanos, rege hostium propria manu interfecto, spolia opima retulit. Tres enim tantum apud Romanos ejusmodi spolia retulerunt, teste Plut. in Rom. Primus Romulus, necato Acrone. Secundus Cornelius Cossus, interfecto Tolumno Etruscorum rege. Tertius M. Claudius Marcellus, interemto Britomaro, vel, ut aliis placet, Viridomaro, Gallorum rege. Post quem nemo alius. Scilicet spolia opima sunt ea, 'quæ Jovi feruntur ab duce, qui hostium regem ducemve propria manu cecidit,' Liv. I. IV. Plutarchus tamen in Marcell. docet, ea esse 'opima spolia,' quæ detrahuntur in ipsa acie, et prima. Jovi autem ferebantur vel curru, vel humeris victoris; unde dictus Jupiter Feretrius. Propert. IV. el. 10. 45. 'Nunc spolia in templo tria condita. Causa Feretri, Omine quod certo dux ferit ense ducem: Seu quia victa suis humeris huc arma ferebant, Hinc Feretri dicta est ara superba Jovis,' &c. Sic Virg. Æn. VI. 855. et seqq. de Marcello.

786 *Cossus*] Cornelius Cossus, qui secundus, ut jam monebam, opima spolia tulit. Unus autem, quod prætermiseram, Romulus pedes tulit ea spolia: Marcellus vero et Cossus curru transportaverunt ea. Plut. in Rom.

787 *Decii*] Decii, pater scilicet et filius, qui ambo pro patria se devoverunt: pater quidem in bello Latino, aut Albano, filius in bello Gallico, Liv. VIII. X.

788 *Fabius*] Quintus Fabius Maximus, qui, adversus Hannibalem missus a Romanis, noluit cum eo acie instructa confligere, ne territum jam

Livius Hasdrubalis, socio per bella Nerone:
Scipiadæque duo, fatum Carthaginis unum:
Pompeiusque orbis domitor, per tresque triumphos
Ante diem princeps: et censu Tullius oris

tus sua cunctatione; et Livius, qui cum collega suo Nerone victor fuit Hasdrubalis, quem interfecerunt in bellis: et duo ductores Scipiones, qui fuerunt una pernicies Carthaginis. Et Pompeius qui domuit orbem terrarum, et qui propter tres triumphos, quos egit, Imperator fuit ante Divum Cæsarem; et Tullius, qui facul-

---

cati. 'Hoc nimis putide: *victor necati:* Qui enim necatus est, sine dubio victus est, et plusquam victus. Et jam altero abhinc versu habuimus *necato.* Repone, *nefandi.* Virg. Æn. IV. 497. 'abolere nefandi Cuncta viri monumenta jubet monstratque sacerdos.'' *Bent.* 'Codd. omnes *necati*, scil. a Livio Salinatore.' *Stoeb.*—790 Scal. Delph. et vulg. *S. duces.* 'Vocabulum *duces* otiose hic ponitur. Quasi vero et ceteri, quorum prius meminerat, non fuissent duces. Repone *duo.* Ex Virg. Noster sumpsit Æn. VI. 842. 'aut geminos duo fulmina belli, Scipiadas, cladem Libyæ.' Juven. II. 153. 'Curius quid sentit et ambo Scipiadæ.' Quin et argutiam captavit in *duo* et *unum.* Ovid. de Herc. et Ach. Fast. V. 389. 'Stare simul casu Trojæ duo fata videres.' *Bent.* —792 Scal. Delph. et vulg. *Deum.* 'Perquam inficete hoc fertur: Pompeius princeps reipublicæ erat ante *Deum* Cæsarem. Quidni? etiam ante Augustum et Tiberium. Quasi auctor chronologum hic ageret. Repone *Ante diem*

NOTÆ

militem suum exultanti hosti objiceret: sed cunctando remoratus est ita prudenter pugnam, ut impetum Hannibalis eluserit. Hinc dictus, 'cunctator;' cujus dimicare, vincere fuit. Val. Max. VII. Virg. Æn. VI. 846. 'Tu Maximus ille es Unus qui nobis cunctando restituis rem.'

789 *Livius*] Salinator cognominatus, qui cum Claudio Nerone factus Consul an. U. C. 547. Hasdrubalem Hannibalis fratrem in ipsa delevit Italia. Tit. Liv. lib. III. Decad. VII.

Hasdrubalis] Qui gener fuit Amilcaris, frater sororius Hannibalis, et natione Pœnus.

Nerone] Claudio Salinatore, ut memui supra.

790 *Scipiadæ*] Duo Scipiones Africani, major et minor. Ille Cornelii Scipionis, hic Lucii Æmilii Pauli filius. Ille, victis in Hispania Pœnis, novaque Carthagine capta, trajecit in Africam, antiquamque Carthaginem Imperii Romani vectigalem reddidit: hic ipsam veterem Carthaginem una cum Numantia evertit. Inde ambo dicti *Africani.* Dicebantur autem *Scipiones*, major quidem a patre Cornelio Scipione, minor a filio majoris Africani, a quo fuit adoptatus.

Fatum Carthaginis unum] Sic Virg. Æn. VI. 843. 'Aut geminos, duo fulmina belli, Scipiadas, cladem Libyæ,' &c. Et Lucret. lib. III. 1047. 'Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror.'

791 *Pompeius*] Magnus, Julii Cæsaris gener, a quo tamen superatus est in campis Pharsalicis. Lucan.

Tresque triumphos] Pompeius enim semel de Iarba rege, iterum de Mithridate, tertio de Aristobulo Judæorum rege triumphavit. Propter quos triumphos sacratus est cœlis.

792 *Ante diem* [*Deum*] Ante J. Cæsarem, quem Romani *Deum* fecerant vivum ac mortuum. Diod. Sueton.

Emeritus fasces: et Claudî magna propago,
Æmiliæque domus proceres, clarique Metelli:
Et Cato fortunæ victor; matrisque sub ulnis

tate suæ linguæ meruit cœlum; et magna progenies Claudia; et magnates familiæ Æmiliæ; et insignes Metelli; et Cato domitor Fortunæ; et Agrippa qui miles

princeps. h. e. ante legitimum ætatem festinatos honores cepit. Res ex historia nota. *Ante diem*, ut Stat. Silv. I. II. 174. ' Hunc et bissenos cernes attollere fasces Ante diem.' *Bent.* ' Libri constanter omnes, *Ante Deum*, i. e. *Cæsarem.* Historicis Græcis Καῖσαρ ὁ θεός. *Pompeius* igitur *ante Cæsarem erat princeps* Reipublicæ, uti post eum Cæsar, qui θεός.' *Stoeb.*—793 Scal. Delph. et vulg. *cœlum.* ' *Qui meruit cœlum* supra habuimus vs. 782. Neque solet Noster ob cæsuram vitare synalœpham. Facile est *cœlos* substituere; sed numquam alias plurali isto auctor utitur. Repono *Emeritus fasces.* qui homo novus, et nullis majoribus ortus eloquentia sua consulatum adeptus est.' *Bent.* ' Scriptum et vulgatum, *cœlum.* optime. De *hoc* enim jam Manilio agitur, non, qui *fasces* meruerint.' *Stoeb.* ' Mss. et vulg. *Claudia magna propago.* Magis placet *Claudi magna propago*, ut in Gemb. quanquam *Clausi* legendum tunc fuerit. Clausus enim auctor Claudiæ gentis. Ovid. in Maio : ' Dedicat hoc veteris Clausorum nominis heres.' ' *Scal.*—795 Scal. Delph. et vulg. *matrisque sub armis.* ' Quid si legamus *patris*, ut intelligatur Augustus socer Agrippæ.' *Huet.* ' Quænam ista mater Agrippæ, sub qua ille militavit? Scaliger in priore editione *Octaviam socrum* pro matre accipit: in altera conjectat *martisque sub armis sui.* Quomodo vero *martis sui;* qui auspiciis alienis semper res gerebat, numquam suis? Huetius suspicatur, *patrisque... sui:* quia Agrippa Juliam Augusti filiam uxorem duxit. Repone, *matrisque*

NOTÆ

&c. Pompeius autem tres supra dictos egit triumphos, antequam J. Cæsar de ipso triumphasset, ac Romanorum Imperator factus esset.

Tullius] M. Tullius Cicero, qui apud Latinos princeps oratorum fuit.

793 *Claudî*] Familia Appii Claudii, qui dum Sabinis imperavit dictus est *Clausus*, Romæ vero, quo se contulit, *Claudius.* Liv. II. Virg. Æn. VII. 706. ' Ecce, Sabinorum prisco de sanguine, magnum Agmen agens Clausus,' &c.

794 *Æmiliæque domus proceres*] Inter quos eminuerunt Mamercus Æmilius dictator, qui de Fidenatibus triumphavit, teste Liv. IV. et Paulus Æmilius, qui Macedoniam et Thessaliam in Romanorum potestatem subegit, quique, ut ait Virg. Æn. VI. 840. ' Ultus avos Trojæ, templa et temerata Minervæ,' &c. Horat. Carm. I. 12.

Metelli] Qui licet plebeii, victoriis tamen et magistratibus clari fuerunt. Puta Cæcilium Metellum, qui Pontifex maximus Palladium Troja Romam advectum ab incendio subtraxit, et de Pœnis triumphavit. Puta Metellum illum, qui, fatis ac rebus urgentibus, filiam immolaturus adduxit, ut classi Romanæ, quam adversus Pœnos et Siculos parabat, ventos adversos placaret ex mandato Caii Julii vatis. Plut.

795 *Cato*] Uticensis nempe, qui post Pharsalicam cladem reliquias Pompeiani exercitus contraxit; quique, devictis Scipione, Afranio, et Juba a C. Julio Cæsare, Uticæ in urbe sese gladio percussit. Horat. Car. I. 12. et II. 1.

Miles Agrippa suæ: Venerisque ab origine proles
Julia descendit cœlo, cœlumque replevit;

fuit sub armis matris suæ; et progenies Julia, quæ ex stirpe Veneris venit e cœlo,

sub ulnis. Hoc est, adolescentulus militavit sub adolescente Augusto. Res nota est. Calpurnius locum imitatus est Eclog. I. 46. de Numeriano oratore loquens: 'juvenemque beata sequuntur Sæcula, maternis causam qui lusit in ulnis.' Ut Numerianus præcoci ingenio orator, ita Agrippa miles. Scaliger quoque in postremis curis veram lectionem vidit, et Calpurnii locum citat: sed priorum, ut credo, conjecturarum tædio fessus, et malo pudore victus, maluit *armis* pro *ulnis*, ab *armus*, interpretari, quam *ulnis* capite aperto adsciscere.' *Bent.* 'Constans veterum lectio, *sub armis.* Quæ quidem cur Bentleium offenderet, causæ nihil videmus. Quin illius sinistra correctio longe pejorem peperit, quod non oportet factum, interpretationem. *armis* h. l. non ab *armus* derivandum, tametsi Nostro usitatum supra vs. 367. nec probæ Latinitati adversatur, illud pro brachio et ulna dici. Vide Stat. Achil. I. 124. et ad hunc Barthium in Commentariis passim. Sed modo *armis* usu maxime vulgari sonat *instrumenta*, non bellica tantum, sed et quævis alia, quæ, dum geruntur, *armis*, i. e. humeris, oneri sunt. Hinc etiam ipsa *consilia* dici arma jure optimo possunt, cum per translationem humeri etiam ad cogitationes et consilia referuntur. Perott. col. 151. pr. Itaque *sub armis matris* est sub institutione vel consiliis. Neque enim ullus e gente Agripparum matris in ulnis gestatus miles Auctoribus memoratur. Quænam autem illa mater? Scaliger putat *Octaviam.* In adversa parte Huetius pugnat. Bentleius nihil definit. Vierschrotus ipsam intelligit Romam, quemadmodum Nostro IV. 794. Germania mater feris tantum digna dicitur. Quid multis? Julia mater est, quæ post mortem Agrippæ enixa est M. Agrippam, Posthumum inde cognominatum. Hunc meminit Manilius. De eodem Vellei. Paterc. II. 104. Tacit. Annal. I. 3. Quibus adde Tranquill. Octav. 64. et 65. pr. coll. Eod. 19. quo loco ea leguntur, quæ ad nostram disputationem omnino pertinent. 'Nam,' inquit, 'ne ultimæ quidem sortis hominum conspiratione et periculo caruit (Augustus). Audasius atque Epicadus Juliam filiam et Agrippam Nepotem ex insulis, quibus continebantur, rapere ad exercitus.' Nonne tunc sub matris armis, vel proprie sic dictis, Agrippa militavit?' *Stoeb.* 'Matrem, nisi fallor, vocat Octaviam, quæ socrus erat. Ejus enim filiam Marcellam uxorem duxerat Agrippa. Hæc omnia in gratiam Augusti. Gemb. hic corruptus est. *matrisque sub armis Miles Agrippinæ. ventrisque.* Hoc moneo, ne quis putet aliquid boni in illo monstro lectionis latere. Nam judicio

NOTÆ

796 *Agrippa*] Marcus Agrippa de gente Vipsaniorum, Augusti gener et amicus, qui, puer adhuc, quique militiæ rudimenta nonnisi sub matre sua posuerat, insignis tamen miles fuit in navali pugna contra Pompeium. Virg. Æn. VIII. 683. Sed quæ fuerit mater ejus, vix constat. Scaliger suspicatur Octaviam; at non mater, sed socrus ejus fuit; etenim duxerat in uxorem Juliam Augusti filiam ex Scribonia, ut tradit Dion. Halic. et Petav. rat. temp. I. p. IV. 1.

Venerisque ab, &c.] Etenim gens Julia dicitur oriunda a Venere. Julius enim Cæsar ab Iulo Æneæ filio ex Venere dicebatur oriri. Virg. Æn. I. 29. et seqq. Lucret. I. 1. Quod autem inter astra relatus fuerit J. Cæsar, nemini ignotum est. Horat. Car. I. 12. 'Micat inter omnes Julium sidus, velut inter ignes Luna minores.' Et Virg. Ecl. IX. et Æn. VIII. 681.

Quod regit Augustus socio per signa Tonante;
Cernit et in cœtu divum magnumque Quirinum,
Altius ætherei quam candet circulus orbis.
Illa Deis sedes: hæc illis proxima Divum
Qui virtute sua similes vestigia tangunt.
Sunt alia adverso pugnantia sidera mundo,

et replevit postea cœlum, quod Augustus ipse gubernat una cum Jove tonante inter astra; et videt in societate heroum magnum et divinum Quirinum. Superius autem quam circulus gyri cœlestis albescit, illa sedes, quæ ibi est, domus est Deorum: hæc vero sedes, quæ infra vicina est illi, domus est heroum, qui virtute sua pares facti Diis tangunt pedes illorum. Sunt igitur aliæ stellæ quæ luctantur contrario motu

opus est in veterum codicum lectione; neque omnium est illis bene uti. Sed quare Agrippa miles sub armis matris suæ? An strenuus ille dux militavit sub matre sua? Itaque nugatoria hæc sunt, et locus depravatus. Suspicor Poëtam scripsisse. *Martisque sub armis Miles Agrippa sui.* An intelligendum armos, non arma? id est, ulnas? *ἀγκάλας, ὠλένας* Poëtæ Græci dixerint. ita interpretabimur, jam sub ipsa nutrice cum lacte imbibisse militarem scientiam. Calpurnius: 'maternis caussam qui lusit in ulnis.' Id est, qui sub ipsa matre etiam lactens hausit præcepta eloquentiæ.' *Scal.*—798 Mss. et vulg. *Augustus.* Correxit Scal. 'Nullus, quod sciam, poëtarum, neque adeo Noster, eo adulationis processit, ut Jovem Augusti socium adpellaret: neque illa 'per signa tonare' usquam legitur. Quapropter pro *tonante* malim legere *volante*, ut intelligatur sol, qui per signa volare seu moveri, mundumque regere, permultis locis dicitur. Ceterum totus hic vs. in parenthesi legendus. Quod enim sequitur vs. subsequente Julium Cæsarem respicit qui cælum jam tum repleverat. Quæ autem illa gradatio *divum magnumque?* Rectius sane scripseris *Divum*, quod est *Divorum*. Cæsar, inquit, *in cætu Divum* cernit etiam magnum Quirinum.' *Stoeb.*—800 Scal. et vulg. *qua candet.* 'Lib. vetust. *quam*. Recte. Vide poëticam de more adulationem. Romulus, Julius, et Augustus supra galaxiam cum Deis majoribus degunt: in ipso galaxia ceteri quos recensuit.' *Bent.* 'Cod. Paris. *qua*. Hoc magis placet. Idem Cod. mox vs. seq. pro *Deis* legit *Deum*. Et hoc alteri præferrem.' *Stoeb.*—803 'Hunc vs. et tres seqq. Scal. ultra vs. 810. detrudit, quod hoc

NOTÆ

798 *Quod regit Augustus, &c.*] Augusto Cæsari blanditur Poëta, quem vult adhuc vivum una cum Jove tonante inter astra imperium universi tenere. Quasi non unus Jupiter dominetur astris. Sic Horat. Car. I. 12.

799 *Quirinum*] Romulum, qui inter Deos relatus est. Ovid. Fast. II. 475. 'Proxima lux vacua est: at tertia dicta Quirino,' &c.

801 *Deis*] Deis magnis. Duplex igitur est sedes Deorum; altera in via lactea; altera supra viam lacteam. Illa sedes est magnorum Deorum: hæc minorum, quos Divos et Heroas vocamus, i. e. qui neque Dii sunt, neque homines, sed utrumque simul, ut ait Lucian. 3. Mort. Quam quoque diversam sedem belle distinxit Ovid. Met. I. Lucret. autem v. 147. et seqq. noluit cœlum esse sedem ac domicilium Deorum.

Divum] Divorum, id est, heroum, minorum Deorum, ut dixi, qui virtute ac præclare factis proxime accedunt ad magnos Deos.

803 *Sunt alia adverso, &c.*] His 5. vss.

Quæ cœlum terramque inter volitantia pendent,
Saturni, Jovis, et Martis, solisque: sub illis

cœli, et quæ discurrentes suspenduntur inter cœlum et terram, quæ sunt stellæ

quidem loco importune veniant. Sunt *alia*, inquit, sidera: quasi hactenus de sideribus egisset. Atqui proxime et prolixe de circulis egit, parallelis, coluris, horizonte, meridiano, zodiaco, galaxia. Ergo hac ratione circuli erunt sidera. Sic argumentatur vir magnus: et recte. Importune quidem hoc loco positi sunt; sed nec in altero illo opportune. Spurii nimirum sunt et irreptitii; nusquam commode veniunt; et suis se virtutibus quales sint produnt. 'Sunt alia adverso pugnantia sidera mundo:' planetas ergo jam primum memorat, ut mundi facies impleatur. Atqui supra eorum mentionem fecerat, iisdem pene verbis, ut versu 259. 'Atque alia adverso luctantia sidera mundo.' et I. 668. 'Et quinque adverso luctantia sidera mundo.' ubi notandum quinque tantum numerari, hic vero solem lunamque addi; quasi sol et luna hoc primum loco, non jam sæpe antea, nominati sint. Vide porro scabiem istorum versiculorum: 'Saturni, Jovis, et Martis, solisque: sub illis Mercurius Venerem inter agit lunamque locatus.' Nonne mirifice dictum, agit inter Venerem et lunam? Idem cuculus similes his et pene germanos inseruit libro quinto, versu sexto: 'Ac per descensum medios percurreret ignes Saturni, Jovis, et Martis, solisque sub illis. Post Venerem, et Maia natum, te, luna, vagantem.' Porro in vs. secundo codd. vetusti, *terram cœlumque inter*, non ut vulg. *cœlum terramque:* sed in spuriis quid interest, utro modo legantur?' *Bent.* 'Hic vs. et tres seqq. hoc loco quo tamen admodum importune veniunt, in Ms. Paris. Lips. et Impressis nostris leguntur. Rectius autem, si quidem Manilii sunt, a Scal. post 810. collocati. Qui enim dixit, 'Sunt

NOTÆ

notat septem esse stellas erraticas, quos planetas vocant: Saturnum, Jovem, Martem, solem, Venerem, Mercurium, et lunam; qui adverso cœlo moventur, ut docui vs. 15. et quorum alii aliis superiores sunt in æthere, seu in fluido planetarum cœlo; unde alii aliis citius aut tardius cursus suos absolvunt, ut jam notabitur.


805 *Saturni*] Saturnus planeta nomen habet a Saturno Deorum antiquissimo: supremum inter ceteros occupat locum; periodumque suam non nisi post an. 30. aut circiter absolvit: circa terram veluti circa centrum suum movetur: unica olim credita est stella; Galileus tamen ope telescopii sui observavit illum tribus constare stellis, quarum major media esset, minores vero duæ ad utrumque latus quasi satellites aut comites adessent. Quæ tres stellæ figuram oblongam instar olivæ oculis exhibere sibi visæ sunt. Verum Christianus Hugenius ope telescopii novi novam hujusce planetæ figuram ac variam quidem observavit, an. 1656. Conspexit igitur vir ille perspicax Saturnum cum brachiis utrimque secundum lineam rectam extentis, quorum extremitates modo teretes, modo vero acutiores apparuerunt, et quæ velut duas ansas imitarentur. Postea observavit, quæ duo sibi visa sunt brachia ad utrumque latus disci seu corporis sphærici Saturni, quasi circulum adimplere, qui totum Saturni corpus seu discum circumcingeret, quique modo oblongus, modo sibi conjunctus, modo latius extentus cerneretur, pro vario motu illius planetæ, varioque illius aspectu. Nos vss.

Mercurius Venerem inter agit lunamque locatus.

Saturni, Jovis, et Martis, et solis; infra istas Mercurius, positus inter Venerem

NOTÆ

unam hujuscemodi figuram curavimus hic apponi, ex qua ceteras dignoscere facile est: vel consulendum systema Saturnium Christiani Hugenii, qui varias omnes, quas hujusce planetæ observavit, figuras excudi curavit in libello suo. Præterea, modo non circulum, sed quasi duos globos lucidos, circa discum Saturni vidit, et ab eo distinctos non multum: modo ad utramque circuli oblongi extremitatem eosdem globulos duos hinc inde conspexit: modo aliam figuram sibi apparuisse testatur. Res fuit notatu dignissima.



Jovis] Jupiter planeta, qui proximum a Saturno tenet locum, dictus a Jove Deo Optimo Maximo. Cursum peragit post an. 12. circa terram tanquam circa centrum circumvolvitur: unica est stella, quæ quatuor tamen astantes stellas habet, quas *Jovis satellites* vocant. In disco Jovis duæ zonæ cernuntur ope telescopii, quæ modo propius, modo longius a se distant, sed ceterò corpore Jovis magis candidæ. Hugen. System. Saturn.

Martis] Mars planeta volvitur infra Jovem, a Marte Deo nomen habet: cursum absolvit 2. an. aut circiter, hoc est post an. 1. et dies 322. movetur circa terram, veluti circa centrum suum. Unica est stella. Pariter in disco Martis zona seu fascia subobscurior cernitur, quæ media est in ejus corpore, mediamque disci partem aut circiter occupat. Hugenius in System. Saturn. Circa Martem nulli comites.

Solis] Sol medium inter planetas locum occupat: circa terram movetūr: cursum absolvit an. 1. id est, diebus 365. hor. 5. et minut. fere 49. In disco similiter solis licet perlucido maculæ tamen observantur.

806 *Mercurius*] Planeta est a Mercurio Deorum nuntio dictus: volvitur inter Venerem et lunam, sed circa solem tanquam circa centrum suum: periodum suam absolvit diebus 80. Circa Mercurium nulli satellites seu comites circumferuntur.

Venerem] Stella Veneris solem inter et Mercurium movetur; perio-

Nunc, prius incipiam stellis quam reddere vires,
Signorumque canam fatalia carmine jura;

et lunam, movetur. Sed antequam aggrediar ascribere sideribus cunctis suas virtutes, et cantem versibus leges fatales siderum, omnis conspectus cæli est adimplen-

alia adverso,' &c. postea recte subjicit: 'Sunt etiam raræ,' &c. *Stoeb.*—807 Vulg. *Hic prius.* Gemb. *Ac prius*, et sic Scal. et Delph. 'Potest etiam ferri *At p.*' Scal. 'Repone *Nunc. Ac* et nc literula tantum differunt. Hoc vocabulo in transitionibus Noster utitur: 'Nunc tibi signorum.' 'Aspicé nunc infra.' 'Nunc binis insiste.' 'Perspice nunc tenuem,' et alibi sæpe.' *Bent.*

NOTÆ

dum absolvit mensibus 9. Dicitur et stella Junonis; hesperus; vesper; lucifer, &c. sed de his vs. 177. Apparet autem maxima, quia, luna excepta, omnium est infima: movetur circa solem: circa Venerem nulli comites visuntur circumferri.

Lunamque] Planetam omnium infimum, qui circa terram movetur, absolvitque periodum suam diebus 27. et horis fere 8. Dicitur a poëtis, soror Phœbi, a quo lumen mutuatur: Diana: filia Hyperionis, &c. In disco lunæ plures visuntur maculæ. His autem sex versibus periodus motus cujusque planetæ continetur: 'Annis triginta Saturnus conficit orbem: Signiferum absolvit duodenis Jupiter annis: Mense quater seno trux circuit astra Gradivus: Curriculum Titan bis senis mensibus implet: Conficit atque Venus totidem: totidem quoque Stilbon; Omnem mense polum Phœbe nocturna pererrat.' In hac autem figura 8. descripsimus characteres planetarum, quibus vulgo signantur.

Saturn.	♄	*Falx.*
Iupiter.	♃	*Fulmen.*
Mars.	♂	*Hasta cum clypeo,*
Sol.	☉	*Rota,*
Venus.	♀	*Speculum.*
Mercur.	☿	*Caduceum.*
Luna,	☽	*Semicirculus Lucis*

807 *Nunc,* [*Ac*] *prius incipiam, &c.*] His 118. vss. reliquis agit Poëta de planetis ac meteoris ignitis.

Implenda est mundi facies, censusque per omne.
Quicquid ubique nitet, vigeat quandoque, notandum est.
Sunt etenim raris orti natalibus ignes
Aëra per liquidum : natosque perire cometas

dus, et observandum est illud omne, quod lucet ubique in toto corpore illius, si modo habeat vires aliquas. Sunt quoque ignes, qui sunt naturæ tenuis, qui generantur, et transcurrunt illico et cum impetu. Sæcula, non omnia quidem, viderunt

—809 Scal. Delph. et vulg. *corpusque.* Repono, *censusque.* Ut Noster I. 12. 'Et cupit æthereos per carmina pandere census.' et IV. 880. 'Inque ipsos penitus mundi descendere census.' Sequens vs. adulterinus est; nec sententia, nec dictione proba.' *Bent.* 'Ad fidem omnium codd. lege, *corpusque.* De censu alibi. Nunc addere vult Poëta, quicquid *in omni*, i. e. *toto, mundi* vel cæli *corpore* nitet, quandoque *vigeat*, i. e. si modo vires aliquas habeat. Memor enim Poëta, planetarum a se mentionem adhuc factam esse nullam, quam tamen non neglecturum se promisit supra vs. 259. post stellarum et circulorum doctrinam illos hic obiter recenset, ut ab eis ad reliquos ignes, qui conspectui nostro se offerunt, opportune transeat.' *Stoeb.*—811 Scal. Delph. et vulg. '*Sunt etiam raræ sortis natalis euntes*, et mox pro *natos, tractos.* 'Cometas genus facit, ejusque species σέλα, διάττοντας, δαλούς. Sunt enim, quos ipse tractos vocat. Operæ autem hos duos versus loco suo luxarunt. Reponendum enim ita : *Sunt etiam raræ sortis natalis euntes Protenus, et raptim subitas candescere flammas Aëra per liquidum.*'' Scal. 'Monstrum hoc lectionis est: *Euntes* sine nomine substantivo: quinam sunt euntes, vel quo eunt? *raræ sortis natalis* ænigma plane est, et Œdipum quærit. Vett. unn. sic habent, *Sunt e. rari sorti n. e.* Nisi quod pro *euntes* Venet. *eventus.* Statim hoc videnti se obtulit vera lectio, *Sunt etenim raris orti natalibus ignes. Etenim* lego, non *etiam:* rationem enim reddit cur implenda sit mundi facies ; quia præter astra et stellas sunt cometæ describendi. *Raris orti natalibus*, h. e. qui raro generantur, ut supra vs. 123. 'Natali quoque egere placet semperque fuisse. et I. 484. 'Natalesque suos occasumque ordine servant.'' *Bent.*—812 Nescio illos *tractos cometas.* Repone *natos.* Intra breve tempus nascuntur et pereunt: ut I. 832. de cometis : 'Lumina quæ subitis existunt nata tenebris.'' *Bent.* 'Pro *etenim* Cod. Paris. *etiam.* Cod. Lips. *rari sorti natalis euntes*, vs. autem sequentem *Protinus et raptim, &c.* ille non agnoscit. Impressi vetustiores cum Ms. Paris. *raræ sortis natalis euntes.* Sensus misere laborat: nec opportunam satis medicinam Cl. Bent. conjectura ei tulisse videtur. Equidem scriptum puto *egentes* pro *euntes*, et versuum ordinem, a

NOTÆ

811 *Sunt etenim, &c.*] Loquitur autem de meteoris ignitis, quæ in æthere et aëre gignuntur: sed quæ protinus prætereunt et evanescunt, vs. 823. et seqq.

812 *Cometas*] Cometa genus est meteori igniti, quod in exemplum adducit Poëta, ut ostendat non diuturna esse meteora, cum breviter abeant ipsi cometæ. Namque, ut ait Plin. II. 2. 'Brevissimum, quo cernuntur cometæ, spatium septem dierum est annotatum ; longissimum autem, octoginta.' Et Senec. 7. nat. 21. 'Sex mensibus hic cometa, quem nos principatu Neronis lætissimo vidimus, spectandum se præbuit.' Qui visi sunt Parisiis annis 1475. 1577. 1618. 1664. et 1665. sex mensibus, aut hebdomadis viginti duabus, vel ut plurimum per tres menses visi sunt.

Protinus, et raptim subitas candescere flammas,
Rara per ingentes viderunt sæcula motus.
Sive quod, ingenitum terra spirante vaporem,
Humidior sicca superatur spiritus aura;
Nubila cum longo cessant depulsa sereno,
Et solis radiis arescit torridus aër,

ignes repentinos albescere per fluidum aëra, et cometas subito evanescere, qui per longos cursus protracti fuerant. Seu quia, tellure emittente exhalationem, quæ in ea generatur, vapor humidior quam exhalatio arida vincitur: et tunc, quando nubes fugatæ non apparent per diuturnam serenitatem cœli, et aër adustus radiis solis are-

Critico Britanno immutatum, ita restituo, *Sunt etiam raræ sortis* (,) *natalis egentes* (:) *Protenus et raptim subitas candescere flammas Aëra per liquidum, tractosque perire cometas Rara per ingentes viderunt secula motus.* Jam vero *natalis egentes* veterum Codd. lectioni proxime accedit. Locutio proba est et vere Maniliana. Supra vs. 123. de mundo: 'Natali quoque egere placet, semperque fuisse,' &c. Unde simul intelligitur, Poëtam de meteoris igneis loqui, quæ sunt *raræ sortis*, i. e. materiæ tenuioris (vide infra 725. et 821. sq.) et *natalis egentes*, quia certum et præfinitum ortum non habent, uti stellæ ceteræ, quibus accenseri solent. Ejusmodi sunt *flammæ candentes in aëre liquido*, et aliæ luces quæ subito existunt, et vel *porro tenus*, i. e. longius remotæ a conspectu nostro lucent, (vide Servium ad Ecl. I. 13.) vel *raptim* ac modo visæ citius evanescunt, uti candela accensa, splendor nocturnus, capra saltans, scintilla volans, stella cadens, ignis fatuus, &c. Quo pertinent in primis *Cometæ*, quos *secula rara*, i. e. non omnia, viderunt *perire*, post quam per longos cursus *protracti* fuerant. *Tractosque* Cod. Paris. et Regiom. *Perire* autem h. l. non est *interire*, sed tantummodo conspectui nostro se subducere (Non. Marcell. h. vs.) De meteoris illis atque cometis Noster deinceps. Pluribus ac variis ratiociniis, pro seculi sui genio, ea exposuerunt Aristoteles Meteorol. I. 2. Seneca Nat. Quæst. VII. Plin. Hist. Nat. II. 25. sqq. et alii, quorum argumenta disposuit et excussit Vossius de Idololatr. III. 9. cui adde sis Cardanum de Subtilit. IV. p. m. 117. sqq.' *Stoeb.*—818 'Ms. Paris. in contextu *ardescit*, pro var. lect. *arescit*. Regiom. *marcescit*. Omnium me-

NOTÆ

815 *Sive quod, &c.*] His 6. vss. primam reddit causam cometarum ex mente Aristotelis, qui Meteor. I. 7. docet, cometam nihil aliud esse, quam exhalationem calidam et siccam, quæ supra aërem evecta, et in eam regionem perveniens, in qua est ὑπέκκαυμα, i. e. congenea materies, illic ex motione superiorum corporum accendatur, luceat, ac motionem accipiat: et, si cui fortasse stellæ sit supposita illa exhalatio, tum ipsi comam seu crines affingat, tum motum ejus imitetur. Nec unus Aristoteles id sentit: sed plerique stoicorum, ut ait Seneca VII. 20. et Chaldæi et Xenophanes, qui tamen non exhalationem, sed nubem accensam esse voluit, teste Plut. Plac. III. 2. Huc spectat paeritr quod Strabo, apud Plut. citatum, existimat, non ignem esse, sed siderum lucem nube densa coërcitam: et quod Heraclitus ait, esse nubem sublimem sublimi luce illustratam.

Apta alimenta sibi dimissus corripit ignis,
Materiamque sui deprendit flamma capacem.
Et quia non solidum est corpus, sed rara vagantur
Principia aurarum, volucrique simillima fumo,
In breve vivit opus; citraque incendia limen
Subsistunt; pariterque cadunt surguntque cometæ.
Quod nisi vicinos agerent occasibus ortus,
Et tam parva forent accensis tempora flammis;

fit, flamma deorsum lapsa corripit nutrimenta sibi propria, et ignis capit materiam, quæ facile concipit illum. Et quia materia non est dura, sed sunt tantum minima semina exhalationum, quæ volitant, et quæ sunt simillima levi fumo, ideo cometa durat in breve tempus; et ignes existunt simul et pereunt, cum cometa fulgeat tantum inchoato jam interitu suo. Quod si ignes illi non haberent initia proxima

lius fortasse, *rarescit*.' Stoeb.—819 'Regiom. *demissus*. Ignis enim ille *descendit* vel a sole, vel ab astris, vel ab igne æthereo, vaporemque in aëris supremam regionem, ut aiunt, evectum accendit.' *Stoeb.*—820 Mss. vett. *capacem*. Mutavit Scal. in *rapacem*, et sic Delph. et Edd. recentiores. Restituit Bent. 'Inconcinne enim,' ait, '*rapacem*; cum priore vs. sit *corripit*: et prave; quia, lectione illa admissa, ibi ignis *corripit* materiam, hic vero a materia corripitur.' —823 Scal. Delph. et vulg. *cœptoque i. fine S. p. q. c. fulgente cometa*. 'Magis tamen placet quod olim emendabamus, *fugiente c.* Nam ita potius sententia postulare videtur.' *Scal.* 'Suadet Scal. ut legamus *fugiente cometa*, sed non persuadet: nam Manil. ut cometarum brevitatem significet, argute dixit eos subsistere, cum jam cœptus sit illorum finis, et finire dum adhuc fulgeant.' *Huet.* 'Mirificæ vero locutiones. Incendia subsistunt, hoc est, (ut volunt,) existunt, durant, postquam cœperit finis. Hoc intelligat, qui potest: immo vel illud intelligat, quid omnino sit *cœpto fine*. Illud vero æque intellectu difficile est, *incendia* (cometæ scilicet) *cadunt*, *fulgente* tamen *cometa*: cadunt ergo et extinguuntur, cum adhuc fulgeant. O poëtam Vulcano dedicandum, si hæc ipsius verba sunt, nec a librariis orta! Gembl. Lips. et recentiores aliquot: *cœptaque incendia finem Subsistunt, pariterque cadunt fulgentque cometæ*. Ex his vestigiis veram auctoris scripturam eruo; *citraque incendia limen Subsistunt; pariterque cadunt surguntque cometæ*. Opus, inquit, in breve vivit, et incendia citra limen subsistunt. Elegante metaphora ab ædium in-

NOTÆ

819 *Dimissus*] Ignis enim ille descendit vel a sole, vel ab astris, vel ab igne æthereo, vaporemque in aëris supremam regionem, ut aiunt, evectum accendit, unde nascantur cometæ. Aut saltem accenduntur cometæ, et cetera ignita meteora per antiperistasim.

820 *Materiam capacem* [*rapacem*] Nimirum exhalationem terræ sicciorem, et calidiorem, quæ in æthera evecta ignem corripiat.

821 *Et quia non solidum, &c.*] His 8. vss. probat cometas diuturnos esse non posse, nec semper permanere, cum ex vaporibus accendantur, quæ raræ sunt ac tenues, similesque fumo. Deinde arguit absurditatem, quæ inde sequeretur, nempe diem fore perpetuum, ac lucem sempiternam; cum aliquando ita maxime fulgeant meteora illa ignita, ut diei lucem imitentur.

Alter nocte dies esset, cœlumque rediret,
Immersum et somno totum deprenderet orbem.
Tum quia non una specie dispergitur omnis
Aridior terræ vapor, et comprenditur igni;
Diversas quoque per facies accensa feruntur
Lumina, quæ subitis existunt nata tenebris.
Nam modo, ceu longi fluitent de vertice crines,

suis finibus, et si diuturnitates illorum non essent adeo breves, postquam illi ignes sunt accensi, dies alter foret de nocte, cælum reverteretur, et reperiret omnem orbem terrarum sepultum sopore. Deinde quia tota exhalatio terræ siccior, quam par est, non distribuitur in unum solum genus meteori, nec corripitur una sola flamma, hinc fit ut ignes accensi et exorti in repentinis noctibus abeant pariter in varias figuras. Etenim nunc, quasi prolixi capilli volitent de summo capite, ignis ille referens simi-

cendiis petita; quæ, si citra limen subsistant, neque ultra ad domus vicinas progrediantur, cito deficiunt. *Citra limen subsistere*, ut Virgilius Æn. II. 242. 'quater ipso in limine portæ Substitit.' Seneca de Tranquil. c. 15. 'Sed se ipsos citra extrema hortentur consistere. Jam vero, quod sequitur, *pariterque cadunt surguntque* plane auctoris nostri ingenium et morem referunt; qui antithetis talibus mire sibi placet. Supra versu 205. 'Undique surgentem pariter pariterque cadentem.' et I. 280. 'Omnia concordi tractu veniuntque caduntque.' *Bent.* 'Cod. Paris. et Lips. *ceptaque incendia*. Paris. et Regiom. *fulgente cometa*. Locus nobis videtur ita constituendus: *cœptoque incendia fine Subsistunt; pariterque cadunt fulgentque cometæ*. Meteora, ait, ignita, simplicia tum demum *subsistunt*, vel existunt, cum, ob materiæ paucitatem vel tenuitatem, apparitionis finem prope attingunt: *pariter* mixta seu *cometæ fulgent*, ubi jam cadunt, i. e. ad occasum vergunt. Confer quæ statim subjungit vs. seq.' *Stoeb.*—827 Rom. *altus.*—828 'Codd. Paris. et Regiom. *Immensum*. Iidem Libri, 830. *terræque* pro *terræ* post *et* delent. vs. 833. *ceu* Cod. Paris. in contextu, *cum* pro var. lect. in margine. 835. *Diffusus* .... *ignis*. Idem et Regiom. *Diffusos ignes*. vs. 836. pro *species* uterque liber *facies*. vs. 837. *glomus*. legitur *globus* iisdem Codd. vs. 840. *tumidis*. Cod. Paris. minus bene *timidis*.' Stoeb.—830 Scal. Delph. et vulg. *terræque*. 'Si animum advertas, constructionem vitiosam esse reperies. Lege, ut vetusti quattuor

NOTÆ

829 *Tum quia, &c.*] His 4. vss. monet, ignes illos de nocte in aëre accensos in varias abire species ac figuras, quas ex ordine recenset.

833 *Nam modo, &c.*] His 5. vss. duplicem distinguit cometarum speciem; alteram crinitorum, alteram barbatorum. Cometa *crinitus* dicitur, qui hinc inde circum, seu in orbem, emittit ignes suos instar capillorum e vertice capitis effusorum. *Barbatus* vero, qui radios suæ lucis in unam tantum partem diffundit, in modum barbæ prolixioris. Hi duo vere cometæ appellantur ab Aristotele: cetera enim ignita meteora ad hos duos referri possunt. Namque cometa *disceus*, qui sub forma disci visitur, *pithetes*, qui sub figura dolii, *hippeus*, qui sub equinis jubis, celeriter motis et in orbem euntibus, ad primam cometarum speciem referuntur. *Acontias* autem, qui sub jaculi forma, *xiphias*, qui sub nitore gladii, *ceratias*, qui sub cornu specie, *lampadias*, qui facem ardentem imitatur, ad ipsam barbati cometæ speciem revocantur. In omni autem cometa duo notantur, *caput* et *cauda*. Caput globus est anterior, qui con-

Flamma comas imitata volat; tenuesque capillos
Diffusus radiis ardentibus explicat ignis.
Nunc prior hæc species dispersis crinibus exit,
Et glomus ardentis sequitur sub imagine barbæ.
Interdum æquali laterum compagine ductus,
Quadratamve trabem fingit, teretemve columnam.
Quinetiam tumidis exæquat dolia flammis,
Procere distenta uteros; parvasque capellas

litudinem capillorum fluitat, et pauci crines effundunt passim flammas, quæ dispergantur in radios fulgentes. Modo hæc prima figura exoritur cum flammis dispersis, et globus exsurgit sub similitudine barbæ fulgentis. Aliquando globus ille conformatus in similem commisturam laterum, reddit vel trabem quadrangulam, vel columnam oblongam. Immo etiam, ignibus illis turgescentibus, adæquat cados distentos in ingentes alvos: et flamma coacta in parvos globos effingit parvos capillos.

habent, *terræ vapor ét.*' Bent.—834 Scal. Delph. et vulg. *tenuisque capillus Diffusos r. a. e. ignes.* 'Gemb. quidem *capillus;* at Voss. et Lips. *capillis;* hic vero pro varia lectione *capillos*, quod servant recentiores omnes. Repone, *tenuisque capillos Diffusus radiis ardentibus explicat ignis.* Ignis explicat capillos, non capillus ignes; ut *flamma comas imitatur*, non coma flammas. *Tenuis* in codicibus est, ut solet, casus quarti pluralis. *Ignis* vero in Vossiano est.' *Bent.*—836 'Solus Gemblac. *species*, et sic Scal. et Delph. ceteri omnes *facies*. Utrumvis recte: illud vs. 829. hoc 831.' *Bent.* Delph. pro *crinibus*, *ignibus*.—837 Scal. Delph. et vulg. *globus*. 'Quomodo globus, undique rotundus, barbam humanam exprimat, non video. Longam, promissam barbam sæpe legas, *globosam*, opinor, nusquam. Repone *glomus*. Glomus lanæ non compressum recte imitetur barbam. Lucret. I. 361. 'Nam si tantumdem est in lanæ glomere quantum Corporis in plumbo est, tantumdem pendere par est.' Horat. Ep. I. XIII. 14. 'Ut vinosa glomus furtivæ Pyrrhia lanæ.' ubi codd. quidam, ut hic, *globos;* alii *glomos*.' Bent.—841 Scal. Delph. et vulg. *Procero d. utero parvosque capillos.* 'Totus locus ita legendus: *Quin etiam tumidis exæquat dolia flammis Procero distenta utero. parvosque capillos*

NOTÆ

stanter rotundus est; cauda crines sunt, qui in longum ducti funduntur retro.

838 *Interdum æquali, &c.*] His 2. vss. alia duo meteora ignita notat, trabem, et columnam. *Trabs* dicitur, quia in modum trabis quadratæ effingitur, qualem olim vidit Anaxagoras, ut tradit Seneca. *Columna*, quia in modum teretis columnæ lucet; qualis apparuit anno 1024. ut testatur Cedrenus.

840 *Quinetiam tumidis, &c.*] His 3. vss. notat *pithetem* cometam, qui sub forma dolii apparet.

841 *Parvasque capellas* [*parvosque capillos*] Omnia enim cometarum genera quasi capillitium aliquod emittunt, illudque majus aut minus pro sua specie. Cometa quippe dicitur a voce Græca κόμη, *coma:* vs. 834. 'Flamma comas imitata volat, tenuesque capillos.' Quanquam Gemb. habet *Parthosque capillos*. Forte quia Parthi olim omnes comati. Unde cum ægrotanti Vespasiano nuntiatum esset, cometam in aëre apparere, id portenti voluit a se eludere, dum non ad se, qui calvus erat, sed ad regem Parthorum, qui comatus, pertinere respondit. Dio. in Vesp. Prior tamen lectio mihi magis arridet.

**Mentitur, parvos ignis glomeratus in orbes
Hirta figurantes tremulo sub lumine menta:**

Vel etiam spica hirsuta effingitur sub luce micanti. Et ignis spargit faces quæ

Mentitur parvos ignis glomeratus in orbes. Nam et Gemb. habebat *glomeratus.* Sed in eodem male erat *Partosq. capillos.* Quidam prurita innovandi dixisset rectam esse lectionem, et innui Parthos capillos, quia Parthi comati. Unde quum ægrotante Vespasiano, paulo ante decessum ejus, nunciatum esset, cometen apparere: elusit portentum interpretatione, et ad Parthorum regem, qui comam pasceret, non ad se, dixit pertinere. Certe non defuturi sunt, quibus hoc commentum arridebit.' *Scal.* 'Sine dubio mendosum est *capillos:* nam de *crinibus, comis, capillis* jam egerat versu 834. Mirum vero, si *messis* integra a meteoris figuratur: neque messis dici potest *hirta:* arista quidem vel spica, si placet; sed minime messis. *Figuratur* et *messis* a Scal. conjectura veniunt. Scripti veteres mirum quantum ab his discedunt; *partosque* habent *capillos;* nisi quod Voss. *partesque,* et Venet. *capellos:* deinde versu novissimo omnes habent *figurantis··menses.* Repone, *parvasque capellas Mentitur, parvos ignis glomeratus in orbes Hirta figurantes tremulo sub lumine menta.* Describit meteori genus, quod *αἶγες* sive *capræ* vocatur. Aristoteles Meteor. I. 4. Οἱ καλούμενοι δαλοὶ καὶ αἶγες ... ὅταν μὲν οἷον ἀποσπινθηρίζῃ ἅμα καιόμενον αἲξ καλεῖται: hoc est, 'vocantur torres et capræ ... cum autem quasi scintillas emittat, dum ardet, capra nominatur.' Seneca Natur. Quæst. I. 1. 'Ignium multæ variæque facies sunt. Aristoteles quoddam genus eorum capram vocat. Si me interrogaveris quare? prior mihi rationem reddas oportet, cur hœdi vocentur. Si autem, quod commodissimum est, convenerit inter nos ne alter alterum interroget, quid dicat ille; satius erit de re ipsa quærere quam mirari, quid ita Aristoteles globum ignis appellaverit capram. Nota, illud globum ignis capram appellat: unde scias, cur Noster dicat, *ignem in parvos orbes glomeratum* capellas mentiri et effingere. Ceterum *hirta menta:* quia cum cetero corpore, tum mento præcipue hirtæ sunt, utpote barbatæ. *Menta* plurali numero, ut Virg. Georg. III. 311. 'Nec minus interea barbas incanaque menta Cinyphii tondent hirci.' Noster denique v. 103. 'Cumque decem partes aries duplicaverit ortu; Incipient hœdi tremulum producere mentum, Hirtaque tum demum terris promittere terga.' Adverte modo *tremulum mentum,* et *hirta tergora,* et agnosces emendationem.' *Bent.* 'Cod. Lips. *Procere distenta utera,* h. e. dolia, uteros habentia procere distentos. Rom. Ald. Pruckn. *Procero distenta utero.* Regiom. Paris. *Pro certo distenta utero.* Innuit autem Noster Pitheum, Plinio quoque memoratum II. 25. Cod. Lips. cum Gemblac. *partosque capillos.* Ms. Paris. Regiom. Rom. cet. *parvosque capillos.* Recte. Nec tamen omnino repudianda Gronovii emendatio *sparsosq. capill.* uti paulo ante 836. *dispersis crinibus* exit. Omnia enim cometarum genera quasi capillitium aliquod emittunt, idque majus aut minus pro sua specie. Ceterum hoc *que,* euphoniæ causa, pro *ve* vel *aut* scripsisse Auctorem puto. Novam enim his verbis definit speciem, eamque a Pitheo diversam. *Hippeum* intelligo, qui equinas imitatur jubas, celerrimi motus, *atque in orbem circa se euntes:* Plin. l. c. His utique Nostri conveniunt verba, quæ statim sequuntur.' *Stoeb.*—842 'Cod. Paris. Regiom. Rom. Ald. cet. *parvis signis glomeratur in orbes.* Cod. Lips. similiter: *parvis signis glomeratis in orbes.* Hæc autem distinctione completa separentur ab iis, quæ sequuntur.' *Stoeb.*—843 Scal. Delph. et vulg. *Hirta figuratur t. s. l. messis.* 'In fine versus pro

NOTÆ

843 *Hirta, &c.*] His 2. vss. notat duo alia meteorum genera, *spicam* ardentem, et *facem.* Illa hirsutæ spicæ speciem imitatur; hæc facis ardentis figuram.

Lampadas et fissas ramosos fundit in ignes.
Præcipitant stellæ, passimque volare videntur,
Cum vaga per nitidum scintillant lumina mundum:
Et tenuem longis jaculantur tractibus ignem,

finduntur in ramosas flammas. Et stellæ cadentes cernuntur ubique volitare, quando ignes discurrentes per aëra fluidum micant: et flammæ raræ vibrantur cum prolixis capillis, et prosiliunt longe passim illæ flammæ referentes similitudinem

---

menta Cod. Paris. et Regiom. *messes*, non *menses*, quod habet Cod. Lips. *Messis* pro *spica*, cujus quasi hirsutæ speciem cometes ille imitatur.' *Stoeb.*—844 Mss. et vulg. *Lampadas et fissas*. et sic Delph. Mutavit Scal. et Edd. recentiores *Lampadias fissus*. 'Sic legendum. Nam faces fissæ sunt: quod Virg. dicitur inspicare, 'ferroque faces inspicat acuto.' Plin. II. 25. 'Lampadias ardentes imitatur faces.' *Scal.* 'Hoc quoque a Scal. sed minus feliciter. 'Fundit, inquit, *fissus*, sive *fissuras*, in *ramosos ignes*. At neque *fissus* pro *fissura* reperitur, neque quod sit *fundere fissuras* excogitare possum. Repone cum codd. unn. antiquam lectionem. Ideo fissas, quia lampades ex pluribus filis vel bacillis constabant; et findebantur, quo melius arderent. At ex Plin. citat Scal. II. 22. 'Lampadias ardentes imitatur faces.' Atqui Plin. omnes cometarum species Græcis vocabulis appellat, Pogonias, Acontias, Xiphias, Ceratias: Noster ne unam quidem, sed omnes Latine.' *Bent.* 'Senecæ et Lucano I. 532. dicitur *Lampas*, a cujus genitivo formatur nominativus primæ Declin. *Lampada* vel *Lampadas*, uti a *tomex*, *tomicis*, *tomica* apud Vitruv. VII. 3. pr. a *strix*, *strigis* fecerunt *striga*. Proinde hoc Manilii versu, cui cum antecedente nihil commune, *Lampadas*, ceu nova species, novam format periodum. Nec movendum illud *et*, quod omnes Libri tuentur. Itaque audacter legas: *Lampadas et fissus ramosos fundit in ignes*. *Fissus* autem accusativo plurali accipiendum pro *fissuras*, qua forma Tertullianus *sancitus* pro sanctione, *expiatus* pro expiatione dixit.' *Stoeb.*—845 Scal. Delph. et vulg. *Præcipites s.* 'Illud *que*, extra suam sedem locatum, plane mendum hic indicat. Repone *Præcipitant*, neutraliter: ut Virg. Æn. II. 8. 'et jam nox humida cælo Præcipitat.' *Bent.* 'Non est cur a prisca Mss. et Edd. lectione recedamus. Nobis enim persuasum, Nostrum, de more ceterorum poëtarum, illo *que*, quod voci *passim* adhæret, numerum complere pedum voluisse. Exemplis id docti sumus satis multis. At centies idem monere tædiosum.' *Stoeb.*—846 Scal. Delph. et vulg. *liquidum*, et sic Codd. Paris. et Regiom. 'Gemb. et Lips. *nitidum*, quos ob vetustatem sequemur; cum inter verba parum intersit.' *Bent.*—847 Scal. Delph. et vulg. *Et tenues l. j. crinibus ignes*. 'et sic Cod. Paris. et Lips. cumque his Vulgg. omnes. Consimiliter Virg. Æn. v. 527. 'cælo seu sæpe refixa Transcurrunt, crinemque volantia sidera ducunt.' *Stoeb.* 'Vetusti omnes *tenuem* ... *ignem*. Repone quoque *tractibus*. *Crinibus* tueri forte quis velit, ex Virg. Æn. v. 527. Sed melius certe *crinem* quam

NOTÆ

845 *Præcipitant stellæ*] His 5. vss. designat meteorum illud, quod vulgo *stella cadens* dicitur. Plinius autem II. 8. docet 'stellas cadentes nihil aliud esse, quam aliquid humoris liquidi ignitum, ex astris decidens propter abundantiam illius: sicut ex lucerna decidit aliquid olei accensi.' Revera stellæ non sunt; sed, ut ait Arist. Meteor. 1. 'si exhalationis longitudines per partes exiguas et frequentes, æqualisve latitudinis et magnitudinis, sparsæ fuerint, stellæ fiunt, quæ videntur prosilire.' Virg. Geor. I. 365.

Excurruntque procul volucres imitata sagittas;
Arida cum gracili tenuatur semita filo.
Sunt autem cunctis permixti partibus ignes:
Qui gravidas habitant fabricantes fulmina nubes;
Et penetrant terras, Ætnamque minantur Olympo;
Et calidas reddunt ipsis in fontibus undas;
Ac silice in dura, viridique in cortice sedem

velocium sagittarum, quando scilicet via exsiccata minuitur in lineam exilem. Porro sunt ignes dispersi in omnibus partibus universi; sunt qui excudentes fulmina continentur in tumidis nubibus; et sunt qui continentur intus in terris, et minitantur cœlo Ætnam: sunt quoque qui reddunt aquas calidas in ipsis fontibus; sunt et qui reperiunt locum in rigido saxo, et in viridante cortice arborum, quando

crines: et *tenuis ignis* uno crine ducendus est, non pluribus, ut vs. 849. 'gracilo filo,' non filis: et jam *crinibus* habuimus vs. 836. et *crines* 833. Quare alium Maronis locum de re eadem Noster expressit Geor. I. 365. 'Sæpe etiam stellas, vento impendente, videbis Præcipites cælo labi, noctisque per umbram Flammarum longos a tergo albescere tractus.' Lucret. II. 206. 'Nocturnasque faces cæli sublime volantes Nonne vides longos flammarum ducere tractus?'' *Bent.*—848 Scal. et vulg. *Exurguntque.* Rom. et alii *Exurunt.* Delph. ex Gemblac. *Exiliunt.* 'Procul enim prosiliunt illæ stellæ cadentes, sive sursum sive deorsum, sive ad dextram sive ad sinistram, ut quoquo versum ferantur; velocesque sagittas imitantur.' 'Quomodo, sodes, *exsurgendo* sagittas imitantur? Repone *Excurruntque,* procul evolant; quo ipso sagittas imitantur.' *Bent.* 'Hoc ex Cod. Voss. dedit Bent. Longe quidem melior hæc lectio, quam ceterorum librorum, qui habent *exuruntque.* Magis autem placet ea, quam ex Gemblac. prodidit Fayus, *Exiliuntque.*' Stoeb.—852 Gemb. *Ætna minatur.* Rom. vulg. *imitatur.* Scal. *imitantur.* 'Quid hoc est? Ignes penetrant terras, et imitantur Ætnam olympo? Immo potius, si quicquam imitantur, *Ætnaque imitantur olympum.* Sed vetusti omnes melius *minantur* flammas Ætnæ olympo, quasi quandoque cælum ipsum combusturas. Sic infra 891. 'terrisque minantur Ardentes sine fine rogos.' Senec. Consol. ad

NOTÆ

850 *Sunt autem*] His 13. vss. rationem aliquam reddit, cur meteora illa ignem in æthere, aëre, ac nubibus corripiant. Quippe quia ignes sunt in æthere, aëre, ac nubibus, sicut et in ceteris universi partibus. Loquitur autem ex mente Hippasi et Heracliti, qui mundum ex igne, tanquam ex semine ac primo principio, exortum voluerunt. vs. 132. supra. 'Sive ignis fabricavit opus, flammæque micantes, Quæ mundi fecere oculos, habitantque per omne,' &c. Et Lucret. VI. 245. et seqq.

851 *Fabricantes fulmina*] Vs. 134.

852 *Ætnamque minantur Olympo*] Suppl. ignes, qui terras penetrant, quique cœlo minitantur Ætnam. Ætna quippe mons est Siciliæ, qui perpetuum ignem evomit ac eructat in aërem, quasi cœlos incensurus. Claud. Rapt. Pros. 161. 'Nunc movet indigenas nimbos, piceaque gravatum Fœdat nube diem, nunc motibus astra lacessit,' &c. Sed de variis flammarum Ætnæ causis agemus in Lucret. VI. 630. et seqq.

Olympo] Cœlo vs 178.

Inveniunt, cum sylva sibi collisa crematur :
Ignibus usque adeo natura est omnis abundans.
Ne mirere faces subitas erumpere cœlo,
Aëraque accensum flammis lucere coruscis,
Arida complexum spirantis semina terræ,
Quæ volucer pascens ignis sequiturque fugitque ;
Fulgura cum videas tremulum vibrantia lumen
Imbribus e mediis ; et cœlum fulmine ruptum.
Sive igitur raro præbentes semina terræ
In volucres ignes possunt generare cometas :
Sive illas natura faces ut cuncta creavit

scilicet nemus contritum ad se invicem comburitur. Usque adeo totum universum plenum est ignibus ! Igitur noli admirari lampadas repentinas exsilire de cælo, et æthera inflammatum ignibus micantibus ardere, quippe qui recipiat siccas exhalationes, quas terra emittit et quas flamma velox, nutriens sese ex illis, et arripit avida, et relinquit ; siquidem cernere est coruscationes, quæ emittunt lucem micantem in mediis nimbis ; et cælum ipsum, quod frangitur fulmine. Ergo sive natura terræ suppeditantis alimenta complexa flammas, valuit gignere cometas : sive natura ipsa formavit illas lampadas ex stellis simul junctis, et lucentibus in cælo

Polyb. c. XXII. ' Numquam ille te fratrem ulli minatus est.' *Bent.*—856 Regiom. *crematur Ignibus* (.) *Usque adeo, &c.*—862 Scal. Delph. et vulg. *I. in m.* ' Vett. unn. *I. et m.* Legendum *I. e m.*' Bent.—863 Scal. Delph. et vulg. *S. i. ratio præbentis s. t. Involvens i. potuit g. c.* ' Libb. omnes vetusti *In volucres igues posuit :* et recentiores itidem, nisi quod habent *possunt.* Repone, *S. i. raro præbentes s. t. In volucres i. possunt g. c.* Ubi ordo est, sive igitur terræ, ut jam disserui, raro præbentes semina in volucres ignes, possunt generare cometas. *Præbentes semina in ignes*, ut supra 815. ' Sive quod ingenitum terra spirante vaporem.' *Raro* autem præbentes, ut 811. ' Sunt etenim raris orti natalibus ignes.' et mox 814. ' Rara per ingentes viderunt sæcula motus.'' *Bent.* ' Cur *raro?* Obnitentibus scil. Libb. unn. Quam illud a mente Manilii alienum ! Resumit enim post longum hyperbaton, quod sup. 815. dixerat : ' sive quod ingenitum,' &c. Itaque de terra jam ibi dictum. Nunc aliam rimatur causam, quæ referri ad *rationem* illam possit, quæ cuncta gubernat, cui mox subordinatur natura 865. Itaque auctore Cod. Paris. reponendum *S. i. ratio præbentis s. t. In volucres ignes potuit g. c.* Pro *potuit*, idem Cod. *possunt.* Regiom. *possit.*' Stoeb.—865 Scal.

NOTÆ

857 *Faces*] Omne meteori igniti genus.

859 *Semina terræ*] Exhalationes et vapores terræ, quibus, velut alimentis, cometæ pascuntur in æthere, c. 815. et seqq.

862 *Cœlum*] Æthera, aërem, aut nubes aërias potius, quas fulminis ignis frangit, ut deorsum in terras erumpat. Lucret. VI. 199. ' Et ignis Semina convolvunt e nubibus ; atque ita cogunt Multa, rotantque cavis flammam fornacibus intus, Donec diversa fulserunt nube coruscei,' &c.

863 *Sive igitur, &c.*] His 9. vss. varias philosophorum opiniones refert

Sidera, perpetuis cœlo lucentia flammis:
Sed trahit ad semet rapido Titanius æstu,

propter exiguos ignes: sive globus solaris per calorem suum rapacem attrahit ad

subjuncta e. S. per tenues c. l. f. Delph. *ob j. &c.* 'Sub juncta Scaligero debemus: libri universi, *ob cuncta.* Repone et interpunge, *Sive illas natura faces, ut cuncta creavit Sidera, perpetuis cælo lucentia flammis.* Ubi ordo est, sive natura creavit, ut cuncta sidera, ita illas faces; hoc est, cometas, qui revera sidera perpetua sunt. Opinio Chaldæorum, Senecæ, et aliorum aliquot; quam verissimam esse hoc demum sæculo est demonstratum a maximo viro Isaaco Newtono: de quo quasi vaticinatus est Seneca Nat. Quæst. VII. 26. 'Erit qui demonstret aliquando, in quibus cometæ partibus errent: cur tam seducti a ceteris eant; quanti qualesque sint.' Idem VII. 22. 'Ego nostris (Stoicis) non assentior: non enim existimo cometen subitaneum ignem, sed inter æterna opera naturæ.' Vides hic, quod Noster modo dixit, 'Natura eos creavit et perpetua.' Iterum VII. 3. 'Qui apud Chaldæos studuisse se dicit Apollonius Myndius, peritissimus naturalium, ait cometas in numero stellarum poni a Chaldæis, tenerique cursus eorum.'' *Bent.* 'Cod. Lips. et Paris. *ob cuncta,* quos recte sequuntur Vulgati veteres. Gemblac. vero, *ob juncta,* i. e. *vicina sidera,* quæ ita describit, *per tenues cælo lucentia flammas,* uti constanter nostri Libri. Hæc autem in galaxia potissimum inveniuntur. Quapropter alludere videtur Manilius ad Aristotelis opinionem, qui vix generari cometas pro confesso ponit, nisi extra tropicum circulum: *frequenter sub ea, quam lacteam viam appellant,* sub qua magnam esse vim exhalationum credidit, ex qua cometæ gignerentur.' *Stoeb.*—867 Libri omnes *sed.* Mutavit Scal. in *seu.* et sic Delph. '*Seu* quoque a conjectura Scaligeri est; cum libri omnes hic recte habeant, *sed trahit.* Rationem reddit prioris sententiæ; non novam, ut vir summus opinatus est, sententiam proponit. Cometæ, inquit, sui generis planetæ: perpetuis flammis lucent: *sed* cum in orbitis suis soli appropinquant, occultantur ejus validiore luce, quo modo Venus et Mercurius.' *Bent.* 'Ita quidem codd. omnes præter Paris. qui ad sermonem continuandum legit *seu trahit,* cui mox recte subjicitur, 'seu Deus,

NOTÆ

de vera cometarum causa ac materia. Duobus prioribus vss. repetit sententiam Aristotelis, quam supra proposuerat vs. 815.

865 *Sive illas natura, &c.*] His 2. vss. Democriti et Anaxagoræ de cometis sententia notatur, qui, testibus Aristotele 7. Meteor. Plutarch. Plac. III. 6. et Laërt. lib. II. docuerunt cometas nihil aliud esse, quam planetarum, seu erraticarum stellarum, duarum vel plurium, vulgo non apparentium, σύμφασιν, *coapparitionem,* et σύνοδον, *congressum;* aut ἀντίλαμψιν, *reflexum fulgorem,* vulgo *resplendescentiam,* ut ita dicam, planetarum, aut stellarum illarum erraticarum, seu inter se, seu cum stellis fixis; et fere eo modo, quo speculis multis lucem in se invicem reflectentibus, nescio quid stellæ simile videtur. Sic enim rem explicat Seneca c. 19. 'Zeno noster in illa sententia est. Congruere judicat stellas, et radios inter se committere; hac societate luminis existere imaginem stellæ longioris,' &c.

867 *Sed trahit, &c.*] His 5. vss. tertia de cometis sententia continetur, quæ fuit Diogenis, Apollonii Myndii, Senecæ, et Chaldæorum. Senec. 22. et 27. Plutarch. Plac. III. 13. De quorum sententia Stobæus hæc habet Ecl. Phys. 'Præter planetas vulgo apparentes, alias esse stellas, quæ

Involvitque suo flammantes igne cometas;
Ac modo dimittit: sicut Cyllenius orbis,
Et Venus, accenso cum ducit vespere noctem,
Sæpe latent, falluntque oculos, rursumque revisunt:
Seu Deus, instantis fati miseratus, in orbem

seipsum, ac infert secum cometas accensos ex igne suo, et nunc rejicit illos a se; veluti globus Cyllenius, et Venus, quando ipsa inducit tenebras noctis vespere incenso, sæpe lucent, et decipiunt visus nostros; et iterum redeunt: sive Deus, commotus fatali casu, qui immineat orbi terrarum, dat signa illius casus per has affec-

&c:' *Stoeb.*—871 Scal. et vulg. *nitent* . . . *rursusque*. Delph. *micant*. 'Ipsa poscit sententia ut reponas *latent*. Gemb. *rursum*.' Bent. 'Nonne sic unum duobus? In codd. nostris et in Paris. addita quidem distinctione, legitur *serpentem* (:) quod cum præcedente *noctem* satis apte jungi videtur posse. Quod si minus placet, longe satius erit cum Gemblac. legere *nitent*.' Stoeb.—872 Pro

NOTÆ

aliquamdiu quidem inconspicuæ sint, quoniam sursum procul a nobis feruntur; interdum vero appareant, factæ scilicet humiles, et sic ad universa delatæ, tuncque cometæ ab iis vocentur, qui stellas esse nesciunt. Videri porro evanescere, cum ætheris profunditatem, ut pisces maris fundum, subeuntes, in regionem suam sursum referuntur.' Ita fuisse homines testatur Plinius, 'qui hæc sidera perpetua esse crederent, suoque ambitu ire, sed non nisi relicta a sole cerni.' Unde, ut ait Seneca c. 22. reponenda 'inter opera æterna naturæ.' Rem autem præclara comparatione explicat Manilius. Sicut enim Mercurii aut Veneris planeta modo cernitur, modo subducitur oculis nostris, prout sub radiis solis, aut procul ab iis lucet, ita variæ illæ stellæ, per regionem æthercam diversimode discurrentes, modo cernuntur, modo fugiunt oculos, prout magis aut minus accedunt ad solem, aut ab eo recedunt, quasi lumen reflexum non emittant, nisi ab uno sole acceptum.

Titanius] Sup. *orbis*, quæ vox tertio sequenti versu ponitur. Titanius autem orbis, i. e. sol, qui Titan dictus est vel a verbo Græco τιταίνω, *extendo*, quippe qui radios lucis suæ per totum universum extendat ac diffundat, vel a fabulis, quibus fingitur Titan solis pater. Titan enim primus creditur solis motum observasse ac demonstrasse. Pausan. in Corinth.

869 *Cyllenius orbis*] Mercurii planeta. Mercurius enim dictus est *Cyllenius*, a Cyllene monte, in quo natus est, vs. 33.

870 *Venus*] Veneris planeta, vs. 177. 810.

871 *Sæpe latent* [*micant*], *falluntque oculos*] Uterque enim planeta, Mercurius et Venus, cum circa solem volvantur, quo propius ad eum accedunt, nusquam cernuntur, sed in ipsis solis radiis quasi involvuntur: ubi vero ab eo recesserunt, eosque demisit sol, tunc micant et conspiciuntur. Hinc fit, quia Mercurii planeta propius ad solem accedit, ut vix alicui fuerit conspicuus.

872 *Seu Deus, &c.*] His 48. vss. quartam, quæ vulgi est, de cometis opinionem refert. Vulgus enim credit cometas a Deo creari in aëre, ut nobis signa sint calamitatum, ac fa-

Signa per affectus cœlique incendia mittit.
Nunquam futilibus excanduit ignibus æther :
Squalidaque elusi deplorant arva coloni,
Et steriles inter sulcos defessus arator
Ad juga mœrentes cogit frustrata juvencos.
Aut gravibus morbis et lenta corpora tabe
Corripit exustis letalis flamma medullis,
Labentesque rapit populos ; totasque per urbes

tiones et per hos ignes cœli. Etenim nusquam æther arsit ignibus inutilibus; et agricolæ frustrati conqueruntur agros vastatos ; et agricola fatigatus inter sulcos infæcundos jungit tristes tauros ad juga jam frustra imposita. Vel ille ignis mortifer cruciat corpora hominum morbis atrocibus et languida lue, medullis intus adustis, et enecat gentes languidas morbo ; et publica funera fiunt, tumulis accensis per

miseratus Cod. Paris. *miseretur*.—874 Delph. *concanduit*.—875 ' Ita impressi vetustiores. At cod. Lips. *effusi*. Non male. Uti enim *effusus* cachinnus, ita quoque *effusi deplorant*, pro *effuse*, quod non minus Latine quam eleganter dicitur.' *Stoeb.*—878 ' Cod. Paris. supra lineam, quasi pro var. lect. *trabe*. Nihil vero hic mutandum.' *Stoeb.*—880 Scal. Delph. et vulg. *Tabentes*. ' Codd. universi *Labentes:* quod miror a Scal. mutatum in *tabentes :* cum altero abhinc vs. habuerimus ' lenta corpora tabe.' Infra 884. ' Alter in alterius labens cum colla ruebant.' Virg. in peste, Georg. III. 498 ' Labitur infelix

NOTÆ

talium eventuum, quos cœlum terris ac mortalibus minatur. Unde Manilius ait cometas signa esse sterilitatis agrorum, morborum, ac pestis, qualis olim populata est Athenienses ; et bellorum, tum exterorum, tum civilium, quale fuit bellum Pharsalicum, Actiacum et Siculum servile. Sed quam vana sit hæc opinio, jam docebimus.

873 *Affectus*] Affectiones, i. e. alterationes, mutationes, &c. Gallice, *disposition*, *changement dans le ciel*, Cic. Fat. et Divin.

874 *Nunquam futilibus, &c.*] Sic Claud. Bell. Get. 243. ' Et nunquam cœlo spectatum impune cometen.' Vulgus igitur existimat a cometis creari sterilitates agrorum, famem, pestem, bella, principum interitus, cladem, ceteraque similia : sed quam vana sit hæc opinio, immo quam nulla sit ratio, patet vel ex eo uno, quod, nullo etiam prælucente cometa per aëra, nihilominus hæc omnia mala terris contingant. Deinde quod aliis regionibus aut hominibus malum creditur accidisse, id aliis terræ partibus aut populis salutare bonum vertitur. Quid ergo cometas letales, diros, ac timendos dicimus potius, quam salutares, benignos, ac amabiles ? Præterea, quod a Deo dentur ad aliquid significandum, non inficior ; sed interim undenam constat id ita fieri ? Præclare Seneca I. 1. ' Ergo tu in tantis erroribus es ut existimes Deos mortium signa præmittere, et quicquam esse in terris tam magnum, quod perire mundus sciat ?' Præclarius Manilius infra 903. ' Sæpe domi culpa est. Nescimus credere cœlo.'

Publica succensis peraguntur justa sepulcris.
Qualis Erechtheos pestis populata colonos
Extulit antiquas per funera pacis Athenas,
Alter in alterius labens cum colla ruebant.
Nec locus artis erat medicæ, nec vota valebant.

omnes civitates. Cujusmodi fuit pestilentia, quæ abripiens cives Erichtheos sepelivit priscas Athenas per funera, quæ flebant tempore pacis, quando unus cadebat in mortem alterius. Nec locus erat scientiæ medicæ, nec preces erant utiles: re-

studiorum atque immemor herbæ Victor equus.'' *Bent.*—881 Scal. Delph. et vulg. *fata.* ' Solus Gemb. *succensi . . . sepulchri.* Repone *justa.* Certe *peragere fata* aliud est, nec loco convenit. At peragere *justa*, sive exequias, tam vulgatum, quam sententiæ accommodatum. Ovid. Met. II. 625. ' Et dedit amplexus, injustaque justa peregit.'' *Bent.* ' Codd. omnes *fata*, i. e. funera, quod rescribendum. Sensus: Publica funera fiunt tumulis seu rogis accensis per omnes civitates.' *Stoeb.*—882 Mss. et vulg. *Erichtonios.* Correxit Scal. ex Gemblac. ' Cod. Paris. et Ed. Regiom. *Erichtonios.* Res eodem recidit, sive hoc vel illo pacto legas. *Erichtonius* rex Athenarum, qui Homero *Erectheus.*' Stoeb.—884 Scal. Delph. et vulg. *fata.* ' Et hic quoque illud *fata* librariorum est, non auctoris. Dederat ille *colla.* Val. Flacc. II. 425. ' Sic ait Hæmonii labens in colla mariti.'' *Bent.* ' Jam vero supremis osculis locus non erat. Rescribendum ergo *fata*, quod Libri reclamant universi. Unus in funus alterius cadebat. Quid clarius? Lucret. 1229. ' ubi se quisque videbat Implicitum morbo, morti damnatus ut esset, Deficiens animo, mœsto cum corde jacebat Funera respectans, animam et mittebat ibidem. Idque vel in primis cumu-

NOTÆ

881 *Justa*] Interitus, funera; vs. 1.

882 *Qualis Erechtheos, &c.*] His 9. vss. breviter describit pestilentiam illam, quæ olim totas Athenas populata est; cujus Thucydides II. 47. longam instituit narrationem, quamque Lucretius VI. ult. 144. vss. eleganter complexus est. Tanta autem fuit illa pestis, ut neque tot hominum interitus uspiam accidisse memoretur, inquit Thucyd.

Erechtheos] Athenienses, qui Erichthei et Erichthonii dicti sunt ab Erichtheo quarto Athenarum rege.

883 *Extulit*] Verbum funebre. Efferri enim, aut efferri cadaver, dicitur cum cadaver sepelitur, aut funus celebratur. Efferri quippe est quasi extra urbem ferri. Veteres enim corpora sepeliebant extra urbem, nisi eorum, qui gessissent magistratus: honestiores tamen circa vias. Unde frequenter Epitaphia *ad viatores* diriguntur.

Athenas] Urbem Græciæ celeberrimam. Athenas autem dixit, pro Atheniensibus, civitatem pro civibus, vs. 243.

884 *Colla*] Interitum, mortem; vs. 1.

885 *Nec locus artis erat medicæ*] Lucret. lib. VI. 1224. ' Nec ratio remedii communis certa dabatur.' Thucyd. cit. Ἔθνησκον δὲ οἱ μὲν ἀμελείᾳ, οἱ δὲ καὶ πάνυ θεραπευόμενοι· ἕν τε οὐδὲν κατέστη ἴαμα, ὡς εἰπεῖν, ὅ, τι χρῆν προσφέροντας ὠφελεῖν, id est ' moriebantur autem alii incuria, alii etiam cum studiose curarentur: nullumque fere certum fuit remedium, quod adhibitum profuerit.'

Cesserat officium morbis; et funera deerant
Mortibus, et lacrymæ. Lassus defecerat ignis,
Et coacervatis ardebant corpora membris:
Ac tanto quondam populo vix contigit hæres.
Talia significant gaudentes clade cometæ:

medium deerat morbis; et exequiæ et lacrymæ deerant funeribus. Ignis rogorum defatigatus cessaverat, et corpora cremabantur cum omnibus corporibus collectis in unum. Et vix superstes fuit hæres huic genti, quæ olim tam numerosa fuit. Cometæ fulgentes portendunt plerumque ejusmodi mala. Interitus sequuntur flammas

---

labat funere funus,' &c.' *Stoeb.*—887 Scal. Delph. et vulg. *Fessus.* 'Libri vetusti *Lassus*; quod reponendum est.' *Bent.*—888 'Quomodo, sedes, *ardebant*, si ignis jam defecerat? Et quale genus loquendi, *corpora membris coacervatis?* Hypallage, inquit Huetius, pro *membra corporibus.* Apage tales Hypallagas. An membra tantum ardebant, non corpora? Et post prælium legimus coacervata corpora; atque id opera victoris: sed quis corpora peste extinctorum coacervaverit? Est versus spurius.' *Bent.* 'Hic Bent. gubernaculum navis criticæ non recte administrando, in scopulos impingitur. In critico, leni et circumspecto animo opus est: aliter, si præceps feratur, 'mole ruit sua.' Spurius est versus, ait castigatorum princeps. Nequaquam. Ita concipe. Tam immensa ligni quantitas absumpta fuisset, adeo ut tandem inopia sequebatur. Tum membris (non *corporum*, ut male sentiunt interpretes, sed *ignis*) in unum collatis rogorum priorum, non penitus consumptis, super hæc membra corpora reliqua, nondum in cineres redacta, imposuerunt. Eandem vocem *membris* ad signa transfert infra, lib. III. Et si *membris signorum* Manilianum sit, cur non, *membris ignis?*' Burton.—889 'Cod. Paris. et Regiom. *vix* mutant in *via.* Rectene an secus quivis facile judicabit.' *Stoeb.*—890 Scal. Delph. et vulg. *lucentes sæpe.* 'Inertissime dictum. Repono *gaudentes clade.* Ut IV. 221. 'Efficit et multo gaudentem sanguine Syllam.'' *Bent.* 'Vetus et vera lectio, *lucentes sæpe*, quam nolim fuisse tentatam. Non enim dictum, *cometæ sæpe lucent*, sed ita accipiendum: Cometæ lucentes *significant sæpe* talia, scil. sterilitatem agrorum, graves morbos, creberrima funera, &c. Proinde sicuti Cicero cometas 'magnarum calamitatum prænuntios' dixit, de Nat. Deor. Lib. II. c. 5. ita Noster illarum *sæpe signum* affirmat esse *cometam*, causam autem minime; quippe quæ ab immodica tenuitate ac

NOTÆ

Nec vota valebant] Thucyd. ὅσα τε πρὸς ἱεροῖς ἱκέτευσαν, ἢ μαντείοις καὶ τοῖς τοιούτοις ἐχρήσαντο, πάντα ἀνωφελῆ ἦν· τελευτῶντές τε αὐτῶν ἀπέστησαν, ὑπὸ τοῦ κακοῦ νικώμενοι. Id est, 'Omnes etiam supplicationes ad templa factæ, et omnis opera, qua aut in oraculis sciscitandis aut in aliis hujusmodi rebus usi fuerant, hæc omnia nullius usus erant: tandemque victi magnitudine mali hæc missa fecerunt.' Lucr. VI. 1274. 'Nec jam religio Divom, nec numina, magni Pendebantur enim: præsens dolor exsuperabat.'

886 *Funera deerant, &c.*] Lucret. lib. VI. 1276. 'Nec mos ille sepulturæ remanebat in urbe, Quo prius hic populus semper consuerat humari. Perturbatus enim totus repedabat, et unus Quisque suum pro re consortem mœstus humabat.' Scilicet, teste Thucydide, in rogum alienum eos antevertentes, qui exstruxerant,

Funera cum facibus veniunt, terrisque minantur
Ardentes sine fine rogos, cum mundus et ipsa
Ægrotet natura novum sortita sepulcrum.
Quin et bella canunt ignes, subitosque tumultus,
Et clandestinis surgentia fraudibus arma:
Externas modo per gentes; ut fœdere rupto
Cum fera ductorem rapuit Germania Varum,
Infecitque trium legionum sanguine campos;
Arserunt toto passim volitantia mundo

istas cœli, et minitantur terris pyras perpetuo accensas, siquidem jam universum et tota natura nacta recentem tumulum languescit. Immo etiam faces cœli prædicunt bella, et repentinas seditiones, et bella quæ exoriuntur ex dolis secretis. Sicut nuper, quando pace violata a populis exteris, ferox Germania abstulit ducem Varum, et tinxit agros suos cruore trium legionum Romanarum, faces minaces

siccitate aëris, vel nullo cometa lucente, repetenda.' *Stoeb.*—896 Scal. Delph. et vulg. *extremas.* 'Vetusti omnes *externas.* Rectissime: modo per gentes externas, modo domi civiles motus et cognata bella, vs. 904. Unde constat Huet. perperam *etenim* pro *etiam* ibi reposuisse.' *Bent.* 'Sic Codd. Gembl. et Lips. Impressi autem vetustiores juxta cum Ms. Paris. *Extremas*, quod alteri non prætulerim. Quod si tamen *extremas* adsciscere lubet, accipiendum forte erit *de extremo bello*, quod Romani, ante quam hæc scripserat Auctor, gesserunt.' *Stoeb.*—899 Scal. Delph. et vulg. *minitantia.* 'Male hic,

NOTÆ

alii suum cadaver imponebant, facesque subdebant: alii, cum aliud cadaver combureretur, suo insuper injecto, discedebant, &c.

891 *Funera cum facibus, &c.*] Fata et interitus comitantur cometas. His 3. vss. iterum notat fatales cometarum effectus, non uni aut alteri terrarum regioni, sed et toti universo. Quasi futuri sint in cœlis cometæ ante extremum mundi interitum ex igne. Sane videtur hæc excerpsisse e sacris codicibus. Luc. c. 21. 'Erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris pressura gentium,' &c.

893 *Natura*] Mundus, universum, v. 164.

894 *Quin et bella canunt, &c.*] His 8. vss. docet cometas præsertim etiam portendere bellorum clades, regnorum eversiones, ac principum interitus. Tibull. II. El. v. 71. 'Belli mala signa cometen.' Sil. IV. 'Regnorum eversor rubuit letale cometes.' In cujus rei fidem Manilius notat bellum, quod Varus Quintilius Romanus, Galliæ Cisalpinæ præfectus, sub Augusto, Germanis intulit, in quo cecidit ipse, cæsæque sunt tres legiones Romanæ. Quod quidem bellum multi cometæ in aëre visi præcesserant.

897 *Germania*] Regio Europæ notissima, *Allemagne.*

Varum] Q. Varum, ut monui, qui ab Arminio, Germanorum Cheruscorum, hoc est, Transrhenorum, duce, cæsus est; et cujus ope Virgilius olim amissos recuperavit agros, unde laudes ejus prosequitur Eclog. VI. Horatius vero Carm. I. od. 24. mortem ejusdem deflet.

Lumina, et ipsa tulit bellum natura per ignes,
Opposuitque suas vires, finemque minata est.
Nec mirere graves rerumque hominumque ruinas:
Sæpe domi culpa est. Nescimus credere cœlo.
Civiles etiam motus, cognataque bella
Significant. Nec plura alias incendia mundus
Sustinuit, quam cum ducibus jurata cruentis

fulserunt ubique in toto cœlo, et ipsa natura intulit bellum istud per suas flammas in cœlo, et objecit suas vires, et minata est exitium extremum. Neque admireris istas fatales clades hominum, ac rerum. Etenim plerumque causa ignorantiæ hujus nobis est domestica. Neque enim scimus fidere cœlo. Cometæ portendunt etiam seditiones civiles, et bella domestica. Neque cœlum prætulit olim plures ignes,

cum statim sequatur 'minata est.' Repono *volitantia.*' Bent. 'Dedit Auctor *minitantia,* cui fidem faciunt Libb. unn. præter Lips. qui mendose *munitantia.*'

NOTÆ

900 *Natura*] Mundus, universum, vs. 194.

902 *Nec mirere, &c.*] His 2. vss. Epiphonema est, quo Poëta monet lectorem, ne miretur si cladum ac fatalium eventuum, quos sequuntur cometæ, causa lateat sibi, cum ipsa sua ignorantia in causa sit; quippe qui cœlorum ac siderum vires ac jura non satis pernoscat. Quia igitur causas cometarum ignoramus, in vanas ac fabulosas cogitationes abimus. En quod ait: 'Sæpe domi culpa est. Nescimus credere cœlo.'

904 *Civiles etiam motus, &c.*] His 16. vss. docet non exterorum modo, sed et civilium bellorum signa esse cometas. In cujus rei argumentum tria dat exempla. 1. Civilis belli, quod ex una parte M. Brutus et Cassius, J. Cæsaris interfectores, ex altera parte Augustus, Antonius, et Lepidus excitaverunt; et quo apud campos Philippæos Brutus et Cassius cæsi sunt. 2. Belli civilis Actiaci, quo Augustus apud Actium navali pugna devicit Antonium et Cleopatram. 3. Belli civilis Siculi, quo Sext. Pompeius, Pompei magni filius, navali quoque prælio superatus est ab Augusto, qui armis et viribus servorum usus est, quos undique sibi in auxilium convocaverat. Hæc autem præsertim memorat bella in laudem Augusti, cui suum hoc opus dedicat, ut monui vs. 7.

906 *Quam cum, &c.*] His 6. vss. primum civile bellum notat, quod multi diri cometæ, multaque prodigia præcesserunt: de quibus consule Virg. Georg. I. 463. 497. Hujus enim belli futuri signa dederunt aër per volucrum importunos cantus; terra per canum obscœnorum latratus, per pecudum insolitas voces, per vomitus flammarum Ætnæ, &c. mare per insolentes tempestates, &c. cœlum per Solis defectum, ac cometarum apparitiones. Namque, ut ait Virg. citatus: 'Non alias cœlo ceciderunt plura sereno Fulgura, nec diri toties arsere Cometæ,' &c.

Ducibus] Puta Augusto, Antonio, et Lepido, qui data dextera juraverant in Cassii et Bruti cladem, ut J. Cæsaris necem ulciscerentur.

Arma Philippeos implerunt agmine campos.
Vixque etiam sicca miles Romanus arena
Ossa virum lacerosque (nefas) superastitit artus:

quam cum bella jurata inter duces sanguinarios impleverunt exercitu agros Philippenses. Vix quoque exsiccatus erat campus, cum miles Romanus stetit super ossa, et super membra hominum, quæ antea ibidem dilaniata fuerunt; et ipsum Impe-

Stoeb.—907 'Nisi Codicum obstaret auctoritas, mallem hic, *sanguine*, propterea quod paulo ante vs. 898. 'Infecitque trium legionum *sanguine* campos.'' *Stoeb.*—908 Scal. Delph. et vulg. *vix etiam*, omissa particula *que*, quam reposuit Bent. ex Lips. Voss. et aliis.—909 Scal. Delph. et vulg. omissa voce *nefas*, legit *prius*. 'Quid illud monstri est, *prius laceros*? Suspicor ab auc-

NOTÆ

907 *Philippeos .... campos*] Qui sunt juxta Philiipporum urbem. Philippi, orum, plural. urbs fuit dicta ab instauratore Philippo Macedonum rege. Prius enim dicta est Crenide: deinde Datos; demum Philippi. Appian. Civ. IV. De situ autem, ubi hæc urbs, ambigunt scriptores. Florus, Ovidius, et Servius eam ascribunt Thessaliæ, Plinius et Mela in Thracia constituunt. Stephanus et Ptolemæus, et S. Lucas Act. 16. in Macedonia. Sed videndum in hoc discrimine an duæ sint Philippi; et an regiones istæ diversæ, unius fortasse Macedoniæ nomine comprehensæ, occasionem dederint scriptoribus abeundi in diversa. Quicquid sit, hoc unum constat apud poëtas, Ovidium, Virgilium, et Manilium iisdem Philippis utrumque bellum Philippicum ascripsisse. Ovid. Met. XV. 824. 'Emathiaque iterum madefacti cæde Philippi.' Virg. Georg. I. 489. 'Ergo inter sese paribus concurrere telis Romanas acies iterum videre Philippi,' &c. Manil. jam infra 908. et 909. Quanquam si rem stricte velis capere, ut bene notavit Clarian. not. in lib. I. Lucani, campi Pharsalici, qui Pompeio fuerunt exitiales, longe absunt a campis Philippicis, qui Bruto et Cassio fuerunt exitiales. Scilicet Pharsalus urbs erat Thessaliæ, juxta quam campi Pharsalici jacebant: Philippi urbs erat Macedoniæ, juxta quam erant campi Philippici. Macedònia autem Thessaliæ adjacet, adeoque late olim extendebatur, ut Thessaliam, Thraciam, ac Dalmatiam illius nomine comprehenderint poëtæ. Unde, qui locus visus est primum difficilis, intelligi facile potest, cum tamen primum bellum in Pharsalicis seu Thessalicis, secundum in Philippæis, seu Macedonicis campis confectum fuerit.

908 *Vix etiam, &c.*] Quæ obscurioribus verbis his 2. vss. dixit Manilius, eadem clarioribus Virg. Georg. I. 490. 'Romanas acies iterum videre Philippi: Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro Emathiam et latos Hæmi pinguescere campos.' Vix igitur campi Philippenses exsiccati erant sanguine civium Romanorum effuso per J. Cæsarem et Pompeium olim, cum jam iterum miles Romanus in iisdem campis stetit supra ossa et supra membra virorum prius lacerorum; ut jam iterum quoque suo sanguine campos eosdem madefaceret, pugnantibus inter se Bruto et Cassio ex una parte, et Augusto, Antonio, et Lepido ex altera parte.

Imperiumque suis conflixit viribus ipsum,
Perque patris pater Augustus vestigia vicit.
Necdum finis erat: restabant Actia bella
Dotali commissa acie, repetitaque rerum

rium Romanum pugnavit contra suas vires, et pater Augustus victor fuit per semitas patris Julii Cæsaris. Neque adhuc finis erat bellorum: bella Actiaca supererant, quæ illata fuerunt per pugnam factam in dotem mulieris; et sors rerum

tore fuisse (*nefas*). Ut Virg. Æn. VIII. 688. 'Sequiturque (nefas) Ægyptia conjux.'' *Bent.* 'Hoc *nefas*, invitis Codd. loco movit vocem *prius*, quam Scripti Editique omnes ferunt, quæque ad sensum recte constituendum omnino pertinet. Vixque etiam, inquit Auctor, campi Philippenses exsiccati erant sanguine civium Romanorum per J. Cæsarem et Pompeium olim effuso, cum jam iterum miles Romanus in iisdem campis stetit, supra ossa et membra virorum prius, i. e. ante hoc tempus, lacerorum; ut jam iterum suo quoque sanguine campos eosdem madefaceret, pugnantibus inter se Bruto et

NOTÆ

910 *Imperium*] Romanum.

911 *Perque patris, &c.*] Notat victoriam, quam Augustus Julii Cæsaris vestigia secutus reportavit in iisdem campis, quibus anteà J. Cæsar ex Pompeio victor fuerat.

Patris] J. Cæsaris; qui O. Augusti pater fuit, non quidem natura, sed judicio et voluntate, ut monui vs. 9.

Augustus] O. Augustus, Romanorum secundus Imperator, qui, cum Lepido et Antonio, in campis Philippæis Cassium et Brutum devicit, Juliique Cæsaris necem nece ultus est.

912 *Necdum finis erat, &c.*] His 5. vss. alterum civile bellum notat, Actiacum scilicet, quod primum secutum est; quodque pariter Augustus confecit, dum necem J. Cæsaris ulcisceretur. Porro quinque bella civilia secuta sunt mortem J. Cæsaris, 1. Philippense, 2. Actiacum, 3. Siculum, 4. Mutinense, 5. Perusinum. Hæc duo posteriora non memorat hic poëta. Primum retulit jam supra. Secundum relaturus est infra 917. Jam Actiacum explicat, quod Augustus gessit et confecit contra Antonium et Cleopatram, apud Actium, Epiri promontorium, in quo urbs erat ejusdem nominis, quam restauravit Augustus, et a victoria sua nominavit *Nicopolim*, inque ea ludos quinquennales instituit in honorem Apollinis, cui Actium sacrum erat. Virg. Æn. VIII. 675. 731. hanc navalem pugnam describit.

913 *Dotali commissa acie*] Hoc enim bellum susceptum est propter mulierem. Antonius nimirum, repudiata primum Fulvia uxore, duxit Octaviam Augusti filiam; sed, hac quoque repudiata, Cleopatram Ægypti Reginam duxit in matrimonio, eique in dotem ausus est polliceri Romanum Imperium. Itaque bellum adversus Romanos suscepit dotis gratia: sed ab Augusto devictus est navali pugna apud Actium.

Repetitaque rerum Alea] Alludit enim Poëta ad primam Pharsalicam pugnam Pompeium inter ac Cæsarem, qua jacta est rerum alea; hoc est, qua de totius orbis terrarum imperio certatum est. Similiter in hac Actiaca pugna iterum pugnatum est de totius orbis imperio. Augus-

Alea, et in ponto quæsitus rector Olympi:
Fœmineum sortita jugum cum Roma pependit,
Atque ipsa Isiaco certarunt fulmina sistro.

iterum tentata est, et perquisitus est rector cœli in ipso mari, quando pugna illa magnifica est nacta muliebre mandatum, suspensa inter undas; et ipsa fulmina

Cassio ex una, et Augusto, Antonio, et Lepido ex altera parte.' *Stoeb.*—914 Mss. vett. et Paris. et Regiom. *Prælia.* Correxit Scal. ex Gemblac.—915 Scal. Delph. et vulg. *pompa.* Mss. vett. *rependit.* 'Vitium esse in verbo *rependit* nemo negaverit, nisi qui Latine nescit. Opus est enim verbo, quod absolutum Grammatici vocant. Nos olim *tetendit* divinabamus, non male. Nam tendere etiam de navali prælio potest dici, cum *παρεμβολὴ* dicta sit acies navalis. Diodorus XI. 253. *δύο παρεμβολὰς ἔθετο, τὴν μὲν τῷ πεζῷ στρατεύματι, τὴν δὲ τῇ ναυτικῇ δυνάμει· καὶ τὰς μακρὰς ναῦς ἀπάσας ἐνεώλκησε, καὶ τάφρῳ βαθείᾳ καὶ τείχει ξυλίνῳ περιέλαβε· τὴν δὲ τῶν πεζῶν παρεμβολὴν, κ. τ. λ.* At *παρεμβάλλειν* quid aliud, quam tendere? Sed sine dubio vera lectio est *pependit.* Bellum enim navale dicitur pendens. In Apotelesmatico: 'Navales etiam pugnas, pendentia bella Attribuunt.' Græcum est *μετεωρίζεσθαι*: quod est pendere, et in alto *σαλεύεσθαι*, quando naves tenent altum. Accedit huc quod Jacobus Susius ad oram libri e regione hujus loci de ingenio ita correxerat. Paria ergo fecimus. Sed quomodo ille interpretaturus fuerit, nescio.' *Scal.* 'Recte Scal. *pependit*: sed interim de *pompa* nihil dictum: quam tamen interpretari velle, est operam perdere. Repone *Roma.* Ordo est cum *Roma pependit* dubia, sortita femineum jugum: quasi jactis sortibus, an sub Cleopatræ jugum cederet. Noster IV. 35. de Horatio 'pendebat ab uno Roma viro, regnumque orbis sortita jacebat.' Claudian. I. Stil. 375. 'discrimine Roma supremo Inter supplicium populi deforme pependit.'' *Bent.*

NOTÆ

tus enim in occidente, Antonius in oriente regnabat; quorum alterutro devicto, rerum potiretur alter necesse fuit. Quæsitus est igitur in ponto, hoc est, in illo navali prælio, quis foret rector Olympi, Augustus an Antonius: i. e. quis Jove socio cœlos regeret, ut ait poëta, vs. 797. 'Cœlumque replevit, Quod regit Augustus socio per signa Tonante.' Adulatoria sane verba. Sic. v. 52. 'Actiacosque sinus inter suspensus utrimque Orbis, et in ponto cœli fortuna natabit.'

914 *Olympi*] Cœli, vs. 178.

915 *Fœmineum jugum*] Jussum Cleopatræ. Jusserat quippe Antonius, ut legiones parerent Cleopatræ. Unde Virg. Æn. VIII. 696. 'Regina in mediis patrio vocat agmina sistro.'

Roma [*Pompa*] Certamen magnificum, pugna superba. Superbus quippe fuit utrimque ille belli apparatus. Omne autem spectaculum solenne, aut certamen, dicitur *Pompa.* Ovid. Æn. III. Eleg. 2. Cic. De petit. Consul.

Pependit] A verbo *pendo*, quod hic absolute sumitur; id est, quasi *suspensa natavit.* Bellum quippe navale bene dicitur *pendens.* Sic Manilius hoc explicat IV. 288. 'Navales etiam pugnas, pendentia bella Attribuunt, Pelagique infectos sanguine fluctus.' Et v. 52. 'Actiacosque sinus inter suspensus utrimque Orbis, et in ponto cœli fortuna natabit.'

916 *Ipsa fulmina*] Mars et Bellona, quæ duo sunt belli fulmina, quæque pro utraque acie pugnabant, ut ait Virg. de hoc prælio Æn. VIII. 700.

Restabant profugo servilia milite bella;
Cum patrios armis imitatus filius hostes,
Æquora Pompeius cepit defensa parenti.
Sed satis hoc fatis fuerit. Jam bella quiescant:
Atque adamanteis Discordia vincta catenis

belli pugnarunt audito crepitaculo Isiaco. Bella servorum cum militibus fugitivis supererant, quando Pompeius filius armis secutus exemplum hostium patris sui occupavit maria, quæ pater ejus olim tutatus erat. Sed hoc sufficiat de fatalibus eventibus. Jam nunc arma cessent nobis, et Discordia constricta vinculis ada-

'Libri omnes, *cum pompa rependit.* Ubi *pompa* valet *victoria*, qua detrectatum Cleopatræ jugum *rependit*, i. e. retribuit.' *Stoeb.*—920 Ms. Paris. *fuerat.* Mox pro *quiescant*, *quiescunt.*—921 Delph. *cincta.*

NOTÆ

'Sævit medio in certamine Mavors Cælatus ferro, tristesque ex æthere Diræ, Et scissa gaudens vadit Discordia palla, Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello,' &c.

Isiaco sistro] Ægyptiaco crepitaculo. *Sistrum* peculiare fuit instrumentum musicum Ægyptiorum, quod Isis Ægyptiorum Dea credita in dextera gestare dicebatur, quoque sacerdotes Ægypti utebantur inter Isidi sacra facienda. Quod autem musicum esset instrumentum, satis indicavit Prudent. Symm. II. 527. nomine 'Symphoniæ:' 'Fluctibus Actiacis signum symphonia belli Ægypto dederat, clangebat buccina contra.' Non autem corneum, sed æneum erat, ut ait Tibull. I. 3. 23. 'Quid tua nunc Isis mihi Delia? quid mihi prosunt Illa tua toties æra repulsa manu?' Eleganter autem Poëta *sistrum* Ægyptiacum notat, quo crepitante, tota Ægyptus contra Italiam certabat; immo Dii Ægyptii adversus Romanos Deos. Prop. III. 11. 41. de Cleopatra, 'Ausa Jovi nostro latrantem opponere Anubin, Et Tiberim Nili cogere ferre minas.'

917 *Restabant servilia bella, &c.*] His 3. vss. notat tertium civile bellum, quod Augustus confecit, quodque secutum est cometas et prodigia, quæ Pharsalicam primam et secundam pugnam præcesserant. Dictum est *servile* bellum, quia servos omnes ac profugos undique ad arma sua convocavit Augustus adversus Pompeium, Pompeii magni filium, quem apud Siciliam navali pugna devicit. Unde et 'Siculum' bellum pariter dictum est. Vell. II. 77. et 81.

918 *Imitatus .... patrios hostes*] J. Cæsarem, qui occupaverat maria, quæ Pompeius Magnus defendebat, ac tutabatur præoccupata.

919 *Pompeius*] Sextus Pompeius, Pompeii Magni filius.

Parenti] Pompeio magno, qui pater fuit Sexti Pompeii.

920 *Fatis*] Fatalibus rebus ac eventibus, puta bello, cladibus, nece principum, &c.

921 *Atque adamanteis discordia, &c.*] Alludit Poëta ad Jani Templum, quod ab Augusto clausum est tertia et ultima vice. 1. enim regnante Numa; 2. post bellum Punicum secundum; 3. post bellum Actiacum ab Augusto confectum, clausum est Jani Templum; quod tempore belli perpetuo patebat, tempore vero pa-

Æternos habeat frænos in carcere clausa.
Sit pater invictus patriæ; sit Roma sub illo;
Cumque Deum cœlo dederit, non quærat in orbe.

mantinis, et inclusa in custodia, habeat frænos sempiternos. Pater Patriæ sit insuperabilis; Roma subjecta sit illi; et quoniam Roma retulit jam illum ut Deum in cælum, ne quærat eum jam in orbe terrarum.

NOTÆ

cis claudebatur. Intus autem Discordia, quæ belli furor est, catenis constricta fingebatur. Virg. Æn. I. 297. 'Diræ ferro et compagibus arctis Claudentur Belli portæ; Furor impius intus, Sæva sedens super arma, et centum vinctus aënis Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento,' &c.

923 *Pater patriæ*] Augustus vs. 7.
Roma sub illo] I. e. Romani pareant semper Augusto.

924 *Deum cœlo dederit, &c.*] Vivum enim adhuc Augustum inter Deorum numerum retulerant Romani, vs. 9.

MARCI MANILII

ASTRONOMICON

LIBER II.

ARGUMENTUM.

PRÆFATUS pauca Manilius de variis argumentis, quæ sibi alii ex aliis poëtæ tractanda sumserunt, novamque, et a nemine ante cantatam, materiam aggressurum se professus, I. sidera quæque in suum quodque genus, inque suas quasque varias species partitur; scilicet, in masculina et fœminina: in humana et ferina: in bina et biformia: in aversa et directa: in diurna et nocturna: in terrestria et aquosa, inque ambigua: in fœcunda et sterilia, inque communia: in currentia et stantia: inque denique fessa et jacentia: II. varias eorundem siderum configurationes, quas Astrologi diversos aspectus vocant, eleganti admodum carmine instruit, docetque pariter quæ quotve sint trigona, quæ quotve quadrata, quæ quotve hexagona, et quæ cujusque generis dextra sinistrave dicantur. III. Signat ea signa, quæ conjuncta, quæ disparia, quæve sunt opposita; necnon sub quibus signis singula corporis humani membra sint in tutela. Notat etiam quæ signa dicantur sese audientia; quæ sese videntia; quæ amicantia, et quæ inimica. IV. Contrarias et amicantes, ut aiunt, signorum configurationes similiter adornat. Planetarum deinde varios aspectus ac terminos in signis longo carmine prosequitur et notat. V. His omnibus animadversis, explicat duodecima, quæ Græci vocant dodecatemoria, signorum, ac planetarum. VI. Varias cardinum ac locorum intermediorum rationes perquirit; effectusque ac dignitates singulorum distinguit et enumerat. VII. Denique duodecim cœlestium domorum censum agit, ac earundem titulorum et tutelarum: certisque domibus suum quemque proprium planetam ascribit.

MAXIMUS Iliacæ gentis certamina vates,
Et quinquaginta regum regemque patremque,
Hectoreamque facem, tutamque sub Hectore Trojam,

Maximus ille poëta, cui sua patria abstulit jura, quæ poscebat ab ea, dum offerebat vicissim ei alia jura, et ex cujus ore omnis posteritas poëtarum hausit copiosas aquas ad effundendos versus: et ex cujus unius opibus ipsa facta dives, ausa est derivare magnum fluvium in exiguos rivulos; ille, inquam, Poëta cantavit ore di-

3 'Ita recte emendarunt viri docti, cum antea et Mss. et Romana editio haberet, *Hectoreamque facit:* inepto vel potius nullo sensu.' *Scal.* 'Vetusti omnes, *Hectoreumque facit.* Versum adulterinum esse suspicor, nempe confictum ex I. 764. 'Assaracum atque Ilum, totamque sub Hectore Trojam:' cujus pars prior in codicibus sic depravata est, *Castra ducum et cœli;* ut hic, *Hectoreumque facit.*' Bent. 'Non profecto nihili prorsus est prisca Codicum Mss. lectio, quam retinere nec Regiomontanum puduit. Ea sic habet *Hectoreamque facit tutam subque Hectore Trojam.* Solus Cod. Lipsiensis e recensione doctor. Duumvirorum tenet *Hectoreumque.* Nos equidem non temere suspicari videmur, scriptum fuisse *herc* vel *hec eumque,* quæ quidem compendiaria et cum maxime ambigua scriptura vitiosæ lectioni locum fecit. Itaque rectius facturos se putarunt Viri docti, qui, *Hectoris* admissa voce, pro *facit* dederunt *facem.* Magis ad rem ipsorum fecisset *Hectoreasque faces,* siquidem id hoc loci cogitasset Manilius, quod infra v. 300. expressit, et Naso Epist. ex Ponto IV. 7. 41. sq. 'Talis apud Trojam Danais pro navibus Ajax Dicitur Hectoreas sustinuisse faces.' Sed aliorsum mentem Auctoris declinare visum est Barthio, qui per *facem* non *incendium* intelligi vult, sed *iram,* quam itidem *facis* vocabulo notavit Persius Sat. III. 116. sq. 'Nunc face supposita fervescit sanguis, et ira Scintillant oculi,' &c. Quare cum Hector internecina in Achillem ira fuisset animatus, maluit Vir summus legere, *Æmoniamque facem.* Nimirum ut duo summi belli adversique sibi maxime principes de industria conjungerentur ab eo, qui summam tantæ obsidionis paucis complecti velit. Quod sane, inquit Ille, oppido frigide præstiterit, qui Achillis mentionem in epitoma Iliados omiserit, cum hujus principis bona pars *ira,* adeoque ipsum exordium est Iliadis, cujus argumentum Manilius recenset. In subsidium hujus conjecturæ, cui tamen non nihil diffidit, vocare potuisset V. D. luculenta Horatii verba Sat. I. 7. 11. sq. 'inter Hectora Priamiden animosum atque inter Achillem Ira fuit capitalis,

NOTÆ

1 *Iliacæ*] Trojanæ, Troja namque dicta fuit *Ilion,* vel *Ilium,* aut *Ilios,* ab Ilo Trois filio, qui pater Laomedontis fuit, quique Trojam vel primus condidit, vel a Dardano prius exstructam restauravit. Hom. Il. Υ. Virg. Æn. VIII. ut monui I, 501.

Vates] Homerus, poëta Græcus, qui 168. an. post bellum Trojanum floruit; quique duo carminum opera conscripsit, alterum de bello Trojano, quod *Ilias:* alterum de Ulyssis erroribus, quod *Odyssea* inscribitur. Cujus utriusque argumenta breviter Manilius memorat; Iliados quidem 3. vss. prioribus: Odysseæ vero, 3. vss. seqq.

2 *Regemque patremque*] Sup. Priamum, qui Trojanorum rex fuit, et qui ex legitimis uxoribus filios 50. susceperat, quos Poëta *reges* vocat, i. e. Duces. Hom. Iliad. Z. et ultimo lib. Virg. Æn. II. 503. 'Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum,' &c.

3 *Hectoreamque facem*] Ignem ab Hectore in naves Græcorum injec-

Erroremque ducis totidem, quot vicerat, annis
Jactati pelago, geminataque Pergama ponto;

vino bella gentis Trojanæ; et principem ejusdem gentis, qui pariter genitor fuit

ut ultima divideret mors.' Ille vero satis habuit accusare minus venustam unius nominis in eodem versu repetitionem, quæ tamen defendi posset altero exemplo, IV. 45. ubi 'Et Cinnam in Mario, Mariumque in Cæsare victum.' Itemque Ovidii Heroid. Epist. XIX. 163. 'hoc vectis Phryxo Phryxique sorore,' &c. Hanc tamen causam equidem suscipere nolumus. Quin potius vestigiis priscæ scriptionis pressius insistentes, legendum putamus, *Herculem eumque facit* (,) *tutam subque Hectore Trojam*, unde satis, opinor, lucide adparet, hæc cum antecedentibus jungi debere, hoc modo: Divinus ille vates Homerus, qui ore sacro cecinit Iliacæ gentis certamina, Agamemnonem impensius celebrans, *facit*, i. e. sistit vel fingit, eum regem quinquaginta regum, patremque populorum, *eumque*, pro *eundemque*, facit *alterum quasi Herculem*, qui Trojam primum captam delevit: Iliad. v. 648. sqq. Ovid. Pont. IV. Epist. 16. 19. Cecinit præterea *tutam sub Hectore*, dum viveret, *Trojam*, *&c.* Malim vero pro *tutam* legere *domitam*, quod Nostro magis convenit, coll. I. 764. ubi omnium Codd. consensu legendum, *victamque sub Hectore Trojam*. *Domitam* scripsit Ovidius l. m. c. Judicet nunc æquus lector, istene versus, an criminatio Bentleii obliterationis sit damnanda. Nos equidem non ingratum fecisse videmur manibus comptissimi Poëtæ, cui genuinum fœtum, abstersa, qua erat affectus, labe, restituimus. In quo quidem negotio eam videmur emendandi rationem iniisse, in qua probanda cum veræ scriptionis indicia, tum Veterum hac de re mythologia, denique nexus sententiæ et acumen amicissime conspirant. Neque est profecto, cur de significatu, quem isti *facit* tribuimus, disceptare nobiscum ex capite usus Latini possis. Stat in nostris partibus Plautus, cujus hæc sunt ipsissima verba Aulul. IV. 10. 46. 'tum me faciat quod volt magnus Juppiter:' pro, *de me faciat*. Accedit Terent. Adelph. IV. 1. 19. 'Laudarier te audit libenter: facio te apud illum Deum.' *Stoeb.*—5 Mss. et vulg. *Instantem bello geminata per æquora ponto*. 'Non est locus contaminatior in toto Manilio. Nam quid est *geminata æquora?* Ulysses non geminavit æquora, sed decennia, aut bellum decennii. Corrige ex libro Gemblacensi, sine quo locus hic frustra tentabatur: *Erroremque Ducis totidem, quot vicerat, annis Instantem, belli geminata per agmina, ponto*. Unum tamen nobis duntaxat permisimus: ut *belli* pro *bello* legere-

NOTÆ

tum. Hom. Iliad. O. et Π. et Virg. Æn. II. 276. de Hectore: 'Vel Danaum Phrygios jaculatus puppibus ignes,' &c. Propert. lib. II. Eleg. 8. 32. 'Fervere et Hectorea Dorica castra face.'

Tutamque sub Hectore Trojam] Scilicet sospite Hectore Trojano, Priami ex Hecuba nato, Troja non potuit expugnari; sic enim in fatis erat. Hom. Iliad. X. De Troja diximus I. 501. et supra vs. 1.

4 *Erroremque ducis, &c.*] Ulyssis, qui, Troja expugnata, decem annis, quot scilicet ante Trojam pugnaverat, per mare erravit reversurus in patriam, variaque expertus est pericula ob læsæ Minervæ iram. Hom. I. Odyss.

Quot vicerat] Quia revera pugnavit Ulysses cum victoria in bello Trojano. Sic Cæsar apud Luc. I. suos milites alloquitur: 'Bellorum o socii, qui mille pericula Martis Mecum, ait, experti, decimo jam vincitis anno.'

5 *Geminata*] Recte; namque Ulysses bis in mari et per mare exercitum

Ultimaque in patria captisque penatibus arma,

quinquaginta ducum; et ignem ab Hectore missum; et Trojam securam sub ipso

mus. Cætera sunt a Gemblacensi. Errorem ducis instantem ponto per geminata belli agmina totidem annis, quot vicerat. Ulysses totidem annis erravit mari, quot pugnavit ad Trojam. Hoc vocat errorem ducis instantem ponto totidem annis, quot vicerat, id est ἠρίστευσεν. Nam non solum pugnatorem, sed etiam victorem inducit, ut Homerus, Αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων. *geminata belli agmina*, labores bellicos geminatos in mari. Ulyssem enim in Odyssea inducit conflictantem cum altero bello in mari. Quis hæc odoratus fuisset, nisi codex indicasset? Tamen nunquam probavimus illud, *geminata æquora*.' Scal. Delph. *Instantis bello*. 'Ita castigandum. Bene enim dicitur dux instans bello: minus eleganter error instans ponto.' 'Res, de qua agitur, constat; Ulixen tot annos consumpsisse in ponto, quot apud Trojam: ut Ovid. Amor. II. 1. 31. 'Quique tot errando quot bello perdidit annos;' et Art. Am. iii. 15. 'Est pia Penelope, lustris errante duobus, Et totidem lustris bella gerente viro;' sed verba contaminatissima sunt. Quid enim est, *errorem instare ponto?* Dux ipse certe instabat, non error. Quid denique est, *per agmina belli?* vel quid *agmina geminata?* Nemo quisquam, cui ullus harum literarum gustus est, hæc sana esse credet. Pro *belli*, quod a Scaligero est, libri omnes *bello*. Repone, *Erroremque ducis totidem, quot vicerat, annis Jactati pelago; geminataque Pergama ponto:* sententia clara, nullaque egens explicatione. Dicam modo, quod meis oculis vidi. Ovid. Heroid. XVII. 205. 'An sequar, ut suades; laudataque Pergama visam?' Est in bibliotheca Collegii Trinitatis codex in membranis scriptus, qui a prima manu sic versum exhibet, *An sequar, ut suades; laudata per agmina visam*. Postea *per agmina* transversa linea inductum est, et superne emendatum *que pergama*. Vides id ipsum librario isti evenisse, quod nostris. Ceterum Auctor in tribus prioribus versibus Iliada Homeri vult, in his duobus Odysseam. *Quot vicerat annis:* ut Cæsar apud Lucan. I. 300. 'decimo jam vincitis anno.' *Bent.* 'Hæc tametsi satis apte cohærent, invitis tamen Codicibus sunt vulgata. Gemblac. et Paris. sic: *Erroremque ducis* (,) *totidem quot vicerat annis Instantem bello* (,) *geminata per agmina ponto, &c.* Recte autem vidit Regiom. pro *ponto* legendum esse *ponti*. Quo pacto constituta lectio tam est sana, quam quæ maxime. Navigationem enim decennalem Ulyssis Noster Odysseam tangens, ipsius fere Homeri verbis, *errorem* dicit. Conf. Odyss. IX. 253. sq. et Virgil. Æneid. VI. 532. Quod addit *instantem bello*, nil certe significat aliud, quam navigationem illam, quæ in exercitu versanti imminebat; fuisse continuo urgentem. Sic imminendi notione vocabulum illud Nostro venit IV. 22. et I. 872. Alteram, urgendi nimirum, sustinet I. 324. coll. V. 704. et apud Silium VII. 349. 'instat trepidis stimulatque recentes Navus abire timor,' &c. Quorum ad instar Sidon. Apollinar. Carm. XXIII. 373. in ludo Circensi: 'Instabant alii manu atque voce.' Illa vero, *geminata per agmina ponti*, neminem nisi Poëtarum lectione minus exercitatum offendere possunt. Præivit hac locutionis elegantia Virgilius

NOTÆ

eduxit in expeditionem: semel, cum ad Trojam venit; iterum cum, expugnata Troja, per mare cum sociis annos decem erravit, bellaque gessit adversus Ciconas populos, et Polyphemum. Hom. Odyss. I.

6 *Captisque penatibus*] Ædibusque occupatis. Proci nempe, absente Ulysse, Penelopes uxoris castitati insidias paraturi domum occupaverant, opesque invaserant. Quod ipsa queritur per literas apud Ulyssem. Ovid.

Ore sacro cecinit: patriam cui Græcia, septem

Hectore incolumi: et longos itineris cursus ductoris Ulyssis per totidem annos,

Æneid. II. 782. 'leni fluit agmine Tybris.' Ubi *agmen*, notante Servio, impetum, fluorem significat. Cujus imitatione Noster infra v. 580. 'gravidus jam surgere pontus Cœperat, et longo fugiebant agmine fluctus,' &c. Statius pariter 'agmina nimborum' memorat Theb. VII. 37. pro quo Rutilius vs. 540. dixit 'grande volumen.' Jam ergo *geminata ponti agmina* quid aliud Nostro, nisi fluctus maris solito turgidiores, quibus Ulysses agitatus est, præsertim ex quo ei diras imprecatus est Polyphemus? Odyss. IX. 528. sqq. coll. XIII. 341. sqq.' *Stoeb.*—7 Vulg. *patriam qui jura petenti.* Rom. *patriam atque j. petentem.* Gemb. *patria quæ j. petenti.* Scal. *qui et jura petenti.* 'Ita bene, meo judicio, emendarunt docti viri ex scripta depravata lectione; ut sit *patriam et jura ἓν διὰ δυοῖν*, patriæ jura, quanquam potest etiam legi propius ad vestigia corruptæ lectionis, *qui patria rura petenti.*' Scal. Delph. *et cui jura petenti.* 'Ita castigandum et ratio, et ordo, et sensus verborum postulat. 1. enim quis nescit ex Herod. de vita Homeri, Homerum luminibus captum hujusmodi proposuisse conditionem Cumis, si publice eum alere vellent, civitatem Cumanorum celeberrimam suis carminibus redditurum? Verum cum id justum alimentum senatus consulto per prætorem denuntiato denegassent, hac indignatione commotus Homerus, Cumis ad Phoceam secessit, imprecans interim Cumanis neminem unquam fore clarum poëtam qui tam stupidos celebraret. Ratio igitur postulat ut legamus, *Patria et cui*, &c. Siquidem Homero patria sua eripuit *jura*, i. e. justum alimentum, quod ab ea poscebat tum jure humanitatis, quia cæcus et Cumanus; tum jure mercedis, quia vicissim alia rependebat *jura*, nempe carmina, quibus Cumanos celebraret. 2. Id satis innuit ordo verborum et sensus: *et cui patria*, &c. *Et ex cujus ore*, &c. *et ex cujus bonis*, &c. Quod ex ipsa interpretatione patet. Male ergo Scal. *patriam qui et jura*, &c. Quasi vero hæc verba non ad Homerum, sed ad Ulyssem sint referenda. Scilicet quasi Homerus in scribendo suo carmine eripuit jura et patriam Ulyssi, dum eidem dabat; quippe qui, inquit ille, Ulyssem inducat in Odyssea redeuntem in patriam, et in sua jura patria. Nec mirum si nec verba, nec Manilii mentem assecutus est vir alioquin perspicax.' 'Hoc in hunc modum enarrat vir magnus: ait Auctor, inquit, Homerum eripere patriam Ulixi, dum dat ei: nam et sero post viginti annos patriam ei reddit, et etiam tum a procis possessam: ergo potius *rura* legi oportere quam *jura*: quod prius rus pervenerit Ulixes, ab Eumæo subulco ibi receptus. In corruptissima, ut nunc fertur, lectione vix his meliora dici potuerunt. Sed aliud et toto pelago distans in mente erat Auctori. Libri vetusti omnes sic habent, *patria quæ jura petentem Dum dabat eripuit.* Vossianus tantum *patriam.* Ex his vestigiis sententiam ipsam indagavi, et statim verba velut injussa se obtulerunt. Repone, *patriam cui Græcia, septem D. d. e.* Cui Homero Græcia septem patrias assignabat, quarum nomina 'Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athenæ;' et septem assignando nullam ei certam reliquit.' *Bent.* 'Illa,

NOTÆ

Her. I. 89. 'Inque tua regnant, nullis prohibentibus, aula; Viscera nostra, tuæ dilaniantur opes.' Penates quippe Dii credebantur domestici, qui pro domo usurpantur a poëtis. Virg. Æn. II. 514. Et VIII. 123. 'Ac nostris succede penatibus hospes.' i. e. ædibus, domibus. Unde alii Penates *domestici*, qui domus; alii *patrii*, qui urbium; alii *magni*, qui regnorum ac provinciarum; alii *parvi*, qui et domus curam agebant. Virg. Æn. IV. 21. V. 62. VIII. 543. Macrobius III. Sat. 14.

Dum dabat, eripuit: cujusque ex ore profusos
Omnis posteritas latices in carmina duxit,
Amnemque in tenues ausa est diducere rivos,
Unius fœcunda bonis. Sed proximus illi
Hesiodus memorat Divos Divumque parentes,
Et chaos enixum terras, orbemque sub illo

quot pugnaverat cum victoria, dum scilicet iterum bellum ageret in mari cum copiis quas iterum duxit; et extrema bella ejusdem ductoris in sua patria et in suis ædibus, quas proci occupaverant. Sed Hesiodus, qui non multo inferior fuit illi, narrat Deos et genitores Deorum; et chaos, quod peperit terras: et mundum quasi

Græcia septem, nullibi Librorum nostrorum leguntur. Veteris et veræ lectionis reliquias servant Cod. Paris. et Regiom. Ille: *patriæ quem jura petentem Dum dabat eripuit* (:) Hic dedit, *patria atqui jura petentem Dum dabat eripuit*, ubi si legas *petenti*, quod ceteri tenent universi, nihil est certe, quod vel structionem verborum vel interpretationem impediat. *Atqui*, i. e. verum, verum tamen, (uti I. 282. not.) Homerus eidem Ulyssi *petenti patria jura dum dabat, eripuit*, nempe dum illa exhibuit a procis occupata, neque consiliorum magis ope, quam armorum vi repetenda.' *Stoeb.*—8 'Cod. Paris. et Regiom. *profuso*, quod nonnumquam valet *effuso*. Plaut. Curcul. I. 2. 8. 'Tu crocinum et casia es, tu bdellium: nam ubi Tu profusus, ibi ego me pervelim sepultam.' *Os* adeo *profusum* seu *effusum* erit, quod copiosissimum orationis flumen emittit, i. e. *facundissimum*, quale profecto fuit ceterorum os Poëtarum, unius Homeri. De quo præ ceteris audiendus Velleius I. 5. pr. qui, summæ ceteroquin brevitati studens, illum tamen Poëtarum facile principem prolixo, uti fas est, encomio prosequitur.' *Stoeb.*—10 Scal. Delph. et vulg. *deducere*. 'In hoc vocabulo semper errant nostri librarii. In priore versu *lances* vetusti omnes, aperto errore: nam iidem

NOTÆ

9 *Latices*] Metaphora est. Vocat versus Homeri *latices*, i. e. aquas, ex quibus ceteri poëtæ, quasi ex fontibus, suos versus hauserunt. Sic de eodem Homero Ovid. III. Am. 9. 26. 'Vatum Pieriis ora rigantur aquis.'

11 *Proximus illi Hesiodus*] Alter Poëta Græcus, Homero quidem ætate posterior, sed imitationis laude non inferior. *Proximus illi*, i. e. secundus post Homerum. Hesiodus autem triplex carmen conscripsit. 1. Theogoniam, quæ de Diis Deorumque originibus agit, et de aliis rebus, quarum argumenta breviter memorat Manilius his 7. vss. prioribus: 2. Opera et dies, i. e. librum qui inscribitur Opera et dies, cujus quoque libri præcipua argumenta laudat Manilius 6. vss. istis, 'Quinetiam ruris,' &c. 3. Scutum Herculis, de quo tamen libro silet hic Manilius, sed qui pugnam Herculis cum cycno continet.

13 *Chaos enixum terras, &c.*] Rudem et inordinatam materiæ congeriem, quam Hesiodus in Theog. vocat, confusam unitatem, inque profundum patentem, ex qua cetera sunt orta, sed inprimis terra. Sic Ovid. Met. I. 5. 'Ante mare, et tellus, et, quod tegit omnia, cœlum, Unus erat toto naturæ vultus in orbe, Quem dixere chaos,' &c. Manil. I. 125. et not.

Infantem, et primos titubantia sidera partus:
Titanasque senes, Jovis et cunabula magni:
Et sub fratre viri nomen, sine fratre parentis,

nascentem adhuc ex ipso chao: et duas stellas erraticas, quæ fuerunt primum opus cœli: narrat Titanas adjuvisse cunas longævi senis: narrat et nomen mariti illius, qui frater fuit suæ uxoris; et nomen uxoris, quæ genitrix fuit sine ope fratris;

profusos habent; solus Gemblac. *profusas.*' Bent.—14 Scal. Delph. et vulg. *primum t. s. corpus.* 'Quomodo vero *sidera primum* essent *corpus*; cum ante illa extiterint chaos, terræ, orbis? Juvant hic codd. vetusti, qui omnes habent *primos*, non *primum*. Repone *primos partus.*' Bent. Cod. Paris. et Regiom. *primum . . . corpus.*—15 'Sic Cod. Paris. At Regiom. *Titanas juvisse senes, &c.* deletis mox *Jovis et*, quæ tamen salvo sensu abesse non possunt. *Ti-*

NOTÆ

14 *Infantem*] Nascentem.

Titubantia sidera] Solem et lunam, quæ stellæ sunt erraticæ, vagantes, et titubantes, primumque cœli opus, ortum ex Hyperione et Thia. Hesiod. Theog. Θεία δ' ἠέλιόν τε μέγαν, λαμπράν τε Σελήνην Γείναθ' ὑπευνηθεῖσ' Ὑπερίονος ἐν φιλότητι. 'Thia vero solemque magnum, lucentemque lunam Genuit, congressa cum Hyperione in amore.'

15 *Titanasque senes, &c.*] Ad mentem Hesiodi. Hic enim in Theog. Titanum contra Saturnios bellum ac pugnam 100. vss. et amplius describit. Ortum autem erat illud bellum de natalium antecessione Titanem inter et Saturnum, ad imperium totius universi. Titan igitur se natu majorem aiebat, ut imperium universi obtineret, quod sibi Saturnus vindicabat. Titanes autem opem tulerunt suo seniori Titani adversus Saturnum et Saturnios. Hesiodus enim de hisce rebus agit in sua Theog. Miror autem id unum maxime, quod Scaliger Manilium arguat hic aliud egisse, dum Hesiodi Theogoniæ argumentum contexuit: quasi ne verbum quidem Hesiodus haberet de Titanibus, deque Jovis ortu. Sane et Jovis ortum, et Titanum originem, et pugnam adversus Saturnios longo carmine cecinit in Theog. sua Hesiodus.

16 *Sub fratre viri nomen*] Jovem, qui et conjux et frater fuit Junonis. Hesiod. in Theog. Et Virg. Æn. I. 46. 'Ast ego, quæ Divum incedo regina, Jovisque Et soror et conjux.'

Sine fratre parentis] Junonem, quem Hesiodus, interprete Lilio Giraldo, scripsit in Theog. Vulcanum solam, sine mariti ope, peperisse. 'Juno Vulcanum nulli commixta in amore, Edidit,' &c. Cui suffragatur Bovinus Mombritius alter Hesiodi Theogoniæ interpres: 'Sic quoque nullius commixta libidine Juno Te, Vulcane, tulit.' Hi autem sunt versus Hesiodi in Theogonia: Ἥρη δ' Ἥφαιστον κλυτὸν ἐν φιλότητι μιγεῖσα Γέννατο, καὶ ζαμένησε, καὶ ἤρισεν ᾧ παρακοίτῃ. 'Juno Vulcanum amori indulgens Peperit, et vires intendit, et contendit cum marito.' Sic hos versus interpretati sunt citati interpretes. Sic Apollon. in Argonaut. et Lucian. Dialog. de Sacrif. fabulantur Junonem sine ope Jovis peperisse Vulcanum. Sic quoque Manilius est explicandus ad Hesiodi mentem. At Ovid. Fast. v. fingit Junonem non Vulcanum, sed Martem, sine ope Jovis enixam esse, una scilicet auctore Flora.

Atque iterum patrio nascentem corpore Bacchum,
Omniaque immenso volitantia numina mundo.
Quinetiam ruris cultus legesque novandi,
Militiamque soli; quod colles Bacchus amaret,

narrat et Bacchum bis natum esse de corpore paterno: narrat et omnes divinitates, quæ vagantur per immensum cœlum. Præterea idem conscripsit culturam et præcepta agrorum, et exercitium colendæ terræ. Quos scilicet clivos Bacchus amaret;

tanes senes Virgilio *genus antiquum terræ:* Æneid. VI. 580.' *Stoeb.*—17 'Regiom. *patris*, eodem sensu. Bacchum dicit *iterum nascentem*, quod cum Semele, mater ejus, flagraret, in quam Jupiter fulmen contorserat, ille ex igne surreptus et Jovis femori insutus fuerit. Ita Noster ex Latinorum commentis Hesiodum recenset, cui nulla de femore patris mentio. Ovidius autem Metam. III. 310. sq. de Baccho: 'Imperfectus adhuc infans genetricis ab alvo Eripitur: patrioque tener, si credere dignum est, Insuitur femori, maternaque tempora complet.' *Stoeb.*—18 'Quænam hæc *Numina?* Ecquis illa dixit *volitantia mundo immenso*, i. e. in cælo se moventia? Atqui Noster sic de jugis Chelarum I. 609. de motu Lunæ et stellarum, ib. vs. 200. Quapropter malim cum Regiom. *lumina*. Cod. Paris. longe disertius, *sidera*. Præter enim ea quæ Hesiodus sparsim de inlustrioribus sideribus præcepit, refertur etiam inter scripta ejus deperdita Ἀστρονομία μεγάλη sive Ἀστρικὴ βίβλος. Vide Fabr. Bibl. Gr. II. 8. § 17. Quod quidem Nostro hoc loci memorari videtur.' *Stoeb.*—19 Scal. Delph. et vulg. *legesque rogavit*. 'Gemblac. *notarit*, et pro var. lect. *rogarit:* ceteri vetusti *rogavit;* recentt. aliquot *rogavit:* omnes mendose. *Rogare* quidem *leges* recte dicitur: sed quid est *rogare cultus, rogare militiam?* Dedit Auctor, *Q. r. c. legesque novandi*. 'Novatus ager,' Cicero et alii: sic Ovidius Amor. I. 3. 9. 'Nec meus innumeris renovatur campus aratris:' et Pont. IV. 2. 44. 'Oblectat cultu terra novata suo.' Continuatur sententia usque ad *condit:* quod nescientes librarii verbum, quod deesse credebant, pro captu suo supposuerunt. Atqui nullum verbum præteriti temporis hic locum habet, *memorat, condit*.' Bentl. 'Codex Gemblac. *notavit*, quod miror Scaligero ceterisque Interpretibus repudiatum. Cod. Lips. *rogarit*. Ms. Paris. et Editi Vetustiores *rogavit*, quod omnino Latinum, nec insuetum Nostro, sed non isto sensu. Neque cultui militiæque, sed legibus

NOTÆ

17 *Atque iterum...Bacchum*] Quem bis genitum de Jove fabulantur: semel ex Semele; iterum ex Jovis femore. Semele namque gravida ex Jove, cum Junonis dolo id muneris a Jove petiisset, ut talis secum, qualis cum Junone soleret, una saltem nocte concubaret, fulmineum Jovis ignem ferre non valens, fuit combusta. Puer autem, ex utero demtus, in femore Jovis est inclusus, donec maturo tempore Jupiter eum fuerit enixus. Ovid. Metam. II. Sed ne verbum quidem apud Hesiod. in Theog. de hoc secundo Bacchi ortu ex Jovis femore: hæc enim solum de natalibus Bacchi habet: Σεμέλη τέκε φαίδιμον υἱόν· 'Semele peperit clarum virum.'

18 *Mundo*] Cœlo I. 3.

19 *Ruris cultus*] Agriculturam. 'Hesiodus princeps omnium de agricultura præcepit.' Plin. XVIII. 24. et XIV. 1.

20 *Bacchus*] Vitis. Quia enim Bacchus primus vini ac vitis usum reperisse creditur, ideo passim a poëtis pro vite aut vino usurpatur. Virg. Æn. I. 219. et alibi.

Quod fœcunda Ceres campos, quod Pallas utrumque;
Atque arbusta vagis essent quod adultera pomis;
Sylvarumque Deos, sacrataque numina nymphas,
Pacis opus, magnos naturæ condit in usus.
Astrorum quidam varias dixere figuras,

quos agros Ceres fertilis amaret: quodnam utrumque Bacchus amaret: et cur arbores adulteratæ essent ex variis pomis: narrat etiam Deos sylvarum, et Nymphas, quæ sunt divinitates sacræ: conscribit sane hoc opus pacis, ad magnas utilitates totius universi. Nonnulli poëtæ cecinerunt diversas formas siderum, et retulerunt

illa vox aptari commode potest.' *Stoeb.*—21 Scal. Delph. et Vulg. pro *Pallas, Bacchus.* 'Inepta repetitio; *quod Bacchus colles amaret, quod Bacchus utrumque.* Repone, *q. c. B. a. Q. f. C. c. quod Pallas utrumque. Vitis* amaret colles, *segetes* campos, *olea* utrumque, et colles et campos. Et hoc verum est. Lucretius v. 1371. 'Prata, lacus, rivos, segetes, vinetaque læta, Collibus et campis ut haberent: atque olearum Cærula distinguens inter plaga currere posset, Per tumulos et convalles camposque profusa.' Silius I. 287. 'Nec Cereri terra indocilis, nec inhospita Baccho, Nullaque Palladia sese magis arbore tollit.'' *Bent.* 'Minervam oleæ inventricem Poëtæ passim celebrant. Virgil. Georg. I. 19. Rutil. I. 73. Unde 'Palladia arbor' audit Silio I. 238. Hesiodus autem de olea nihil prorsus. Nec ullus, quod sciam, Poëtarum, nedum prosæ Scriptorum, Palladem pro olea posuit. Reponendum ergo auctoritate Codicum omnium, *quod Bacchus utrumque.* Auctore vero Columella, 'Olea neque depressa loca neque ardua, magisque (pro, *sed magis*) modicos clivos amat;' quales in Italia Sabinorum vel tota provincia Bætica videmus: de Re Rust. v. 8.' *Stoeb.*—23 'Nihil tale in Hesiodi ἔργοις: et quomodo cederet *in magnos usus naturæ* faunos et nymphas memorasse? versus est adulterinus.' *Bent.*—25 Scal. Delph. et vulg. *varias quidam.* 'Codices universi,

NOTÆ

21 *Ceres*] Seges, fruges, triticum: Ceres enim, Dea frugum, passim a poëtis sumitur pro frugibus. Virg. Georg. I. 297. et alibi.

22 *Adultera, &c.*] Loquitur de arboribus insitis, quæ quia aliæ aliis insertæ dicuntur adulterinos fructus edere. Quanquam si de arboribus frugiferis loquitur, melius dixisset 'pomaria,' quam 'arbusta.' Namque ex Colum. De Arb. et Plin. XVII. 2. 'Arbusta sunt loca arboribus non frugiferis, ficu et olea exceptis, ad vites sustinendas consita, in quibus poma non gignuntur.' Unde rectius dixisset Poëta: 'Atque arbusta vagis essent quod adulta racemis.' Quanquam Hesiodus, in 'Opera et dies,' docet modum inserendarum arborum et vitium. Sic Plin. XVII. 15.

23 *Sylvarumque Deos*] Faunos ac Satyros, quorum originem tradit Hesiod. in Theog.

Nymphas] Quarum aliæ *Naiades*, quæ fontium ac fluminum; aliæ *Nereides*, quæ maris; aliæ *Oreades*, quæ montium; aliæ *Dryades*, quæ sylvarum; aliæ *Napææ*, quæ convallium Deæ creditæ sunt: quarum omnium longum censum agit Hesiod. in Theog.

24 *Naturæ*] Universi I. 206.

25 *Astrorum quidam varias, &c.*] Puta Aratus et Eratosthenes, qui stellas et cometas cum suis causis et fabulis conscripserunt.

Signaque diffuso passim labentia cœlo
In proprium cujusque genus causasque tulere:
Persea et Andromeden pœna, matremque dolentem,
Solantemque patrem; raptuque Lycaone natam,

stellas vagantes ubique in immenso cœlo in suam cujusque speciem, et in suas causas. Cecinerunt Perseum et supplicia Andromedæ; et genitricem illius mœrentem; et genitorem ejus qui liberat eam; et filiam Lycaonis translatam ad astra;

astrorum quidam varias. Cur ab illis sine causa recedamus?' *Bent.*—28 Scal. Delph. et vulg. *Andromedæ pœnas.* 'Vetusti codices *Persi*, novi *Persei.* Repone, *Persea et Andromeden pœna, m. que d.* Ordo est, Persea, Andromeden, Cassiopeam, et Cephea, ad sidera ductos esse *pœna.* Sic postea casu ablativo, *furto, pietate, officio, &c.* *Causas* singulorum memorat, cur inter astra ponerentur. *Pœna*, ut Noster v. 558. de Andromeda: 'Servatur tamen in pœna cultusque pudorque.'' *Bent.* 'Rectius in Mss. et Editis vetustioribus, *Persei* (Lips. *Persi*) *et Andromedæ pœnas* scil. *tulere*, uti quæ sequuntur *matrem dolentem, natam, cynosuram, &c.*' Stoeb.—29 Scal. Delph. et vulg. *Solventemque p. raptamque L. n.* 'Scal. in priore editione dederat *solantemque*, ex conjectura: quam tamen in secunda destituit. Male factum. Repone, *Solantemque p. raptuque L. n.* Solatur Cepheus filiam vinctam, non solvit. Et codex Venetus clare *solantemque.* *Raptu*, ut ceteri hic ablativi. Ita raptus Helenæ, Ganymedis, Proserpinæ, &c.' *Bent.* 'Cod. Paris. *Solventem patrem* (:) Ceteri omnes, uti recte Scaliger, *solventemque* scil. *pœnas.* Phrasis Lucretiana, v. 1224. 'Pœnarum grave sit solvendi tempus adactum.' Convenit hæc interpretatio Astrothesiæ, quam Noster supra tradidit I. 361. sq. 'Cepheusque et Cassiepia In pœnas signata suas,' &c. *raptuque*] Repone ex Cod. Paris. et Regiom. *raptamque L. n.* i. e. Callistum. Vide Not. ad lib. I. 218. et Hy-

NOTÆ

26 *Signa ... labentia*] Planetas aut cometas.

27 *In proprium*] I. e. in suas species, formas, et figuras, quas vulgo constellationes dicimus. Aratus autem varias signorum species, seu figuras, et causas carmine Græco cecinit.

28 *Persea*] Jovis ex Danaë natum, qui Palladis, aut, ut aliis placet, Polidectis regis Seriphi jussu, Medusæ caput amputavit: qui, Gorgonis capite ostenso, Atlantem in montem ejusdem nominis mutavit: qui Andromedam Cephei ex Cassiopea filiam e faucibus ceti liberavit: qui Acrisium avum in regnum restituit: qui Persiam et Persas suo de nomine dixit: qui denique una cum uxore Andromeda, soceroque Cepheo, in cœlum est relatus: cujus situm inter astra notavimus I. 350.

Andromeden pœna] I. 355.

Matremque dolentem] Cassiopeam Andromedæ matrem, quæ filiæ miseram sortem adhuc in cœlis videtur deflere. I. 354. Expansis enim adhuc brachiis figuratur quasi sedens in sede, quam siliquastrum vocant, seu thronum regium: Germ. in Arat. 'Sic tendit palmas, ceu placatura relictam Andromedam, meritæ non justa piacula matris,' &c.

29 *Solantem* [*solventemque*] *patrem*] Cepheum, Andromedæ patrem, qui quidem non ope aut manu propria filiam liberavit; sed quia ope Persei solvit eam, dum cum Perseo convenit de filiæ connubio, si liberaverit eam e faucibus Ceti. Sic v. de Per-

Officioque Jovis cynosuram, lacte capellam,
Et furto cycnum, pietate ad sidera ductam
Erigonen, ictuque nepam, spolioque leonem,

et cynosuram raptum in cœlos propter officium quod reddidit Jovi; capram, propter lac; et olorem, propter furtum; et Erigonen raptam inter stellas, propter pietatem suam; et scorpionem, propter vulnus quod inflixit; et leonem, propter pellem

NOTÆ

seo: 'Solvitque hærentem vinclis de rupe puellam,' &c. At Jun. Bit. per *solventem* intelligi vult *mœrentem*, quasi *solventem*, sup. mœrore, aut dolore. Scaliger, *solantem*. Quasi vero Cepheus solatus sit filiam mari expositam. Sane prima nostra interpretatio sana est et germana.

Lycaone natam] Calistum, quæ olim Lycaonis filia fuit, postea vero in ursam majorem mutata, et in cœlos rapta. I. 296. Fabulantur autem hanc unam e Jovis nutricibus fuisse, in Ida monte: cujus officii memor Jupiter eam inter astra retulit. Alii fingunt Calistum fuisse Lycaonis filiam, Dianæ comitem, quam, quia gravidam ex Jove, mutavit in ursam: cujus filius Arcas inter venandum cum eam pro fera percussisset, utriusque miseratione ductus Jupiter eos inter astra transtulit. Quo beneficio indignata Juno Thetin Oceani uxorem, nutricemque suam rogavit, ne utrumque usquam in mare sineret descendere. Ovid. Met. II. Man. v. 696. Situm ejus inter astra notavimus I. 296. Lycaon autem Arcadiæ rex fuit crudelissimus, quem Jupiter ideo mutavit in lupum, vel quia aram sibi sacratam in Lycæo monte fœdaverat, ut ait Pausanias, vel quia Jovem ipsum noctu dormientem in domo sua conatus fuerit occidere: vel quia Molossorum ex obsidibus unum jugulatum, partimque assum, partimque elixum, Jovi in epulas apposuerit. Ovid. Met. I.

30 *Officioque Jovis cynosuram*] Alteram Jovis nutricem, cujus beneficii memor Jupiter eam quoque inter astra retulit, inque minorem ursam mutavit. I. 299. Sunt qui hanc eandem asserunt fuisse Calistum Lycaonis filiam, quam ab Jove compressam Juno indignata mutavit in minorem ursam.

Lacte capellam] Capram, quæ Jovi lac præbuit. Huic autem nomen fuit Æx, vel Amalthea. Unde Amaltheum cornu, seu cornu abundantiæ. Fregit quippe sibi cornu illa capella, quod recentibus herbis cinxit, plenumque pomis tulit ad Jovem. In cujus beneficii memoriam, ubi Jupiter cœlo potitus est, et nutricem et nutricis cornu inter astra retulit. Hyg. et Ovid. Fast. v. 127. 'Sidera nutricem, nutricis fertile cornu, Fecit; quod dominæ nunc quoque nomen habet,' &c. Et Manil. lib. I. vs. 374. 'Cujus ab uberibus magnum ille ascendit olympum, Lacte fero crescens ad fulmina, vimque tonandi. Hanc ergo æternis merito sacravit in astris Jupiter, et cœli cœlum mercede rependit.'

31 *Furto cycnum*] Ideo quippe translatus est olor in cœlum, quia formam ejus indutus Jupiter Leda potitus est: I. 344.

32 *Erigonen*] Virginem, quod virginis est signum, I. 266. Hesiodus in Theog. fabulatur hanc fuisse Jovis ex Themide filiam. Aratus vero Astræi ex Aurora natam, quam veteres aureo sæculo sub nomine Justitiæ vel Astrææ colebant, Ovid. Met. I. Alii volunt fuisse Fortunam; alii denique Icari filiam, quæ, patre amisso, se

Et morsu cancrum, pisces Cythereide versa,

suam; et cancrum, propter morsum; et pisces, propter Venerem mutatam in ipsos;

NOTÆ

suspendio necavit, cujus pietatis ergo fuit cœlo collocata. Buchan. Sphær. III. 'Sive piam Liber, cum fleret fata parentis, Imposuit cœlo Erigonen,' &c. Ceteras idem Poëta de eodem virginis signo fabulas ibidem fusius memorat.

Ictuque nepam] Scorpionem, I. 268. Quem ideo fabulati sunt inter astra relatum, quod Orionem ictu necaverit, Dianæ et Latonæ impulsu. Orion quippe venator insignis jactitabat se apud Dianam et Latonam posse se interficere quicquid ex seipsa ortum terra gereret. Quibus verbis indignata Tellus subjecit scorpionem, qui Oriona ictu necaverit: utriusque autem vires, scorpionis et Orionis, miratus Jupiter, utrumque retulit inter astra. Scorpion autem duplex constituit signum, libræ, et scorpionis; illud, brachiis seu chelis: hoc, cauda. Ovid. Met. II. 196. 'Est locus in geminos ubi brachia concavat arcus Scorpios; et cauda flexisque utrimque lacertis, Porrigit in spatium signorum membra duorum:' Buchan. III. Sphær. Manil. I. 268.

Spolioque leonem] I. 266. Sunt autem qui fabulati sunt leonem inter astra collocatum beneficio Junonis, eo quod virtute ceteras bestias superet. Alii vero in memoriam victoriæ, quam Hercules retulit de illo leone ferocissimo, qui in Nemea sylva degens totam regionem, quæ est inter Argos et Thebas, devastabat. Quem leonem cum inermis interfecisset Hercules, pellem ei eripuit, quam postea induit, et cum qua ad cetera certamina accedere solebat. Unde Manil. 'Spolioque leonem.'

33 *Morsu cancrum*] I. 266. Hunc a Junone inter astra relatum fingunt poëtæ, quod ab Hercule sit interfectus, cujus pedem morsu arripuit, dum adversus hydram decertaret. Germ. in Arat. Buch. III. Sphær. Alii vero fabulantur quod Jupiter, forte cum ad Bagradæ fluvii ripas Garamantidem nympham conspexisset, quæ pedes in eo flumine ablueret, ejus amore captus tentavit eam secum cogere ad sacra Veneris peragenda. Illa vero se in fugam conjecit; sed inter currendum cancer ejus calcaneum momordit, ac ne fugeret impedivit. Cujus beneficii memor Jupiter cancrum inter astra retulit.

Pisces Cythereide versa] I. 272. Fabulantur autem ideo pisces inter signa zodiaci referri, quia Venus in piscem mutata est una cum filio suo Cupidine. Scilicet cum olim metu Typhonis gigantis Dii Deæque omnes fugerent, varias singuli Dii singulæque Deæ formas induerunt: Venus tunc forte ad Euphratis ripam inambulabat, subitique periculi metu territa hoc unum salutis effugium sibi excogitavit, ut in piscem mutata se in flumen immergeret. In cujus rei memoriam hoc piscium signum inter astra esse voluit. Venus autem dicta est Cythereis, ab insula Cytheris, quæ est contra Cretam, in quam ferunt primum concha marina vectam Venerem. Vel a Cythera Cypri urbe, quæ Veneri fuit sacrata, infra 439. et 921. Hujus autem signi appellationes variæ sunt: pisces, piscium sidus, piscis gemellus, proles Dercia, Derce, Derceto, Dercetis, Dea Syria, Veneris mater, Venus et Cupido, &c. Inde autem nomen piscibus datum huic zodiaci signo, vel quia stellæ in ea cœli parte figuram aliquam piscium imitantur; vel quia sole has cœli

Lanigerum victo ducentem sidera ponto.
Ceteraque ex variis pendentia casibus astra
Æthera per summum voluerunt fixa revolvi.
Quorum carminibus nihil est nisi fabula cœlum,
Terraque composuit cœlum, quæ pendet ab illo.
Quinetiam ritus pastorum, et Pana sonantem

et arietem, qui dux est signorum, propter mare quod superavit natando. Et voluerunt alias stellas, quæ appensæ sunt in cælo, propter diversas causas circumagi tamen immobiliter per supremum æthera. Quorum poëtarum versibus cælum nihil est aliud quam fabula, et terra conflavit cælum, quæ tamen dependet ab illo. Immo etiam poëta ille, qui natus est e terra Sicula, canit modos tractandarum pecudum; et

gin. ibi citatum.' *Stoeb.*—39 Scal. Delph. et vulg. *pecorum ritus.* ' Libri veteres alio ordine *ritus pecorum*, versu licet reclamante: unde facillima exoritur emendatio, *Quin etiam ritus pastorum et P. s.* *Ritus pecorum* aliud significarent, nempe vitam et victum pecudum. Claudian. VI. Honorii, 152. ' imperiumne Jovi legesne placerent Et vitæ Romana quies; an jura perosus Ad priscos pecudum damnaret sæcula ritus?' Prudent. Symm. I. 80. ' pecudes inter ritusque ferinos.' *Bent.* ' Non debuit mutari vetus Codd. lectio,

NOTÆ

partes tenente, frequentes aquæ cadunt, quibus omnia innatentur; vel ob fabulas supra relatas.

34 *Lanigerum victo, &c.*] I. 262. Fabulantur enim arietem ideo inter signa censeri, quod Hellespontum tranaverit. Scilicet Phryxus et Helle Athamantis regis proles, cum novercæ odium ac invidiam sustinere non possent, sed ab ea timerent, decreverunt ad Colchos proficisci. Itaque domo paterna egressi nocte quadam, aurei velleris arietem secum abduxerunt, et ad eas Ponti angustias pervenerunt, quod hodie Constantinopolis fretum dicitur; ibique conscenso ariete mare trajicere conantur: sed accidit ut Helle ceciderit in mare, cui nomen Hellesponti fecit: Phryxus vero salvus ad Colchos pervenit una cum Ariete, quem Diis immolavit, ejusque vellus aureum in templo asservatum est, donec illuc profecti Argonautæ illud abstulerunt. Dii ergo, ut sibi gratam victimam testarentur, arietis signum inter astra notari curaverunt. Hyg. Astr. Poët. II. Buch. Sphær. III. Est autem istud signum primum inter zodiaci signa. Unde ait Poëta: ' ducentem sidera.' I. 262. 263.

36 *Æthera per summum*] Per supremum aëra, i. e. per cœlum.

38 *Terraque composuit cœlum, &c.*] Dum scilicet illi poëtæ cœlum variis figuris animalium terrestrium exornant per sidera. Quid autem ridiculum magis, quam quod terra, quæ pendet a cœlo in suo exortu, moderamine, et interitu, pepererit tamen cœlum, i. e. cœlum suis terrenis figuris adornaverit? Sic tamen Hesiod. in Theog. *Γαῖα δέ τοι πρῶτον μὲν ἐγείνατο ἶσον ἑαυτῇ Οὐρανὸν ἀστερόεντα.* i. e. ' Terra autem primum quidem genuit par sibi Cœlum stellis ornatum,' &c. Hactenus autem his 38. vss. de variis argumentis, quæ tractaverunt Homerus, Hesiodus, Aratus, et alii poëtæ nonnulli.

39 *Quinetiam ritus pastorum, &c.*] His 4. vss. notat Poëta, quas res car-

In calamos, Sicula memorat tellure creatus:
Nec sylvis sylvestre canit, perque horrida motus
Rura serit dulces, musamque inducit in antra.
Ecce alius pictas volucres, ac sæcla ferarum,

Pana cantantem ad fistulas; neque cantat in sylvis rem omnino sylvestrem: sed et seminat tumultus gratos, per agrestes campos: et introducit Musam ex nemoribus in apertum aëra. En alter poëta memorat aves discolores, et pugnas belluarum:

pecorum ritus, i. e. vitam et victum. Claudian. vi. Honor. vs. 125. 'an jura perosus Ad priscos pecudum damnaret secula ritus?'' *Stoeb.*—42 Mss. et vulg. *musamque inducit in auras*: et sic Delph. 'non in solis sylvis suam coërcuit Musam: sed aliquando eam induxit in apertos campos, et in res non sylvestres cantandas.' Scal. *Musasque i. i. arva.* 'Libri universi; *Musamque inducit in auras*. *Arva* a Scaligero venit: et non placet, cum præcesserit *rura*. Lego potius, *Musamque i. in antra*: in antris enim canere solebant pastores. Virgilius Eclog. I. 76. 'posthac viridi projectus in antro, Carmina nulla canam:' et Ecl. v. 6. 'Sive antro potius succedimus: aspice ut antrum Silvestris raris sparsit labrusca racemis.' Claudianus: 'Terpsichore facilem lascivo pollice movit Barbiton, et molles duxit in antra choros.'' *Bent.* 'Distinguit Regiom. sic, *Rura serit* (:) pro quo *sonat* cod. Paris. Cod. Paris. cum Lips. et editi omnes *in auras*. *Antra* pastorum domicilia. Quo sensu locum hic servare potest. Vid. Virg. Ecl. I. 76. et Nannii Miscell. Syll. v. c. 2.' *Stoeb.*—43 Scal. Delph. et vulg. *et bella f.* 'Sic infra IV. 224. 'Nunc hominum, nunc

NOTÆ

mine tractaverit Theocritus, Syracusis in Sicilia natus. Is enim scripsit Græca Idyllia genere Bucolico, quæ hodie manibus teruntur, quæque olim Virgilius aut imitatus est, aut Latine potius interpretatus est, ut ipse ait Eclog. VI. 1. 'Prima Syracosio dignata est ludere versu Nostra, nec erubuit sylvas habitare, Thalia.' Theocritus ergo cecinit ritus pecorum; Pana Deosque sylvestres; bella quoque cecinit in agris, ut jam notabitur.

39 *Pana sonantem In calamos*] Pan enim sylvarum ac pastorum Deus, Faunorumque ac Satyrorum et agrestium Deorum princeps, fistulæ primus inventor fingitur. Virg. Eclog. II. 31. 'Pan primus calamos cera conjungere plures Instituit; Pan curat oves, oviumque magistros,' &c. Unde *Pæan*, i. e. rhythmus; quod carmen in fistulas et calamos cantatur. Cujus tamen generis duplex fuit carmen; alterum enim, quod Marti sacrum erat, ante pugnam cantari solebat; alterum, quod sacrum erat Apollini, adepta victoria tantum canebatur. Thucyd. IV. Agathias II.

40 *Sicula...tellure creatus*] Theocritus Syracusis in Sicilia natus, qui floruit regnante Ptolemæo Lagi filio.

41 *Perque horrida motus Rura serit dulces, &c.*] Ita interpungit Scaliger: at Rom. et vulg. *Perque horrida motus Rura serit: dulces, &c.* Recte autem Scaliger ita interpungit, ut notet Manilium voluisse a Theocrito non solum res sylvestres in sylvis cantatas, sed et bella grata per horridos agros, i. e. per sylvas, esse cantata. Scilicet Bucolico licet carmine, grato quidem et dulci, pugnas tamen cecinit. Quale est illud Idyllion XXIII. in quo pugnam Pollucis cum Amyco Bebriciorum rege, sylvestri quidem avena, sed dulci cantu modulatus est.

43 *Ecce alius, &c.*] His 3. vss. no-

Ille venenatos angues, hic gramina et herbas
Fata refert vitamve sua radice ferentes.
Quinetiam tenebris immersum Tartaron atris

alius narrat serpentes veneficos: alius mortes, quæ per herbas acciderunt, et narrat pariter herbas quæ dant vitam per suas radices. Immo etiam sunt poë-

bella gerunt violenta ferarum :' sed alienum hoc est a versus hujus sententia. Repone, *E. a. p. v. ac sæcla f.* Lucretiana phrasis, II. 1075. ' Et varias hominum gentes, et sæcla ferarum.' *Ac* omnes libri, non *et*.' Bent. ' Retinendum *bella f.* Sic Cod. Paris. Sic infra IV. 224. Innuit Gratium qui illis temporibus κυνηγετικὰ scripsit.' *Stoeb.*—44 Scal. Delph. et vulg. *nata per herbas*; et mox *vitamque*. ' Evolve, si potes, constructionis seriem. *Refert fata nata per herbas, ferentesque vitam sua radice.* Nihil in his sani est. Repone, *gramina et herbas f. r. vitamve s. r. f.* Herbas refert vel pestiferas vel salutiferas.' *Bent.* ' Cod. Paris. et Editi nostri disertius : *nata per herbas Fata*, i. e. mortes, *refert, &c. vitamve* non prætulerim huic *vitamque*, quod iidem tenent : ' pestiferas ' enim ' et salutiferas herbas,' non unum *vel* alterum genus refert. Cf. supr. ad I. 482.' *Stoeb.*—46 Vulg. *immensum Tartara natum.* Scal. *immersum Tartaron atrum.* Delph. *immersum in Tartara natum.* ' Sic castigo ex vulg. et Rom. addendo particulam *in*. Itaque per *natum in Tartara* intelligit Poëta dæmonem, seu Plutonem ipsum. Quis enim nescit eos, qui necromantiam profitentur, ex Inferis Plutonem dæmonesque omnes carminibus suis et incantamentis deducere? At Scal. legit *immersum Tartaron atrum.* Continens pro contento. *Inferos* pro dæmonibus. Tartarus, autem, i. masc. in sing. Tartara, orum, neut. in plur. locus est Inferorum profundissimus in quo sontes plectuntur. Virg. Æn. VI. 578. 608. &c.' *Delph.* ' Veteres Codd. monstrose *immensum Tartara natum:* unde legerim concinnius paulo *immersum Tartaron atris.*' Bent. ' Legitur *atra nox*, non item *atræ tenebræ*, quæ Nostro et aliis Poëtis elegantius *cæca* dicuntur. Itaque non inepte Vossius ad Valer. Flacc. IV. 258. ex vestigiis Gemblacensis correxit: *atra In lucem de nocte vocant, &c.* Per *Tartaron* ipsum Plutonem Ille intelligit, et Nostri verba de raptu Proserpinæ interpretatur. Codd. autem Paris. Lips. et Editi Veteres hanc referunt scriptionem : *Quin e. t. immensum Tartara natum In l. de n. v. &c.* Quibus innui puto, qui νεκυομαντικὰ scripserunt, docueruntque, quemadmodum *immensum Tartara* i. e. infernum s. Dæmones *in lucem vocare* quis possit. De loco inferni hic sermonem esse (per metonymiam continentis pro contento) sequentia, ' orbemque revolvunt Interius versum,' luculentius declarant. *Tartara* autem quartus est casus, Græca terminatione poëtice formatus. Hos peramat Noster, uti videre est in ' lampadas,' I. 844. ' elephanta,' V. 704. Hunc *Tartara* dicit *tenebris natum*, i. e. destinatum, aptum: quo sensu, foro et multitudini *natam* elo-

NOTÆ

tat illos poëtas, qui de volucribus, de bellis ferarum, de veneficis serpentibus, deque herbis venenatis et salutiferis scripserunt; puta Æmilium Macrum Veronensem, qui tempore Augusti libros scripsit de avibus, serpentibus, et herbis. Ovid. IV. Trist. 10. 44. ' Sæpe suas volucres legit mihi grandior ævo, Quæque necet serpens, quæ juvet herba, Macer.' Et Pont. II. 10. ad ipsum Macrum.

45 *Fata*] Mortes, I. 1.

46 *Quinetiam tenebris, &c.*] His 3. vss. notat eos poëtas, qui de Inferis, Inferorumque Umbris, seu Dæmonibus evocandis scripserunt.

In lucem de nocte vocant; orbemque revolvunt
Interius versum, naturæ fœdere rupto.
Omne genus rerum doctæ cecinere sorores.
Omnis ad accessus Heliconis semita trita est.
Et jam confusi manant de fontibus amnes;
Nec capiunt haustum, turbamque ad nota ruentem.
Integra quæramus rorantes prata per herbas,
Undamque occultis meditantem murmur in antris;
Quam neque durato gustarint ore volucres,
Ipse nec æthereo Phœbus libaverit igni.

tæ, qui deducunt ex tenebris in lucem illum, qui natus ad Inferos involvitur tenebris; et aperiunt globum terrarum, quem intrinsecus evertunt, dum dissolvunt leges universi. Doctæ sorores cantaverunt omne genus rerum; omnis via, quæ ducit ad aditus Heliconis, attrita est; et jam fluvii permixti defluunt ex fontibus, neque continent aquas, quæ hauriuntur, nec multitudinem poëtarum, quæ ruit ad res sibi cognitas. At nos investigemus inter herbas madidas rore, prata, quæ sint intacta, et aquam, quæ edat strepitum in speluncis absconditis, quam nec aves delibaverint duro suo rostro, neque sol ipse contigerit flamma sua

quentiam dixit Cicero Brut. c. 82. fin.' *Stoeb.*—52 'Sic quidem Gembl. cui consentire Lips. videtur. At Cod. Paris. Regiom. Rom. Ald. *ad sacra ruentem*, quod a mente Manilii minime est alienum. His enim tribus versibus non leviter perstringit seculi sui morem, quo factum, ut multi, egestate compulsi, in poëtica arte aliquid auderent. 'Nam,' inquit Petronius c. 118. pr. 'ut quisque versum pedibus instruxit, sensumque teneriorem verborum ambitu intexuit, putavit se continuo in Heliconem venisse.' Hinc illa *turba ruens ad sacra* vatum, ad Heliconem Musarumque templa, ubi carmina offerri

NOTÆ

48 *Naturæ fœdere rupto*] Legibus universi fractis. Ea enim naturæ lex est, ut qui ad Inferos deprimuntur, ibi maneant, nec mortales in terris interturbent.

49 *Omne genus, &c.*] His 4. vss. monet nihil intactum esse a poëtis.

Doctæ sorores] Musæ, quæ novem finguntur filiæ Jovis ex Mnemosyne, scientiarum, sed cantus præsertim et carminis, præsides.

50 *Heliconis*] Montis sacri Musis, I. 4.

51 *Et jam confusi manant, &c.*] Quæ his 2. vss. dixit, ea per metaphoram eleganter explicat; alluditque ad ea quæ supra vss. 8. 9. 10. de Homeri carmine prædicaverat, quod quasi fontem quendam vocavit, ex quo ceteri poëtæ rivos et amnes suos deducerent. Tanta igitur, inquit, turba poëtarum accedit ad hauriendas aquas e fontibus in carmina, ut vix aquæ sufficiant, et fontium ripæ vix contineant multitudinem poëtarum. Scilicet quisque res sibi notas canit.

53 *Integra quæramus, &c.*] His 7. vss. prædicat Poëta novas res et a nemine cantatas sibi esse canendas. Quod quidem eleganti admodum et multiplici metaphora deduxit.

56 *Phœbus*] Sol, I. 19.

Nostra loquar: nulli vatum debebimus orsa:
Nec furtum, sed opus veniet; soloque volamus
In campum curru: propria rate pellimus undas.
Namque canam tacita naturam mente potentem:

aëria. Dicam itaque res nostras: nemini poëtarum debebimus nostra dicta. Neque opus, quod surget nobis, erit latrocinium, sed opus nostrum; ascendimus in cœlum nostro proprio curriculo: pulsamus aquas nostra propria navi. Etenim cantabo Deum dominari toti naturæ per secretam mentem, et diffusum esse ubique

solebant. Confer Nostrum supra I. 4. sqq.' *Stoeb.*—57 'Rectius omnino Cod. Lips. cum Paris. et Edit. Regiom. *ora*, quo se disertius ab illis avibus segregat, de quibus modo dictum vs. 55.' *Stoeb.*—59 Scal. Delph. et vulg. *In cœlum c. priva.* '*Priva rate*, ut Horat. Epist. I. 1. 'locuples quem ducit priva triremis.' *Priva* a Scal. venit auctoritate, ut narrat, cod. Gemblac. sed et ille codex, et omnes alii *propria* habent; quod reponendum. Porro illud *In cœlum* mendose: corrigo *In campum*. Campus curruі ut mare navi. Librarii *cœlum* interpolarunt propter illud *volamus*. Quasi vero non omnibus poëtis etiam in campo currus volitarent.' *Bent.* '*in campum*] Bene, si Bucolica aut Georgica scribere in animo Poëta habuisset. At constitutum ipsi *ire per ipsum aëra*, I. 13. Legendum itaque *in cœlum*, suffragantibus libris universis. Cf. Nostrum infra vs. 141. coll. not. Avienus vs. 3. 'Imus in astra Jovis monitu.' *Stoeb.* '*propria rate*] Sic Cod. Lips. pariter ac Paris. et Editi nostri omnes. Non incongruum est *priva*, quod ex Gemblac. recepit Scaliger, probatum Burmanno quoque ad Ovid. Metam. IX. 20.' *Stoeb.*—60 Scal. Delph. et vulg. *naturæ*. 'Quis ferre possit *Deum* non propria sed naturæ mente potentem? Dedit Auctor *naturam*.' Bent. 'Codd. Mss. et Vulgati omnes, *naturæ potentem*. Horatius de Venere: 'Sic te Diva potens Cypri.' Et Carmine Seculari: 'Phœbe, silvarumque potens Diana.' Eadem dicitur Virgo 'nemorum potens' Stat. Theb. IX. 608. Catullo, 'montium Domina.' Itaque canturus Noster est Deum, qui *tacita mente*, i. e. secreta consiliorum ratione, *naturæ dominatur*. 'Non est enim natura Deorum præpotens,' Cicero

NOTÆ

57 *Orsa*] Dicta; vel, initia, incepta.

59 *Propria* [*priva*] Propria; non publica. Horat. Epist. I. 93. 'Locuples, quem ducit priva triremis.' Lucret. III. 390. et passim alibi.

60 *Namque canam, &c.*] His 7. vss. docet ea, quæ potissimum carminibus est conscripturus: nempe Deum tacita mente dominari toti universo, et vicissim totum universum seu mundum divino spiritu intus ali, instar cujusdam animalis. Quod quidem postea variis argumentis est confirmaturus.

Tacita mente] Secreta ac divina ratione; sacro meatu. Sic enim sese explicuit, I. 247. 'Hoc opus immensi constructum corpore mundi, Membraque naturæ diversa condita forma Aëris atque ignis, terræ, pelagique jacentis, Vis animæ divina regit, sacroque meatu Conspirat Deus, et tacita ratione gubernat,' &c. Et 491. et seqq. Loquitur autem ex mente Stoicorum, qui, ut monui lib. I. 247. Deum volebant esse mentem atque animam totius mundi. Loquitur et ex mente Platonis, qui lib. X. Leg. docuit θεῶν εἶναι πλήρη πάντα· 'Deorum esse plena omnia.' Sic Virg. IV. Georg. vs. 221. 'Deum namque ire per omnes Terrasque, tractusque maris, cœlumque profundum.' Sic Se-

Infusumque Deum cœlo terrisque fretoque,
Ingentem æquali moderantem fœdere molem:
Totumque alterno consensu vivere mundum,
Et rationis agi motu: cum spiritus unus
Per cunctas habitet partes, atque irriget orbem
Omnia pervolitans, corpusque animale figuret.
Quod nisi cognatis membris contexta maneret
Machina, et imposito pareret tota magistro,
Ac tantum mundi regeret prudentia censum;
Non esset statio terris, non ambitus astris;
Hæreretque vagus mundus, standoque rigeret:

in cœlo, et in terris, et in mari; qui regit immensam massam universi cum pari concordia; et dicam totum universum subsistere vicissim ex mutua concordia, et gubernari ductu mentis, quoniam unus animus manet in omnibus partibus illius, et irrorat globum universi pervadens singulas res, et effingit illum, quasi corpus animatum. Quod si moles universi non esset compacta ex partibus confœderatis inter se, et si omnis illa moles non obediret domino suo præposito, et nisi provida mens gubernaret tam ingentem numerum partium universi: sane terræ non starent immotæ; nec astra circummoverentur; et cœlum, quod vagatur et mo-

ait de Nat. Deor. II. 30. Cf. Nostr. I. 250. sq.' *Stoeb.*—69 'Codd. Paris. cum Lips. et Editi nostri *sensum mundi*, i. e. mundum sensu præditum, quem et Tullius adstruxit. Vide supra I. 12. not.' *Stoeb.*—71 'Versus adulterinus a nebulone quodam intrusus. Quis sani capitis totum mundum vagum appellaverit? *Mundi* quoque jam habuimus vs. abhinc altero. Nisi *mundus*, inquit, *prudentia regeretur*, *vagus mundus hæreret*. Vides hominis ineptiam et

NOTÆ

nec. de Consol. ad Helviam cap. 8. 'Quid enim aliud est natura, quam Deus et divina ratio toti mundo et partibus ejus inserta?' Et Plutarch. I. pl. 3.

66 *Corpusque animale figuret*] Sicut enim animale corpus agit anima, et regit; ita mens divina mundum agit regitque. Unde veteres philosophi docuerunt universum esse perfectissimum animal. Macrob. in Som. Scip. I.

67 *Quod nisi cognatis, &c.*] His 15. vss. præclara inductione probat mundum, et mundi partes singulas divina mente regi, et alterno fœdere subsistere ac vivere debere. Nulla enim pars universi seorsum ab hac ratione secreta alternoque fœdere salva et integra stare aut manere potest.

69 *Censum*] Ingentem numerum rerum ac partium universi. Numerosum ordinem ac seriem, I. 12.

70 *Non esset statio terris*] Scilicet argumentatur ex probatis I. 168. ubi terram immotam asseruit.

Non ambitus astris] Pariter argumentatur ex probatis I. 173. et seqq. ubi stellas moveri circa terram demonstravit.

71 *Vagus Mundus*] Cœlum mobile, I. 3. 197. et seqq. ubi cœli mobilitatem astruxit.

Rigeret] Immotus maneret. Causa pro effectu. Quæ enim rigent, ea torpescunt, languescunt, et quasi immota hærent.

Nec vaga dispositos servarent sidera cursus,
Noxve alterna diem fugeret, rursumque fugaret:
Non imbres alerent terras, non æthera venti,
Nec pontus gravidas nubes, nec flumina pontum,
Nec pelagus fontes: nec staret summa per omnes
Par semper partes æquo digesta parente:
Ut neque deficerent undæ, nec sideret orbis,
Nec cœlum justo majusve minusve volaret.
Motus alit, non mutat opus. Sic omnia toto
Dispensata manent mundo, dominumque sequuntur.

vètur, staret immobile, et hærendo torpesceret; neque singulæ stellæ observarent suos motus certos et ratos; et nox non sequeretur alternatim diem, et vicissim pelleret illum; pluviæ non nutrirent terras; nec venti, aëra; nec mare, tumidas nubes; nec fluvii, mare; nec mare, fontes; nec denique tota moles maneret perpetuo ita æqualis in omnibus suis partibus, prout fuit disposita ab justo suo auctore, ut neque aquæ, neque stellæ deessent nobis, nec cœlum ipsum moveretur aut magis aut minus, quam par est. Motus enim cœli non mutat, sed conservat opus cœli. Ita cunctæ res dispositæ sunt per totum universum, et parent suo magistro.

infantiam.' *Bent.*—72 Scal. Delph. et vulg. *Nec sua;* et mox *noxque.* 'Dedit Auctor *Nec vaga.* Vaga sidera sunt planetæ: ut II. 742. et III. 101. Mox, vs. seq. lege *noxve.*' Bent. 'Lege ex libris nostris *sua.* Non enim planetæ modo, verum etiam cetera sidera stato motu cursuque feruntur. Vide Macrob. supra ad lib. I. 63. Cod. Paris. *Noxque alterna*, i. e. alternans vel alternatim *d. f. r. q. f.* Pari sermonis venustate Sidon. Apollin. Carm. IX. 113. 'Cum post has epulas repente flexis Titan curribus occidens, ad ortum Convivam fugeret, diem fugaret.'' *Stoeb.*—77 'Hæc minus salvo feruntur sensu. Multo sanior tantoque verior lectio Cod. Lips. et Regiom. *Pars semper partis.*' Stoeb.—78 Scal. Delph. et vulg. *sidera nobis.* 'Illud *nobis* a mala manu est; et itidem *sidera.* Sol enim et luna *sidera* sunt, et tamen in eclipsibus deficere dicuntur. Gemb. *sidera orbis;* et superne pro var. lect. *nobis.* Venet. vero *sidera et orbis.* Repone *sideret orbis;* ut nec mare deficeret, nec ita exundaret, ut orbis sive terra infra mare sideret. I. 159. 'Ultima subsedit glomerato pondere tellus.' *Bent.* 'Lectum quoque in Lips. *orbis*, sed ab altera manu correctum. Cod. Paris. Editique

NOTÆ

74 *Non imbres alerent terras, &c.*] Plin. XIX. 11. 'Imbres sata alunt:' et XVII. 2. 'Cibus arborum est imber.' Porro his 3. vss. loquitur ex opinione veterum philosophorum, qui voluerunt ex terræ vaporibus aëra nutriri; ex aëre, æthera; ex æthere, sidera; et vicissim. Similiter ex imbribus aëris terras; ex ventis æthera; ex vaporibus, maris nubes; ex fluminibus, mare; ex mari, fontes perennes, &c. Sic Lucret. lib. I. vs. 230. 'Unde mare, ingenui fontes, æternaque longe Flumina suppeditant? unde æther sidera pascit?' Et II. 590. et seqq.

76 *Summa*] Tota moles universi: natura: universum.

77 *Parente*] Deo.

81 *Mundo*] Universo, cœlo et terris.

Dominum] Deum.

Hic igitur Deus, et ratio quæ cuncta gubernat,
Ducit ab æthereis terrena animalia signis:
Quæ quanquam longo condit summota recessu,
Sentiri tamen, ut vitas ac fata ministrent
Gentibus, ac proprios per singula corpora mores.
Nec nimis est quærenda fides. Si temperat arva

Ergo hic Deus et hæc mens, quæ regit omnia, regit pariter animalia terrestria per signa cœlestia; quæ signa, licet sint remota e terris longo intervallo, Deus, ratio facit necessario illa sentiri ita in terris, ut reddant vitam ac mortem hominibus, et infundant mores proprios singulis corporibus. Nihilominus petendum est argu-

vetusti constanter, *nec sidera nobis*, sc. justo majus minusve volarent.' *Stoeb.* —83 'Cod. Paris. et Editus Regiom. *æternis*. 84. pro *condit* iidem Libri *cogit*. Paris. *summota* pro *subm.*' Stoeb. Scal. Delph. et vulg. *cogit*.—85 Vulg. *vitamque et fata ministrent*. Scal. ex Gemb. *vitas ac f. ministret*. '*Sentiri* infinitivo modo absolute; hoc est, sentiri tamen *fecit*, vel *possunt*. Quem loquendi morem multis exemplis explicat doctissimus Gronovius Observ. II. 14. ubi et recte legit *ministrent;* prout codices habent universi. *Quæ signa*, licet hinc procul remota, *sentiri tamen ut ministrent vitas, &c.* Unum restabat corrigendum: quorsum enim illud *cogit?* repone, *Q. q. l. condit s. r.* Ut Noster II. 374. 'Tértia convexo conduntur signa recessu.'' *Bent.* 'Cod. Paris. et Regiom. qui præced. vs. legunt *cogit* pro *condit*, hic quoque melius Lipsiensi: *vitamque ac facta ministrent*. *Cogit* nempe, sive Deus sive ratio. *Ministrent* ætherea signa, nisi legere hic malis *æterna*, ex Cod. Paris. et Lips. ac Edit. Regiom. sed *sentiri tamen* est *sentitur*, vel *potest* tamen *sentiri*, ut sidera vitam et fata et inclinationes artesque hominibus infundant.' *Stoeb.*—87 Scal. Delph. et vulg. *Nec minus est q. f. Sic t. a.* et in duobus vss. seqq. pro *si*, *sic*. 'Legimus, *comminus est quærenda fides*. ἀπὸ τῶν ἐγγύθεν ἀποδεικτέον. Totus locus ita distinguendus: *Sentiri tamen ut vitas et fata ministret Gentibus, ac proprios per singula corpora mores, Comminus est quærenda fides*. Probatur ἐκ τῶν ἐγγύθεν, ipsam sensibus nostris percipi, quomodo fata ministret, ut omnia dispenset. Sic loquitur auctor Dialogi de caussis corruptæ eloquentiæ: 'Ne illi quidem parti sermonis ejus repugno, si comminus fatetur plures formas dicendi etiam iisdem sæculis, nedum diversis extitisse.' Et clarius Prudentius in Romano: 'Ne fluctuaret veritas dubia fide, Si non pateret triste visu comminus.' *Scal.* 'Porro *nec minus*, i. e. nihilominus. At Scal. *cominus*, i. e. non longius; illudque *cominus* referendum censet ad illum ver-

NOTÆ

82 *Hic igitur Deus, et ratio, &c.*] His 5. vss. concludit ex alterno cœli cum terris fœdere, mutuaque Dei cum rebus concordia, terrena animalia regi a sideribus, scilicet, ut dixit I. 261. 'E quibus et ratio fatorum ducitur omnis.'

Ratio] Mens divina, Providentia divina, vs. 69.

83 *Ducit*] Regit, gubernat. I. 18.

87 *Nec nimis est quærenda fides*] Quasi superius exemplum non sufficeret in rei testimonium, monet Poëta similia alia ex aliis rebus exempla esse petenda. Igitur non solum varios hominum mores ex sideribus duci autumat; sed his 18. vss. probat et arva, et æstum maris, et lunæ incrementa ac decrementa, et conchas, et pecudes, et ceteras brutas animantes, ex sideribus agi, duci, moveri, mutari, temperari, &c.

Cœlum; si varias fruges redditque, rapitque:
Si pontum movet, ac terris immittit et aufert:

mentum hujus rei. Scilicet ita cœlum regit agros per sua sidera: ita per sua sidera largitur et eripit terris diversos fructus: ita per sua sidera agitat mare, et impellit

sum *Sentiri tamen, &c.* Quasi sic interpretetur: cominus est quærenda fides tamen ea sentiri, ut vitas ac fata ministrent, &c. Sane verba Maniliana ac verborum sensum præturbat.' *Delph.* 'Cod. Ms. et Libri omnes, *Nec minus est quær. fid.*' Mox, *sic temperat arva.* et hoc *sic* in ceteris. *Stoeb.* 'Quid est *minus quærenda?* Scaliger emendabat, *Comminus est quærenda fides.* Vitium acute vidit: in medicina ferenda deerravit. Repono, *Nec nimis est q. f. si t.* Non diu et magno labore quærenda sunt argumenta: sponte se offerunt. Ceterum hic et in sequentibus sexies reponendum est *si* pro *sic*: pendet enim sententia, et progreditur argumentatio ad versum usque 105. *Si* ista omnia fiunt, 'Quis dubitet post hæc hominem conjun-

NOTÆ

89 *Immittit et aufert*] Sup. pontum. His autem verbis significat æstum maris, quem vulgus fluxum et refluxum vocat. Per verbum 'immittit' significat accessum maris, per verbum 'aufert,' recessum. Utrumque autem æstum maris e cœlo duci et excitari constanter affirmat, nimirum vel ex luna vel ex sole. Sed de his varias veterum philosophorum opiniones jam breviter referemus. 1. Alii, ut Pythagorei, et Stoici, et Platonici, qui mundum vivum animal esse crediderunt, accessum et recessum maris nihil aliud esse voluerunt, quam mundi anhelitum emissum et receptum. Mela III. 1. Solin. c. 16. 2. Alii, sed unus præcipue Timæus, causas æstus maris esse voluerunt flumina in mare decurrentia, quæ excursu suo reditaque mare implerent ac minuerent. Plutarch. Plac. III. 18. 3. Ceteri fere omnes ad lunam et ad solem hos maris æstus retulerunt, sed diversimode: alii ad solem simul et lunam, ut Plinius II. 97. Alii ad unum solem, ut Heraclitus apud Plutarch. citatum. Alii, ut Massiliensis Pytheas, accessum maris ad lunæ incrementum, recessum vero ad lunæ decrementum referunt. Alii, ut Posidonius apud Strabonem III. ita maris æstum ad lunam pertinere censent, ut æstum distinxerint diurnum, menstruum, et annuum. Diurnum, quod, luna supra horizontem uno jam signo elata, et quoad medium cœli attigerit, Oceanus affluat sensibiliter: refluat vero quousque illa pervenerit ad ultimum signum versus occidentem: similiterque dum depressa fuerit luna ad unum signum sub horizonte, et ad cœli usque imum delapsa fuerit, rursus affluat mare; refluat vero exinde, quousque luna venerit ad ultimum signum versus orientem infra horizontem. Menstruum, quod æstus maximi contingant plena et nova Luna: minimi vero, in quadraturis, ut aiunt; mediocres denique, in aliis temporibus intermediis. Annuum, quod in solstitiis sint maximorum maximi æstus: in æquinoctialibus lunis maximorum minimi. Quanquam contrarium jam contingere observatum est. Neque enim æstus maximi in solstitiis, sed in æquinoctiis fiunt, cum noviluniis, tum pleniluniis. Quod etiam observaverunt Seneca III. 28. Plinius II. 97. Tacit. Ann. I. 4. Sunt qui maris æstum ex terræ motu explicant,

Atque hæc seditio pelagus nunc sidere lunæ
Mota tenet, nunc diverso stimulata recessu,

et repellit illud terris. Verum hic æstus maris excitatus per sidus lunæ aliquando exundat, aliquando vero per diversum refluxum exagitatus augescit: aliquando

gere cælo?'' *Bent.*—90, 91 Scal. et vulg. *pelagi n. sidera l. Mota tenent.* 'Locus inquinatissimus. Nam si interpungas post *pelagi,* quo referetur illa trunca oratio? Sed et sequentia magis mutila, *nunc sidera Lunæ Mota tenent.* Quo enim et illa quoque referuntur? Deinde quid est *sidera Lunæ mota?* An motus Lunæ? Nugæ. Imo maria ipsa mota sidere Lunæ. Atque hoc postulat et ratio, et Manilii propositio. Nihil mutabo. Indicabo tamen, quomodo legendum putem: *Atque hæc seditio pelagi nunc sidere Lunæ Mota tumens, nunc diverso stimulata recessu, Nunc anni spatio Solem comituta volantem.* Neque profecto aliter scripsit Manilius. Et quid clarius hac lectione? Seditio pelagi augescente lumine Lunæ mota tumet, et eodem sidere imminuto in diversum stimulata recedit. Gemblacensis *pelagus.* Hoc modo fortasse legendum: *Atque hæc seditio pelagus nunc sidere Lunæ Mota tenet.*' Scal. Delph. *Atqui h. s. pelagi n. sidere l. Mota tumet.* 'Nullus in hisce duabus lectionibus aut verborum ordo congruus aut sensus. Quæ autem his 3 vss. Poëta dixit de æstu maris tum ad lunæ, cum ad solis sidus referendo, eadem docet Plin. II. 97. his verbis: 'æstus maris accedere et recedere maxime mirum pluribus quidem modis: verum causa in sole et luna.' Scilicet æstus maris sequitur cursum lunæ, hoc est, incrementum et decrementum lunæ; nunc enim major, nunc minor exundat fluxus et refluxus maris, pro majori aut minori incremento ac decremento lunæ. His verbis, *mota tumet,* notat Poëta majorem æstum: istis, *diverso stimulata recessu,* sup. *tumet,* notat minores et minimos, hoc est, varios maris æstus, qui diversimode contingunt pro diverso lunæ decremento.' *Delph.* 'Lege meo periculo: *Atque hæc seditio pelage nunc sidere lunæ Mota tenet.* Hæc seditio commota lunæ sidere maria occupat. *Pelage,* ut Tempe, cete: extat apud Lucretium non semel.' *Huet.* 'Locus contaminatus; quem recte olim correxerat Scaliger; sed non satis constanter in sententia mansit: *Atque h. s. pelagus nunc sidere l. M. tenet.* Hæc, inquit, seditio tenet pelagus, nunc lunæ sidere mota, nunc solis. *Tenet* in codice Veneto est. Noster infra II. 198. 'Et quasi seditio cælum tenet.' Ceterum hoc sibi adoptavit Huetius: nisi quod *pelage* legit, ut propius scilicet accedat ad *pelagi.* Atqui nihil opus est verbo Lucretiano; cum non Gemblacensis modo, sed et tres ceteri vetusti hic habeant *pelagus.*' Bent. ''Cælum,' inquit Manilius, 'pontum movet, et modo terris superfundit illum, modo retrahit.' Cælum ergo æstus maris facit. Quomodo? Luna scilicet id præstat, cujus sidus modo in ortus movetur, et pontum tenet, modo contrario recessu stimulata mergitur. Sic igitur legendum: *Atque hinc seditio: pelagus nunc sidera l. M. tenent: n. d. st. r. Mota sidera lunæ* vocat, quum incrementis ad plenilunium movetur ab ortu suo. *Pelagus* pro horizonte posuit, uti v. 219. 'Nascentem si quem pelagi perstrinxerit unda.' Ergo *sidera lunæ mota* pelagus tenent, quæ supra horizontem moventur, et attolluntur.

NOTÆ

puta Seleucus, Keplerus, et Galileus, qui tamen adhuc non consentiunt. Plura disputanda supersunt: sed breves nostræ annotationes longiorem dissertationem non patiuntur. Quare consule P. Gassendi in lib. x. Diog. Laërtii a p. 1085. ad p. 1097. fusius enim hæc tractat.

Nunc anni spatio Phœbum comitata volantem:
Si summersa fretis, concharum et carcere clausa,
Ad lunæ motum variant animalia corpus;
Et tua damna, tuasque imitantur, Delia, vires:

etiam augetur concomitatus solem, qui peragit cursum suum spatio unius anni. Ita pariter animalia, quæ immerguntur sub aquis maris, et quæ includuntur in carcere concharum, mutant corpus suum juxta motum lunæ: et quando tua detrimenta, o luna, paria sunt tuis incrementis, similiter tu ipsa præbes nobis vultus tuos secun-

Qui sequitur versus manifesto etiam ad Lunam referendus: 'Nunc anni spatio Phœbum comitata volantem.' Etenim per duodecim mensium spatia Solem annuo cursu volantem consequitur. Plin. [II. 6.] de Luna: 'Haud scio, an omnium quæ in cælo prænosci potuerunt magistra: in duodecim mensium spatia oportere dividi annum, quando ipsa toties solem redeuntem ad principia consequitur.'' *Stoeb.*—93 Scal. Delph. et vulg. *Sic.* 'Lege *Si*; ut in hoc loco etiam libri veteres.' *Bent.* 'Cod. Paris. et Regiom. *Sic.*'

NOTÆ

92 *Phœbum comitata*] Phœbum, i. e. solem, I. 19. Hoc autem versu docet referendum quoque maris æstum ad solem, qui quidem non sicut luna intra viginti quatuor horas, una tardius hora aut circiter, sed intra spatium anni tantum cursum suum absolvit. Porro ideo maris æstum ad solem referunt, quia, ut monui vs. 89. not. maximi æstus contingere solent in æquinoctiis et solstitiis, hoc est, in pleniluniis, quæ ad quatuor puncta cardinalia anni accedunt. Unde duplex distinguitur æstus maris maximus, alter solaris, alter lunaris; hic, qui contingat singulis noviluniis ac pleniluniis; ille, qui fiat quater tantum in anno, scilicet in æquinoctiis duobus, et duobus solstitiis. Quanquam, ut jam monui, vs. 89. not. maximi maris æstus solares et annui non in solstitiis, sed in æquinoctialibus pleniluniis et noviluniis contingere observatum est; similiter minimi æstus solares in pleniluniis ac noviluniis solstitialibus. Unde non in uno sole causa est, sed in sole et luna simul causa est saltem æstus solaris et annui; quicquid Lucan. I. videatur renuere: 'An sidere mota secundo Tethyos unda vagæ lunaribus æstuet horis; Flammiger an Titan, ut alentes hauriat undas,' &c.

94 *Ad lunæ motum variant, &c.*] Plin. II. 99. 'Sidus lunæ terras saturat: accedensque corpora implet, abscedens inanit, ideo cum incremento ejus augeri conchylia, et maxime spiritum sentire, quibus sanguis non sit,' &c. Et Lucil. apud Aul. Gell. XX. 8. 'Luna alit ostrea, et implet echinos, muribus fibras Et pecori fibras addit,' &c.

95 *Et tua damna tuas, &c.*] I. e. cum discus tuus, o luna, ex media parte lumen a sole recipit, tunc mediam tui globi partem soli ostendis. Namque *damna*, id est, decrementa; *vires*, i. e. incrementa. Cum autem discus lunæ medio cornu lucet, tunc decrementa lunæ paria sunt incrementis; tuncque Luna medium sui vultum soli obvertit, ac lumen acceptum nobis refert: altera vero media sui vultus pars, quia solis radiis non obnoxia, minime lucet.

Delia] Luna, I. 231.

Tu quoque fraternis si perdis in oribus ora,
Atque iterum ex iisdem repetis: quantumque reliquit
Aut dedit ille, refers; et sidus sidere constas:
Denique si pecudes et muta animalia terris,

dum aspectus quos recipis a fratre, et rursus resumis vultus tuos ex iisdem aspectibus fraternis; et reddis nobis tantum lucis, quantum ille frater tuus tibi dedit, aut reliquit; et ita sidus unum redditur ex alio sidere. Tandem ita bestiæ et animalia

Stoeb.—95 Scal. Delph. et vulg. *cum d. tuas i.*—96 Vulg. *sic reddis cornibus ora.* Scal. ex Gemb. *sic reddis curribus ora.* Delph. *reddis sic oribus ora.* 'Eleganter; ludit enim Poëta in verbis; deinde recte dicitur luna reddere ora sua fraternis oribus, quæ vultus suos varios componat ad solis varios aspectus.' *Delph.* 'Quid hoc est, *cum damna lunæ imitantur vires lunæ?* Miror tam insignes doctrina et ingenio viros in re facili hæsisse. Non ad sequentia, sed ad priora hæc referuntur. Repone *tua d. tuasque* i. *D. v.* Si ostrea, inquit, et conchæ crescente luna crescunt succo, decrescente decrescunt.' *Bent.* 'Gemb. et Voss. *curribus.* Venet. *cursibus.* Lips. *cruribus*, et pro var. lect. *curribus.* Doctissimus Bullialdus, qui in hunc librum secundum notas scripsit, in postremam Scal. editionem receptas, sic legebat, *T. q. f. reddis sic oribus ora.* Et ingeniose quidem *oribus* reposuit: illa enim antitheta et argutiæ apud Nostrum τὰ πάντα sunt. Sed emendatione excidit, cum mutato ordine *sic* necessario adscivit; cum, ut supra docui, et res ipsa indicat, reponendum sit *si.* Quid quod *reddis ora*, et *repetis ora*, non sunt antitheta? quod Auctor tamen sine dubio sectatus est. Lege *si perdis in oribus ora.* Perdit luna sua ora in fraternis oribus, cum in interluniis sive lunæ silentiis nobis non conspicitur; repetit ora a novilunio et deinceps. *Perdit* et *repetit* antitheta sunt: Ovid. Met. IV. 462. 'Assiduæ repetunt, quas perdant, Belides undas.' *Bent.* 'Bene habet Vetus Editorum lectio: *Et cum damna t. i. Delia vires.* Cod. vero Paris. *Et cum damnata tuas, &c.* i. e. Quando tua decrementa, o Luna, paria sunt incrementis, Conf. not. ad III. 287. et Savaron. ad Sidon. Apoll. Carm. XV. p. 148. qui veterem ibi lectionem expressit: 'Tu quoque fraternis sic reddis cornibus ora,' i. e. similiter tu ipsa præbes nobis vultus tuos secundum aspectus, quos recipis a fratre.' *Stoeb.*—97 'Cod. Paris. *relinquit.* Vs. 98. *refers*] Cod. Paris. addit (:) Regiom. *refert.* Mox, pro *constas* Paris. superne *constans.* Vs. 102. *et sidera*] Cod. Paris. *ad sid.*' Stoeb.—99 Scal. Delph. et vulg. pro *si*, *sic*, et mox 102. pro *et ac.* 'Iterum repone *si pecudes.* Quod vero mox ait, muta animalia manere sui ignara, eleganter et vere dictum est. Seneca de Vita Beata c. 5. 'Eodem loco pone homines, quos in numerum pecorum et animalium redegit hebes natura et ignoratio

NOTÆ

96 *Fraternis*] Solaribus. Luna quippe soror credita est Solis ex Theia. Hesiod. in Theog. Θεία δ' Ἠέλιόν τε μέγαν, λαμπρήν τε Σελήνην: 'Theia vero Solem magnum, et lucentem lunam peperit.' 'Fratris radiis obnoxia surgere luna.' Quanquam Philo lib. de Somn. ambigit nativone an mutuato lumine luna luceat; suis radiis micans, an solaribus; an horum neutrum sit, sed mixtum ex utroque igne tam alieno quam proprio.

98 *Sidus sidere constas*] Scilicet luna suum lumen a sole mutuatur. Cic. Som. Scip. et Seneca de Consol. ad Marc. 18. et Virg. Georg. I. 396.

99 *Muta*] Vel minora: vel in vocem non erumpentia. Sic Quint. I. 16. vocat apes 'muta animalia.'

Cum maneant ignara sui legisque per ævum,
Natura tamen ad mundum revocante parentem,
Attollunt animos, cœlumque et sidera servant;
Corporaque ad lunæ nascentis cornua lustrant;
Venturasque vident hyemes, reditura serena:
Quis dubitet post hæc hominem conjungere cœlo,
Cui xenium natura dedit linguamque capaxque

muta in terris, etsi per ætatem suam non cognoscant seipsa, nec legem, qua tenentur, attamen, natura reducente illa, erigunt animos ad cœlum, quod est eorum auctor, et sequuntur cœlum et stellas; et purgant sua corpora ad cornua novæ lunæ; et præsentiunt futuras pluvias, et serenitatem cœli reversuram. Quis ambigat post hæc consociare cœlo hominem, cui natura tribuit linguam disertam, et mentem qua conci-

sui.' Deinde versu 102. lege *et*.' Bent.—106 Scal. et vulg. *Eximiam*. Delph. *Cui eximiam*, 'Sup. homini. Ita legendum. At vulg. prætermittit hanc vocem *cui*.' 'Ad hoc Scal. 'subaudiendum,' inquit, 'τὸ *cui*. Horat. 'Nemo ut sit avarus Se probet.' Subintelligendum qui.' Atqui nec apud Horatium, nec quenquam scriptorem, subintelligi potest *cui* vel *qui*. Locus Flacci est Serm. I. 1. 108. ubi omnes scripti editique habent *nemon' ut avarus Se probet?* Non de nihilo est quod libri hic vetusti omnes præferant *eximium*, non *eximiam*. Neque sane in recepta lectione recte dicas *linguamque*, sed *linguam*. Si *que* addis, pro *eximium* necessario substituendum erit aliquod ver-

NOTÆ

101 *Mundum .... parentem*] Cœlum, quod rerum est auctor, vs. 117. Vel Deum ipsum, I. 523.

102 *Servant*] Sequuntur, vs. 81. vel quasi venerantur.

103 *Corporaque ad lunæ, &c.*] Sic Plin. VIII. 1. de elephantibus: 'Auctores sunt in Mauritaniæ saltibus ad quendam amnem, cui nomen est Amilo, nitescente nova luna, greges elephantorum descendere: ibique se purificantes solenniter aqua conspergi, atque ita salutato sidere in sylvas reverti,' &c.

104 *Venturasque vident hyemes, &c.*] Tempestates ac pluvias. Sic Virg. Georg. I. 375. et seqq. memorat hæc animalia præsertim pluviam præsentire; grues, in altum volantes; boves, cœlum suspicientes; hirundines, circum lacus volitantes; ranas, in limo coaxantes; formicas, ova sua efferentes; corvos, e pastu discedentes crocitando; cornices, discursando nimis garrientes; et cycnos aliasve pelagi volucres, quæ inexpleto studio se lavandi certant.

Reditura serena] Serenum cœlum post nubila. Sic Virg. Georg. I. 398. et seqq. memorat hæc animalia præsagire serenum cœlum; halcyones, jam alas ad solem non expandentes; sues, jam manipulos messorum non jactantes; noctuas, post solis occasum silentes; nisos, obvolitantes per aëra; corvos, ovantes gutture, &c.

105 *Quis dubitet post hæc, &c.*] His 4. vss. pariter docet cognationem inesse cœlum seu Deum inter et hominem, cui natura dederit linguam eximiam, capax ingenium, celerem animum; quemque Deus divinæ suæ naturæ consortem unum fecerit, quasi veriorem sui imaginem.

Ingenium, volucremque animum? quem denique in unum
Descendit Deus atque habitat, seque ipse requirit?
Mitto alias artes, quarum haud permissa facultas;

piat res, et ingenium celer; et in quem solum tandem Deus illabitur et manet, et ipse sese investigat? Prætereo alias disciplinas, quarum facilitas concessa est ho-

bum quod ad *linguam*, *ingenium*, *animum* communiter referatur. Hariolari hic liceat, et ex conjectura legere, *Cui xenium n. d. l. que c. que.* *Xenium*, munus, donum, ξένιον; quod a Græcis sumptum Latini usurpabant. Vitruvius VI. 10. 'Græci opulentiores hospitibus advenientibus mittebant pullos, ova, olera, poma, reliquasque res agrestes: ideo pictores ea, quæ mittebantur hospitibus, imitantes, xenia appellaverunt.' Inde Martialis Epigrammatum liber XIII. *xenia* inscribitur; et Epigrammate ibi tertio, 'Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello Constabit nummis quattuor empta tibi: Hæc licet hospitibus pro munere disticha mittas.' Apuleius Met. II. 'Et mittit mihi Byrrhæna xeniola, porcum opimum, et quinque gallinulas, et vini cadum in ætate pretiosi.'' *Bent.* 'Cur, quæso, *xenium?* Ecquid a natura habemus, quod *xenii* nomine dedit? Vides mutationis inconvenientiam. Optime vero habet vetus et genuina lectio, quam ex Libris nostris sic restituimus: *Eximiam n. d. l. que c. que I. v. que a.* (.) Quis enim, inquit, de præstantia hominis dubitare unquam potest? cum natura ei dedit eximiam linguam, &c. Interrogationis autem nota non hic tantum delenda, verum etiam vs. seq. cujus intellectum mox ad vs. 115. explanatum dabimus.' *Stoeb.*—109 Vulg. *quarum est permissa voluntas.* Gemb. *facultas*, 'et quidem melius. Nam non de voluntate hic agitur, sed de facultate, quæ permissa quidem, sed non æqualiter. Reliqua probant.' *Scal.* 'De hujusce loci sententia in diversa abeunt Scaliger et Bullialdus. Mihi sanus esse non videtur, sed sic emendandus: *M. a. a. q. haut p. f.* Artes magicas intelligit, quarum facultas non permissa, sed legibus vetita erat: ergo *infidas* vocat, negatque esse *sui census munera*, quippe quas nec docere vult nec discere. Et tamen, si veræ esse admittantur, unice probant quod hic probare studet, hominem cælo conjunctum esse, Deumque in eum descendere et habitare. Sic Noster supra I. 91. 'Ne vulgata canam; linguas didicere volucrum, Consultare fibras, et rumpere vocibus angues; Sollicitare umbras, imumque Acheronta movere; In noctemque dies, in lucem vertere noctes.'' *Bent.* 'Illud *haut* incommode prorsus venit. Qui enim non gaudeat homo facultate artium addiscendarum, cui natura capax ingenium dedit? Rescribendum ex nostris Codd. Mss. pariter ac Vulg. *quarum est permissa facultas.* Cod. Paris. et Regiom. non adeo male, *voluntas.*' Stoeb.—

NOTÆ

109 *Mitto alias artes, &c.*] Cum jam supra Dei existentiam asseruerit Poëta, non solum ex cœli siderumque statis ordinibus ac motibus, sed etiam ex brutis animantibus, quæ cœlum ut Deum seu dominum suum sequuntur, et ex ipso homine, cui cœlum, seu Deus, volucrem animum ingeniumque capax dederit, et suæ divinitatis consortem fecerit; his quoque 6. vss. ejusdem Dei divinitatem arguit, non solum ex variis artibus, quas Deus hominibus concesserit, sed et ex inæqualitate legis, sub qua cuncta tribuuntur nobis, et ex inevitabili fati mortisve jure, et ex rerum concretione, quæ non temerario materiæ concursu, sed æterna ac sapienti ratione generantur ac geruntur.

Infidas adeo, nec nostri munera census.
Mitto, quod æquali nihil est sub lege tributum.
Quo patet auctoris summam, non corporis esse.
Mitto, quod et certum est, et inevitabile fatum;
Materiæque datum est cogi, sed cogere mundo.

mini, quæ sunt adeo fallaces, et quæ non sunt beneficia nostræ facultatis. Prætermitto quod nihil est concessum sub pari lege. Præterea quod fatum est certum et indeclinabile, et quod præscriptum est materiæ congregari, sed cœli est congregare. Unde constat universum esse opus auctoris, non materiæ. Quis valeat reperire

110 'Ita omnino legendum; non *in fidos*, quod vitiose fertur in Cod. Lips. et Editis nostris, præter unum Regiom. Quemadmodum autem Lucret. II. 557. 'mare' dixit 'infidum,' Rutil. vs. 42. 'incertum;' ita h. l. artes audiunt infidæ, quod illæ, multo et assiduo labore comparatæ, spem sæpius fiduciamque fallant, quin vel exercitatos quoque perdunt. Quod quidem de illis artibus intelligendum, quæ, ut Tullii verbis exponam, conjectura continentur, et sunt opinabiles. 'An,' inquit ille, 'medicina ars non putanda est? quam tamen multa fallunt. Quid? gubernatores nonne falluntur?' de Divin. I. 14. pr.' *Stoeb.*—112 'Libri veteres, *Quod patet auctores summa.* Vossianus solus *summi.* Bonincontrius interpolabat, *auctores humani corporis esse.* Quoquo vertas, ineptus est et adulterinus. Hoc voluit cucullus, mundum a Deo creatore factum esse; non ab atomis Epicureis. Sed qualia verba sunt? an 'auctor' et 'corpus' sunt antitheta?' *Bent.* 'Gembl. et Lips. *auctores summa.* Paris. Regiom. cum ceteris: *auctores humani corporis esse.* In his nihil omnino saporis. Mirum autem, quorsum viderint tot oculati homines, qui bonam Bonincontrii lectionem repudiarunt, *Quod patet auctoris summi, non corporis, esse.* Hæc enim sensum fundit minime ineptum et ceteris optime convenientem. Dixerat ante Manilius, *nihil esse æquali sub lege tributum.* Quibus perquam scite ac commode subjicit: *Quod patet*, i. e. Et hoc ipsum, nempe inæqualis illa distributio, constat, *esse Auctoris summi* scil. *opus, non corporis* sive materiæ.' *Stoeb.*—113 '*quod et*] Delent hoc *et* Ms. Paris. et Vulg. Regiom.' *Stoeb.*—114 'Gemblacensis *sat est;* ceteri veteres *fatum est;* recentiores, *datum est.* Recte hoc, ut opinor. Nam *sat*, licet priori versus colo conveniat, non convenit secundo, *sat est mundo cogere.* Repone

NOTÆ

110 *Infidas*] Incertas; quæ non æquali lege comparantur, quas labore pari, sed eventu dispari quisque consequitur. Alius enim alio doctior est et peritior.

Census] Facultatis, fundi, ut aiunt: *qui ne sont point de notre fond.* Quas non a nobis, sed a Deo concessas habemus.

111 *Mitto, quod æquali, &c.*] Aliis enim alia lege et ratione cuncta tum animi, cum corporis bona tribuuntur a Deo.

112 *Auctoris*] Dei, cœli.

Summam] Universum, I. 130.

Corporis] Materiæ, atomorum, quæ corpuscula sunt, I. 128.

113 *Fatum*] Mors: vel fatalis rerum casus; vel Dei decretum et voluntas, I. 1.

114 *Materiæque datum est cogi, &c.*] Damnat Democriti et Epicuri sententiam, qui res omnes creari voluerunt, non æterna Dei sapientia, sed temerario et fortuito atomorum concursu. I. 128.

Mundo] Cœlo, I. 9. seu Deo, I. 523; ut supra 101. et infra 117.

Quis cœlum posset, nisi cœli munere, nosse?
Et reperire Deum, nisi qui pars ipse Deorum est?
Quisve hanc convexi molem sine fine patentis,

cœlum, nisi is qui cognosceret dona cœli; et invenire Deum, nisi is, qui ipse portio est aliqua Deorum? Et quis valeat concipere et comprehendere in exiguo suo animo

igitur, *M. que datum e. c. sed c. m.*' Bent.—115 Scal. Delph. et vulg. *Q. c. possit n. c. munera nosset.* 'Gemb. *posset.* Repone, *posset n. c. munere nosse.* Etiam Gronov. Observ. I. 11. recte conjecit *munere nosse:* ut etiam Gatakerus ad Antoninum.' *Bent.* 'Longe præstantior veterum Codd. lectio, quæ licet non nihil implicata, sententiæ tamen Manilianæ majestatem ac sanctitatem longe uberius prodit ac illa, quam ad nutum Gronovii (Observ. p. 102.) vulgavit Bentleius. Vetus sic habet: *Quis cælum possit, nisi cæli munera nosset, Et reperire Deum, nisi quis pars ipsa Deorum est?* Jam enim nemo non videt, hoc *reperire,* quod cum τῷ *possit* nectendum, ad utrumque membrum pertinere. Porro, vox illa non semper id est, quod *invenire;* neque sic ab hoc differt, ut *illud* casu, *hoc* consilio fiat, in quo quidem falsus est Valla Eleg. L. L. v. 2. Sed *reperire* etiam valet *parare,* cujus cognatum, hac quidem notione, est *parere,* ex quo hoc *reperire* compositum. Sic Virgil. de Xantho fluvio: 'Nec reperire viam.' Æn. v. 807. Tullius v. Verr. 'Mihimet via reperienda est.' Sallust. 'Gratiam ab eo reperere sibi.' Terent. Heaut. I. 1. 60. 'gloriam armis belli repperi.' Itaque Manilio is dicitur *reperire cælum et Deum,* qui comparandæ sibi notitiæ cæli Deique satagit. Unde sensus verborum: Quis poterit sibi comparare notitiam cæli, veram scil. atque perfectam, nisi quoque nosset munera cæli, i. e. cælestia vel divina beneficia in ipsum collata? Et quis poterit digna gaudere notitia Dei, nisi cui persuasum, se qua animum esse ipsam partem Dei? Noster infra IV. 876. 'Perspicimus cælum: cur non et munera cæli?' (Ita enim ibi legendum.) Et Tullius de Nat. Deor. II. 56. 'Ad hanc,' inquit, 'providentiam naturæ tam diligentem tamque sollertem adjungi multa possunt, e quibus intelligatur, quantæ res hominibus a Deo, quamque eximiæ, tributæ sint: qui primum eos humo excitatos, celsos, et erectos constituit, ut Deorum cognitionem cælum intuentes capere possent.' Ad posteriorem sententiam Idem præclare, quemadmodum cetera, de Divinat. I. 'A natura divina haustos animos et delibatos habemus:' et Tusc. v. 'Humanus animus decerptus ex mente divina.' Et Noster dixit supra vs. 108. Homo dum agnoscere cupit Deum, se Deus, qui in homine habitat, ipse requirit. Ita sane intelligitur, nihil divinius, et vel homine Christiano dignius, a Manilio, quasi quodam Poëtarum Deo, cogitari potuisse.' *Stoeb.*—117 Scal. Delph. et vulg. *Atque.* 'Vide seriem constructionis: *Quis posset nosse cælum, atque posset cernere molem convexi.* Satin' placet inconcinna ista repetitio τοῦ *pos-*

NOTÆ

115 *Quis cœlum posset, &c.*] His 14. vss. ejusdem Dei existentiam, seu potius, Dei illapsum in homines asserit Poëta ex ipsa cœlorum ac siderum notitia, quam homines habent. Neque enim illam habent, nisi a Deo. Namque, ut recte docuit, I. 28. 'Quis foret humano conatus pectore tantum, Invitis ut Diis cuperet Deus ipse videri? Sublimes aperire vias, imumque sub orbem, Et per inane suis parentia legibus astra?' &c.

117 *Convexi*] Cœli, I. 539. hoc est Dei, ut ipse interpretatus est quoque, I. 523.

Patentis [*parentis*] Rerum auctoris. vs. 101.

Signorumque choros, ac mundi flammea tecta,
Æternum et stellis adversus sidera bellum
Ac terras cæloque fretum, subjectaque utrisque
Cernere, et angusto sub pectore claudere posset?
Ni tacitos animis stimulos natura dedisset,

hanc massam cœli pendentis ex omni parte ad terras, quod generat omnia perpetuo, et cœtus siderum circumvolitantium; et culmina ignea cœli; et perpetuam pugnam quæ stellis est contra stellas; et terras ac mare quæ dependent a cœlo, et res alias quæ dependent ab utrisque, nisi natura dedisset mentibus hominum oculos adeo ca-

set, sub eodem nominativo? Repone, *Quisve h. c. m. sine fine patentis.* Atque obiter, ut scias quæ fides librariis his habenda sit, neque mireris diffidasve si, spretis illis, Auctori ipsi consulimus; omnes libri veteres hic habent, *Atque hanc convexi molem nisi fine parentis.*' Bent. 'Cod. Paris. et Regiom. *Atque.* Paris. *connexi:* frequens hæc confusio: idem cod. *parentis.*' Stoeb.—120 'Sic codices universi: sed recte olim Scaliger, 'Non est,' ait, 'Manilii versus iste, neque ullam sententiam habet.' Immo, inquit Huetius, 'aio contra optimum ei inesse sensum: hominum scilicet ingenium, cælum et cælo subjectas terras ac maria, et quæ mari ac terræ subjecta sunt, penetrare et cognoscere posse.' Vide, studium partium et obtrectatio quid facit. Talemne versum condidisset Huetius, ipse bonus poëta, sed et in hac laude Scaligero minor? Quisquamne, cui ullus Latinitatis sensus est, idem esse dixerit, *terras cæloque fretum,* ac *terras fretumque cælo? subjecta* in posteriore colo ad prius colon reduxerit? Quænam vero illa sunt, *subjecta utrisque,* terris scilicet et freto? Nihil nisi cælum ipsum, cum terra in medio sit ex mente Auctoris. Quare aufer hunc a viris summis succum loliginis: et statue hunc versum spurium esse et irreptitium.' *Bent.* 'Versus satis Latine scriptus et, si communi Codicum consensu standum, e Manilii manu profectus. Malim dedisset *Atque fretum et terras cælo, subjectaque utrisque.* His autem, *utrisque subjectis,* innuere videtur Australem orbis partem. Conf. not. ad I. 384.' *Scal.*—121 Scal. Delph. et vulg. *possit:* et sic Cod. Paris. et Regiom. 'Iterum cum Gemb. repone *posset.*' Bent.—122 Scal. Delph. et vulg. *tantos a. oculos.* '*Tantos oculos?* Aptissimum sane oculorum epitheton. Quantos, obsecro? an quanta Polyphemi 'Lata acies, per quam solers evasit Ulixes, Argolici clypei aut Phæbeæ lampadis instar?' Quid quod altero hinc versu mox recurrit *tantum opus?* Scio *oculos mentis* recte dici, Nostro alibi, Ovidioque, et aliis. Sed huic loco sensus iste parum convenit: non enim de vi humani ingenii et facultatibus naturalibus nunc agitur: sed de naturæ ipsius operatione, quæ *mentes* humanas, versu proximo, *vertit ad se,* et I. 40. 'sese ipsa reclusit, Regales animos primum dignata movere:' et I. 49. 'accendit mentem' ad hæc studia capessenda. Repono igitur, *Ni tacitos a. stimulos n. d.*' Bent. 'Magis se

NOTÆ

118 *Mundi flammea tecta*] Stellatum cœlum. Stellas enim vel ignitas, vel ignes esse credidere veteres, I. 132.

119 *Stellis adversus sidera bellum*] Vel planetarum motum adversum motui ceterarum fixarum stellarum notat, de quo nos, I. 15. 807. vel pugnam intelligit, quæ inter signa intercedit ex vario aspectu, variaque conjunctione, unde rerum eventus varii colliguntur.

122 *Natura*] Auctor naturæ, Deus, vs. 106.

Cognatamque suæ mentem vertisset ad ipsam,
Et tantum dictasset opus? cœloque veniret,
Quod vocat in cœlum, sacra ad commercia rerum?
Et primas quas dant leges nascentibus astra?
Quis neget esse nefas invitum prendere mundum,
Et velut in semet captum deducere in orbem?
Sed ne circuitu longo manifesta probentur,

paces, et revocasset ad seipsam animum hominum, qui quasi ex ea natus est; et edocuisset illos tam magnum opus: et nisi idipsum, quod natura revocat in cœlum ad cognoscenda fœdera rerum, et primas leges, quas sidera tribuunt hominibus dum nascuntur, veniret e cœlo? Quis inficietur crimen esse velle capere animo cœlum invitum, et quasi comprehensum in seipso volvere aut regere in ordinem? At ne res notæ probentur longa ambage verborum, ipsa experientia faciet auctoritatem, et

nobis probat lectio Cod. Paris. et Lips. *Ni tantos animi oculos.* Editi præstantiores: *tant. animis ocul.* Locutio Græcis quoque scriptoribus usitata. Iamblichus: *ὅσα περιομματοποιὰ τῆς ψυχῆς.* Apuleius lib. de Mundo, pr. 'Facillime, ea de quibus origo ejus est, anima, divinis oculis suis aspexit, et cognovit.' *Oculos* eleganter 'duces' vocat Rutil. I. 191. 'Quaque duces oculi grata regione fruuntur, Dum se, quod cupiunt, cernere posse putant.' Quos frustra Barth. ad loc. putat *oculos* esse *mentis*, cum vel parum oculatis adpareat, loqui Poëtam *de oculis corporis*, qui alteros vario afficiunt modo, et illos quandoque ad nutum quasi regere suum videntur.' *Stoeb.*—123 Scal. ex Gemb. *sui.* Delph. *sibi.* 'Veteres omnes *sui;* recentiores *sibi.* Genitivus enim non placebat. Repone, *C. que suæ m.* Suæ menti, ut Noster supra II. 60. 'Namque canam tacita naturam mente potentem.'' *Bent.* 'Gembl. et Lips. *sui.* Paris. Ms. et Regiom. cum ceteris, *sibi.* Mox, Editi nostri, *ipsum* pro *ipsam*, quod huic præferre nolim. Cod. Paris. *ad ipsum.*' Stoeb.—126 'Scal. maluit *et privas.* Sed versus spurius est.' *Bent.*—128 'Regiom. cum Cod. Paris. rectius, *captam d. in urbem.* Cf. Nostr. I. 28. sqq.' *Stoeb.*—129 'Idem Cod.

NOTÆ

123 *Cognatam*] Sibi affinem, et ex se quasi natam. Scilicet e cœlo suam mens hominis ac anima ducit originem, et e cœlo venit in corpus ad sacra cœli cum ceteris rebus creatis commercia noscenda, fataque, quæ nascentibus imponunt stellæ ac sidera.

Ad ipsam] Ad seipsam, nempe naturam, seu Deum.

125 *Quod vocat in cœlum*] Nempe mentem hominis, quam ad cœlum cognoscendum revocat et vertit ipsa natura.

127 *Quis neget esse nefas, &c.*] Sic I. 28. et seqq.

128 *Deducere in orbem*] Interpretatus sum ex Scaligero *Cogere in orbem*, seu ordinem, quasi proverbialiter dictum. Quo sensu dixit Virg. Georg. II. 401. 'Redit agricolis labor actus in orbem.' Verum possem aliter interpretari ex ipso Manilio, nimirum *deducere in orbem terrarum*, hoc est, inducere terris. Sic enim I. 1. 'Carmine divinas artes, et conscia fati Sidera, diversos hominum variantia casus, Cœlestis rationis opus, deducere mundo Aggredior,' &c. Astrologia quippe e cœlo deducta est primum. I. 35.

129 *Sed ne circuitu, &c.*] His 7. vss.

Ipsa fides operi faciet pondusque fidemque.
Nam neque decipitur ratio, nec decipit unquam.
Arte secanda via est, a veris tradita causis;
Eventusque datur, qualis prædicitur ante.
Quod fortuna ratum faciat quis dicere falsum
Audeat, et tantæ suffragia vincere sortis?

fidem nostro operi. Neque enim ratio fallitur, aut fallit unquam. Et bene tenendum est illud iter, quod habitum est verum ex veris causis, et rite sequendus est exitus, qui talis datus est, qualis antea prædictus est. Quis audeat dicere illud esse falsum, quod sors ipsa reddat certum; et superare testimonia fortunæ adeo

---

et cum eo Regiom. legit *nec*, i. e. *nequidem*, longo circuitu *opus est*, *quo* manifesta probentur, *dum* ipsa, &c.' *Stoeb.*—130 Scal. et recentiores *Ipsi res.* 'Rem tibi auctorem dabo, ut Plautus loquitur. Dabo tibi veritatem ipsam prius prædictam, ac creditam, quam eveniret.' *Scal.* '*Ipsi res* a Scal. venit. Libri universi *Ipsa fides.* 'Quis credat,' ait vir magnus, 'hoc Manilianum esse?' Facile credet, qui genium et indolem hujus auctoris perspicere potest: semper enim hujusmodi argutias consectatur. Quin et *ipsa fides* perinde est ac *res ipsa;* ipsa scilicet experientia, ipse eventus.' *Bent.* '*Ipsa fides*] i. e. ipsa experientia, vel ipsum testimonium, aut rationes et argumenta quæ pollicetur.' *Stoeb.*—132 Scal. et Vulg. *Rite secunda v. e. ac v. credita c.* 'Qui *secundam viam* pro plana et facili dixerit, non memini: multo minus qui *rite secunda:* quod omnino non capio. Libri recentiores *secanda*, et unus *a veris*. Repono, *Arte secanda via est, a veris tradita causis.* 'Viam tradere' et 'viam secare' sæpe occurrunt. Hoc dicit: in prædictionibus astrologicis, procedendum est secundum artis regulas, a Chaldæis ex veris observationibus traditas: et tum certe eventus datur, qualis prædicitur. Noster, III. 45. 'Nunc age subtili rem summam perspice cura, Quæ certas det in arte vias.'' *Bent.* 'Gembl. et Lips. *Rite secunda...ac...credita, &c.* Ms. Paris. Regiom. et Editi ceteri: *Rite secanda via est, ac veris credita causis.* Hæc nulli bono; nisi quod veræ scriptionis vestigia subobscure commonstrant. *Secanda via*, recte omnino habet. Sic enim Virgil. Æneid. VI. 899. 'Ille viam secat ad naves.' Et concinit Nostro Euripides Phœniss. ipso carminis principio, ubi Jocasta ad Solem: Ὦ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδόν. Sed quid dabimus huic *credita*, quocum mediante vocula *ac* copulari possit? Lege et emenda: *Certa secanda via est, ac veris credita causis.* Suggessit hoc *certa* luculentus Senecæ locus de Benef. VI. 15. 'Quod tu,' inquit, 'pretium ponis trajicienti maria, et per medios fluctus, cum e terræ conspectu recessit, certam secanti viam, et prospicienti futuras tempestates?' &c. Vs. 133. pro *datur* Cod. Paris. et Re-

NOTÆ

tandem ait ea se tractaturum esse, quæ probatione non egent, sed quæ ex seipsis, et ex ipsa experientia manifesta fiunt. Quippe quia nec ratio decipit, nec unquam decipitur, scilicet ut ait I. 541. 'Docet ratio; cui nulla resistunt Claustra, nec immensæ moles, cæcive recessus; Omnia succumbunt, ipsum est penetrabile cœlum,' &c.

130 *Ipsa fides operi faciet, &c.*] *Ipsa fides*, i. e. vel ipsa experientia; vel ipsum testimonium, aut rationes et argumenta, quæ pollicetur, *facient fidem operi*, hoc est, rem ipsam confirmabunt.

134 *Fortuna*] Sors, ratio fati, fatum ipsum.

Hæc ego divino cupiam cum ad sidera flatu
Ferre, nec in terram, nec turbæ carmina condam:
Sed, solus vacuo veluti vectatus in orbe,
Verbere agam currus; non occursantibus ullis,
Nec per iter socios commune regentibus actus.

potentis? Cum ego exoptem extollere divino spiritu has res usque ad astra, neque cantabo versus in gratiam vulgi poëtarum, nec qui sint vulgi poëtarum. Sed solus quasi delatus in libera et solitaria regione, flagello currum meum agitabo, nemine occurrente mihi; nec ullis habentibus mecum communes actus per viam communem:

giom. *datus*. Vs. 136. *cum ad sidera*] Paris. delet *ad*.' Stoeb. Delph. *Rite sequenda*. 'Ita restituo, restituendumque postulat ratio, et verborum syntaxis. Idque ex Rom. et vulg. in quibus legitur *secunda*, nimirum ex errore librarii pro *sequunda;* antique autem *sequunda* pro *sequenda*, sicut *ferundum* pro *ferendum*, *potiundum* pro *potiendum*, *oriundum* pro *oriendum*, &c. Rite igitur sequenda via est, quæ vera comperta est jam antea ex veris causis. Quæ interpretatio rite convenit etiam sequenti versui; namque rite pariter sequendus est exitus et eventus, qui datus est talis, qualis antea fuerat prædictus et prævisus ex certis causis. Quanquam Rom. et vulg. lectio suum quoque bene patitur sensum. *Rite secunda via est*, i. e. plana et facilis illa via est, quæ ex certis ac veris causis jam antea trita est, et credita facilis et plana. Similiter facilis is est eventus, qui semel datus est, qualis antea fuit prædictus. Minus tamen clara interpretatio. Junius vero Bitur. legit *secanda*. Quasi ratio, quæ creditur, solaque verborum fide nititur, diligenter secanda ac separanda a rationibus veris et probatis: similiter eventus, qui talis accidit, qualis est ante prædictus, rite sit distinguendus ab eo eventu, qui nullo certo nititur argumento. Durior hæc interpretatio, et a mente Manilii prorsus aliena.' *Delph.*—137 Scal. Delph. et vulg. *turbam*. 'Quid vero interest an carmina condas *in turbam* an *turbæ?* Eadem utriusque significatio est. Repone *nec in terram*. Patet hoc ex redditione infra, 141. 142. Non condam carmina in terram nec turbæ: sed cælo noscenda canam, et iis paucis, quibus astra notitiam sui non inviderunt. Opponuntur hic *terræ cælum*, *turbæ minima* per orbem *turba*.' Bent. 'Rescribe ex Codd. omnibus: *nec in turbam, nec turbæ carmina condam*.' Stoeb.—139 'Cod. Paris. *Verbero tam cursus:* quæ rectissime dedit Regiom. *Verbero jam currus*, id est, equos currui junctos. Metaphora a bigis Circensibus. Quemadmodum Statius in certamine curuli Theb. VI. 460. 'Nec jam sufficiunt stimuli, non verbera.'' *Stoeb.*

NOTÆ

136 *Hæc ego divino*, &c.] His 14. vss. jactitat Poëta se non aliorum poëtarum vestigiis insistere, nec eam, quam alii tractarunt carminibus, materiam tractare se, sed novam, et a nemine cantatam aggressurum, nimirum leges fati, quas etiam prædiscere a fatis datum est, I. 6. et 113.

Divino flatu] Divino quippe spiritu aguntur poëtæ, I. 118.

137 *In terram* [*turbam*] In eam poëtarum multitudinem, qui, ut monuit vs. 8. et seqq. de fontibus Homeri suos rivulos in carmina duxerunt, variisque aliis de rebus carmina scripserunt; de fato autem, fatique legibus, ne vel carmen ullum dicere sunt ausi.

139 *Verbere agam currus*] Metaphora est, qua Poëta notat se unum de fati legibus, et astrorum apotelesmatis carmina conscripturum, viamque tentaturum, in qua ne vel minimus poëta sibi occurrat.

Sed cœlo noscenda canam, mirantibus astris,
Et gaudente sui mundo per carmina vatis:
Vel quibus illa sacros non invidere meatus,

sed cantabo res dignas scitu, ipso cœlo, et sideribus ipsis stupescentibus, et ipso cœlo exultante propter versus sui poëtæ: vel saltem exultantibus iis poëtis, quibus illa

—140 'Sic omnino legendum. Non *pariter*, quod supra quoque I. 583. emendationi locum fecit. Ordo et sensus: Nec per iter commune, duobus vicinis regentibus actus socios. Pro *regentibus*, Cod. Paris. Lips. et Editi Vetust. *gerentibus:* non male. A servitutibus rusticorum prædiorum *iter* et *actus*. Alludit itaque Poëta ad eas vias, quæ mutuos gerunt actus. Varro de L. L. IV. p. m. 10. 'Ager, quod agi poterat; sic, qua agi-(sc. poterat), Actus. Ejus finis minimus constitutus in latitudinem pedes quatuor, quod ea quadrupes agitur,' &c. Mox Idem: 'Ut quo (lege iterum, *qua*) agebant. Actus: sic qua vehebant, Viæ dictæ. Quo fructus convehebant, Villæ. qua ibant, ab itu Iter appellarunt.' *In turbam*, i. e. in eam Poëtarum multitudinem, qui de fontibus Homeri suos rivulos in carmina duxerunt, variisque aliis de rebus carmina scripserunt, supra vs. 52. *turbæ carmina* Genitivo casu accipiendum sic: non *carmina condam*, qualia sunt illius proletariorum Poëtarum *turbæ*. Repetit adeo, quod supra vs. 57. de se affirmavit: 'nulli vatum debebimus ora.' post pro *mirantibus* in Cod. Lips. *gyrantibus* ab altera manu scriptum.' *Stoeb.* Gemb. *Umbrato curru:* quod amplectitur Gronov. Observ. II. 5. ut sit carpento arcuato et clauso. Miror hoc in judicio tam subtili. Quomodo enim, si carpento vel lectica clausa vectatus esset Auctor, astra et varia cæli spectacula observare potuisset? Dixisset utique, *Aurato curru*, ut Nemesianus, Cyneg. vs. 9. 'ducitque per avia, qua sola nunquam Trita notis. Juvat aurato procedere curru, Et parere Deo.' Sed et aliud est: si enim *umbrato* vel *aurato* curru legas, sententia manca erit; aut pro *vectatus* substituendum *vectabor*. Sed tres reliqui vetusti sic locum exhibent, *Ubera tam currus, non occursantibus ullis.* Lips. vero superne pro lect. var. *umbrato curru.* Crediderim horum trium versuum scriptorem sic primo dedisse, *Liber agam currus.* Sed non multum refert, cum omnes tres sint irreptitii. Hoc plane apparet ex ipsa verborum serie, quæ his demptis sic se habet; 'nec in terram nec turbæ carmina condam; Sed cælo noscenda canam.' Contra tres istos intersere, et totam sententiam conturbas: non *turbæ condam carmina*, sed *solo curru vectabor.* Quid, malum, currus ad carmina pertinet? Deinde duplex redditio est, hinc metaphora, illinc nulla, *sed solo curru vectabor*, *sed cælo noscenda canam;* plane contra morem et sensum communem. Ut ne addam illud *veluti* manum adulteram plane prodere. Quorsum enim *veluti vectatus?* Aut vectare, aut, si non potes, cade.'

NOTÆ

140 *Nec per iter socios, &c.*] Metaphora est quoque, vel qua alludit Poëta ad eas vias, quæ mutuos gerunt actus. Cum enim agricolæ vicinos habent agros, alter alterius, ut aiunt, servitute tenetur. Vel, qua dicit se non agere currum, quo alii poëtæ. Scilicet scripturus est de fato et astris, de quibus nemo antea cecinit, I. 6. et initio hujus libri a vs. 53. ad 59.

142 *Mundo*] Cœlo, Deo ipso, vs. 113.

Vatis] Manilii.

143 *Illa*] Noscenda cœlo, quæ nec iter, nec actum denegarunt suis poëtis ad hoc prædium, hoc est, ad hæc carmina conscribenda de astris et fato; quorum quidem poëtarum minima est turba in terris.

Notitiamque sui, minima est quæ turba per orbem.
Illa fluit, quæ divitias, quæ diligit aurum,
Imperia, et fasces, mollemque per otia luxum,
Et blandis diversa sonis, dulcemque per aures
Affectum, ut modico noscenda ad fata labore.

res non occluserunt has vias sacras, et cognitionem sui; quæ multitudo poëtarum paucissima est in orbe terrarum. At illa turba poëtarum, quæ amat opes, aurum, imperia, et magistratus, et luxuriem inertem in otio, et varia cantica ex dulcibus cantibus, et sonum gratum auribus, illa, inquam, turba mediocri cum labore fertur

Bent.—145 'Quin et hi quatuor a falsario semibarbaro sunt. *Fluit* pro *numerosa est.* *Quæ divitias, quæ aurum:* quasi non idem sit utriusque sensus. Quid porro, *blandis diversa sonis*, vel, ut omnes libri, *adversa?* Reliqua etiam ineptissima.' *Bent.* Vulg. *Illa fuit.* 'Recte olim vidimus mendum esse in hoc loco. Itaque legebamus *Illa fugit.* Sed Gemblacens. *Illa fluit.* Ita igitur reponendum auctore libro. Bonincontrii textus quoque ita habet.' *Scal.*—147 Vulg. *Et blandis adversa sonis.* Huic mendosæ lectioni olim non malam substituebamus: *Et dulces ad verba modos.* Sed Manilianum est minima mutatione, *Et blandis diversa modis:* vera lectio. In hoc auctore semper, aut certe ut plurimum, hæc duo *diversa* et *adversa* commutantur: quod quidem tam frequenter occurrit, ut semel admonuisse maluerim, quam toties cramben repetere. Diversa blandis sonis sunt cantica modulis diversificata.' *Scal.*—148 Vulg. *ut modico noscenda ad fata labore.* 'Optime; et ita habent editiones, et confirmatur fide Gemblacensis codicis. Bonincontrius temere mutavit *affecta* pro *ad fata.* Cujus mutationis ipsemet se auctorem profitetur. Quid clarius potuit dicere Manilius, quam turbam illam mollem et Musicæ potius quam Astrologiæ natam esse modico labore ad fata noscenda? Quis hæc non intelligit? Ptolemæus ad verbum dixit ἀφερέπονον, loquens de eodem genere hominum. Non possum non mirari homines in plana

NOTÆ

145 *Illa fluit*] I. e. Illa vero turba poëtarum maxima est, et uberrima, quæ de rebus mollibus, puta auro, imperiis, luxu, et musica, tractat; cum ea, quæ de rebus astrologicis agit, sit minime numerosa: quippe quia non mediocris iste labor, a quo natura ipsa abhorret. Vel, ut interpretatus sum: illa vero turba poëtarum, quæ rebus mollibus conscribendis delectatur, mediocri labore fluit, hoc est, fertur ad fata cognoscenda. Quæ germana mihi videtur mens Manilii.

146 *Fasces*] Magistratus. Fasces enim apud Romanos fuerunt magistratuum insignia, quæ ante illos a lictoribus præferebantur. Sic apud Virg. Georg. II. 495. fasces usurpantur pro magistratibus: 'Non illum populi fasces, non purpura regum Flexit,' &c.

147 *Blandis diversa sonis*] Musicen. *Diversa* autem sup. negotia, potius cantica. Ita enim hæc omnia ejusmodi adjectiva neutra licet interpretari per substantivum 'negotium' aut per aliud simile.

148 *Ut* [*at*] *modico, &c.*] Sup. illa turba fluit. Scilicet illa poëtarum turba, quæ res molles et musicen diligit, vix delectatur rebus astronomicis, nec nisi cum mediocri labore fertur ad scribendum de fatis siderum. Hoc autem in his rebus intelligendis difficile fuit, quod conjunctio *at*, quæ

Hoc quoque fatorum est legem perdiscere fati.
Et primum astrorum varia est natura notanda
Nominibus per utrumque genus; nam mascula sex sunt,
Diversi totidem generis sub principe tauro:
Cernis, ut aversos redeundo surgat in artus?

ad cognoscenda fata. Scilicet hoc etiam datum est a fatis præcognoscere leges fati. Sed principio diversa natura siderum observanda est versibus nostris, per utrumque genus; etenim sunt sex signa masculina; et totidem sunt contrarii generis, quæ variant alternatim genus, quorum taurus dux est, et vicissim mutantur in orbem.

via strigantes.' *Scal.*—149 Scal. Delph. et vulg. *prædiscere.* 'Lege, ut libri universi, *perdiscere.*' Bent.—150 Scal. Delph. et vulg. *At.* Lege cum Gemb. *Et.*' Bent.—151 Scal. Delph. et vulg. *Carminibus.* 'Si *carminibus* notanda sunt, de seipso loquitur. Atqui hic lectorem alloquitur sive discipulum, *cernis, videbis, insiste, aspice.* Repone igitur, *Et primum astrorum varia est natura notanda Nominibus per utrumque genus.* Grammatice loquitur: *Notandum est nominibus per utrumque genus;* hoc est, per genus masculinum et femininum. *Notare nominibus,* nota et legitima phrasis.' *Bent.* 'Vetus et proba lectio, *Carminibus,* i. e. versibus nostris.' *Stoeb.*—153 Scal. Delph. et vulg. *aversus r. s. i. arcum.* 'Omnes libri hic inserunt versum hunc, quem Scaliger loco movit, et postposuit sequenti. Male factum. Hæc enim connectenda sunt, *sub principe tauro: cernis ut surgat,* taurus scilicet? At si interponas, *sex signa alternant et variantur;* non magis ad taurum referas illud *surgat,* quum ad quodvis ex reliquis quinque. Ceterum quid est, *surgere in arcum?* Repone, *C. ut aversos r. s. in artus?* Sic Noster, v. 140. 'Taurus, in aversos præceps cum tollitur artus:' 'Aversos artus,' quia versu 199. 'clunibus surgit.' 'aspice taurum Clunibus, et geminos pedibus, testudine cancrum Surgere.' Quos ver-

NOTÆ

periodum debuit inchoare, relata sit fere ad finem: *at modico, &c.*

149 *Hoc quoque Fatorum, &c.*] Nec mirum, inquit, si tam pauci ferantur ad fata noscenda. Namque a fato datur fata discere.

150 *At primum astrorum, &c.*] Jam rem de astris astrorumque fatis aggreditur Poëta; incipitque primum astrologiæ præcepta tradere; initiumque sumit a varia signorum zodiaci divisione pro vario eorundem genere, variaque specie, et aspectu diverso. Quæ omnia sigillatim tradit ab hoc vs. 150. ad vs. 433. Ac principio his 4. vss. dividit 12. signa zodiaci in masculina et fœminina: masculina vocat ea quæ valentiora sunt; fœminina vero, quorum virtus est minus potens. Ita Firmic. II. 1. et Ptolem. de Judic. I. Is autem est ordo signorum masculinorum et fœmineorum, ut alternas vices ac sedes teneant, masculinorum initio ducto ab ariete; fœmineorum vero, a tauro.

151 *Utrumque genus*] Masculinum et fœmineum.

Mascula sex sunt] Nimirum, aries, gemini, leo, libra, sagittarius, aquarius.

152 *Diversi totidem generis*] Sex pariter fœminei generis, taurus, cancer, virgo, scorpius, capricornus, pisces.

153 *In artus* [*arcum*] In altum cœlum, quod in circulum curvatur: vel in superiorem zodiaci partem, quæ a terris ad medium cœlum formam ar-

Alternant secus, et vicibus variantur in orbem.
Humanas etiam species in parte videbis:

Cernes quoque in una parte signorum figuras humanas; quorum mores non sunt

sus Bullialdus sic interpolat, hoc de quo nunc agitur illuc transposito, *aspice taurum: C. ut aversis r. s. in arcum Clunibus, ut gemini, &c.* Non accedo: nimis enim ineptum et putidum est *aspice* et rursum *cernis.*' Bent. 'Male Cod. Paris. *adversus.* Ceteri legunt *aversus in arcum.* Recte. *in arcum* etiam Paris. Ms. agnoscit. Taurus surgit *aversus,* posterioribus scilicet, non anterioribus. Et surgit in *arcum,* seu *incurvatus,* quod figura ejus demonstrat in Globo Astronom. Cf. dicta ad I. 264. sq.' *Scal.*—154 Scal. Delph. et vulg. *genus.* 'Nota *genus, generis, genus* tribus versibus continuis non sine fastidio repeti. Repono, *A. secus, et v. v. in o. Secus,* hoc est, sexum. Livius XXVI. 47. 'Liberorum capitum virile secus ad decem millia capta.' Ubi plura exempla vide apud accuratissimum Gronovium. Si cui illud *secus* paulo obsoletius videbitur, per me licet reponat *sexum.*' Bent. 'Codices et Libri omnes, *genus;* quod ut restituamus, sententiæ ratio omnino suadet. *Sunt sex diversi generis,* quæ cum ceteris *genus alternatim* variant; ita quidem, ut *Aries* masculinum signum, *Taurus* femininum sit; *Gemini* masc. *Cancer* fem. et

NOTÆ

cus imitatur; est enim quarta pars circuli.

154 *In orbem*] Per vices, donec numerus signorum 12. absolvatur. Res patet in hac figura:

Aries.	*Taurus.*	*Gemini.*	*Cancer.*	*Leo.*	*Virgo.*
♈	♉	♊	♋	♌	♍
Masc.	*Fœm.*	*Masc.*	*Fœm.*	*Masc.*	*Fœm.*
Libra.	*Scorpius.*	*Sagittarius.*	*Capricornus.*	*Aquarius.*	*Pisces.*
♎	♏	♐	♑	♒	♓
Masc.	*Fœm.*	*Masc.*	*Fœm.*	*Masc.*	*Fœm.*

155 *Humanas etiam species, &c.*] His 2. vss. continetur secunda signorum zodiaci divisio in humana et ferina. Hæc ferarum, illa hominum forma figurantur. Humana sunt, gemini, virgo, libra, aquarius. Ferina sunt triplicis generis: alia enim sunt in forma bestiarum, ut aries, taurus, sagittarius, capricornus; alia in forma bestiolorum, seu rapacium ferarum, ut leo; alia in forma reptilium, ut cancer, scorpius, et pisces. Ita

Nec mores distant. Pecudum pars atque ferarum
Ingenium facient. Quædam signanda sagaci
Singula sunt animo, propria quæ sorte feruntur.
Nunc binis insiste: dabunt geminata potentes
Per socium effectus: multum comes addit et aufert:
Ambiguisque valent, quis sunt collegia, fatis

diversi a moribus hominum. Pars altera exhibebit indolem et mores bestiarum et pecorum. Præterea singula illa signa jam observanda sunt cum diligenti cura, quæ habent peculiarem et simplicem formam. Jam vero attende signa biformia: biformia igitur reddent effectus, qui propter comitem formam erunt potentes. Socia enim forma addit, et detrahit plurimum; et ea signa, quibus est societas, habent sortes

sic per cetera.' *Stoeb.*—157 Scal. et vulg. *Etiam.* Delph. *Quis jam.* 'Libri universi, *Quæ jam.* Repone *Quædam.* Sic infra 169. 'quædam sunt parte recisa.' Atque hoc pacto ambiguum tollitur; et singula sunt simplicia signa, quæ binis opponuntur.' *Bent.* 'Libri universi, *quæ jam sign.* ut sensus sit: Et de his signis, quorum variæ divisiones hactenus exposiæt, probe tenenda *quæ jam singulatim* dicturi sumus. Sunt enim alia *propria quæ sorte feruntur;* i. e. quæ non conjuncta, sed unica et simplici forma, suoque habitu et positura gaudent. Perperam *forte* in Editis Vetustis, uti supra observatum I. 501. Cf. mox vs. 186. Cod. Paris. luculentius

NOTÆ

Joannes de Saxonia in text. Alchabitii.

156 *Nec mores distant, &c.*] Quasi nascens homo suos ducat mores ex moribus signorum et ingeniis, pro eorum specie humana aut ferina.

157 *Quædam, &c.*] His 40. vss. continetur tertia signorum zodiaci divisio in simplicia et biformia. His 2. vss. expedit simplicia, quæ scilicet una sorte, hoc est, unica et simplici forma figurantur; eaque sunt, aries, taurus, cancer, leo, scorpius. Quorum tamen censum non instituit; sed tantum biformia memorat Poëta, de quibus jam vs. 159.

159 *Nunc binis insiste, &c.*] His 38. vss. reliquis alteram superioris divisionis partem explicat, nimirum de signis biformibus, quæ triplicis sunt generis. Alia enim biformia sunt forma disjuncta, ut gemini et pisces: alia biformia sunt, non ex forma quidem, sed ex situ, quo inter duo anni tempora intercedunt, ut virgo, quæ jacet inter finem æstatis et initium autumni: et alia tria signa, quæ jacent inter alia tria anni tempora; scilicet, pisces, qui inter finem hyemis et initium veris; gemini, qui inter finem veris et initium æstatis; sagittarius, qui inter finem autumni et initium hyemis jacet. Verum hæc divisio non adæquata videtur; libra enim neque inter simplicia, neque inter biformia cujusvis generis recensetur. Mihi tamen reponenda videtur inter simplicia, sive chelæ scorpionis efformant illam, sive sub Astrææ virginis specie figuratur. Neque enim sub quacumque hac ratione geminam duplamve figuram habet. Porro his 16. primis vss. explicat Poëta, distinguitque signa biformia 1. et 2. generis.

160 *Per socium*] Sup. signum. Dicitur enim socius, a, um.

Comes] Sup. signum, per appositionem. Vel suppl. forma, ac natura; nisi dicatur hic et hæc et hoc comes.

Ad meritum noxamque. Duos per sidera pisces,
Et totidem geminos nudatis aspice membris.
His conjuncta meant alterno brachia nexu:
Dissimile est illis iter in contraria versis.
Par numerus; sed enim dispar positura notanda est.
Atque hæc ex paribus toto gaudentia censu

dubias, nimirum aut ad bonum aut ad damnum. Vide duos pisces inter astra, et duos geminos, qui sunt nudis artubus; his, nempe geminis, brachia sunt connexa per mutuum amplexum: illis, nempe piscibus, via est dispar in partes oppositas: numerus quidem formarum in utrisque est æqualis; at dissimilis observanda est natura. Et hæc duo tantum signa ex biformibus gloriantur integris suis mem-

expressit *sorte*. Vs. 161. pro *quis* Idem Cod. et Regiom. *quæ*. Vs. 164. *meant*, Iidem leg. *manent*. Vs. 165. *versum* pro *versis* laudati Libri tenent.' *Stoeb.*—164 Scal. Delph. et vulg. *manent*. 'Repone *meant*. Probat hoc redditio, *illis* iter est *dissimile*.' Bent.—166 Scal. Delph. et vulg. *natura*. 'Dedit Auctor *positura*. Ut Noster alibi, semel atque iterum, quia gemini juncti meant, pisces diversi abeunt.' *Bent.* 'Rescribendum ex scriptis et vulgatis Codd. *natura;* nam de positura modo dictum, quod sint *in contraria versi*.' Stoeb.—167 'Cod. Paris. et Regiom. *cælo*, quo nihil h. l. ineptius. Gemblac. legente Scalig. et Lips. Codd. *censu*. Rectissime. 'Census' enim dicitur, quicquid rei aut fortunarum est, uti sæpius apud Nostrum. Totus igitur census signorum biformium sunt omnia et singula membra integra, quibus constant, et quæ sunt quasi eorum res et fortuna. Pro *meant* Libri nostri *manent*, quemadmodum supra quoque vs. 164. Sed præstat alterum quod dedit Gemblac. Sic Noster v. 449. 'Sed regione means Cepheus hu-

NOTÆ

162 *Pisces*] Vs. 33.

163 *Geminos*] I. 265.

Nudatis membris] Geminorum quippe sidus depingitur sub forma duorum puerorum, qui nudis sunt corporibus, cujus rei rationem Poëta reddit jam infra, vs. 184.

164 *His*] Sup. geminis.

165 *Illis*] Sup. piscibus, quorum alter os vertit ad os amphoræ aquarii; alter vero ad dorsum Andromedæ. Unde ambo abeunt in contrarias partes, I. 271. not. et fig.

166 *Par numerus*] Sup. formarum, aut naturarum. Pisces enim et gemini pari numero formarum constant, nimirum duplici natura.

Dispar positura [*natura*] Alios enim effectus natura geminorum reddit, alios natura piscium, IV. 142. et 268.

167 *Hæc*] Hæc duo supra dicta signa, gemini et pisces.

Ex paribus] Ex biformibus primi et secundi generis, vs. 158. not. Quæ, quia similia sunt in duplici forma, qua constant, 'paria' dicuntur a Manilio.

Toto gaudentia censu] Habentia sua singula et omnia membra integra. Igitur ex signis biformibus, utriusque scilicet generis, primi tantum et secundi, vs. 159. hæc duo solum, gemini et pisces, duplices formas integras, dupliciaque membra aut corpora integra habent: cetera vero, puta capricornus et sagittarius, corpus habent quæque suum non duplex, sed unum commissum ex partibus diversi corporis, nimirum humani et equini, ut sagittarius; piscisve et capri, ut

Signa meant: nihil exterius mirantur in ipsis,
Amissumve dolent. Quædam sunt parte recisa,
Atque ex diverso commissis corpore membris;
Ut capricornus, et hic, qui intentum dirigit arcum
Junctus equo: pars huic hominis, sed nulla priori.
Hoc quoque servandum est alta discrimen in arte:

bris, nec quicquam alienum admirantur in seipsis; aut conqueruntur amputatum, quod alia quædam conqueruntur, quæ habent membra aliqua computata, et quæ constant ex artubus compositis ex alieno corpore, qualis est capricornus, et ille, qui mixtus equo, dirigit contentum arcum: huic autem posteriori una pars est hominis; at priori illi, nulla. Isthæc etiam differentia observanda est

mentis Aquari.' *Stoeb.*—169 Vulg. *quædam quod,* et sic Delph. Legendum vult Scal. *quædam quoque.* 'Libri vett. *quod* pro *quoque.* Neutrum convenit. Lege *quædam sunt.*' Bent. 'Nescio, cui bono sit lectio Cod. Lips. *Admissumve dolens.* Dicit enim Auctor, signa illa, quæ nihil exterius habent, 'non esse dimidiata:' ut Centaurus, qui est semiferus homo, et semihomo fera. Neque totus homo, neque tota fera. Cod. Paris. *Amiss. dolent* (.) *quod quæd.* deleto *sunt.* Regiom. *quædam sed parte recisa,* sc. dolent.' *Stoeb.*—171 Vulg. *Utque C. q. tentum.* Scal. ex Gemb. et Delph. *Ut C. et hic qui tentum.* 'Veteres universi *intentum:* ut IV. 788. 'intentos imitantur sideris arcus.' *Bent.* 'Sic vulgavit Scaliger ex Gemblac. cui Paris. adstipulatur. Metri autem ratio Manuscripti Lips. nostrorumque Librorum lectionem reclamat: *Utque capricorn. et hic* non leguntur in Ms. Paris. cujus hiatus h. l. alteram manum desiderat. Pro *intent.* idem Cod. simpliciter *tentum.*' Stoeb.—172 Scal. ex Gemb. et vulg. *pars huic oris, sed nulla prioris.* 'Sed huic equo, cui commissus est dimidiatus homo, anterioris hominis nulla pars est. Nam purus equus est dimidius, ut anterior pars purus homo dimidius.' *Scal.* 'Ita Scal. Gemb. male obsecutus. Recte recentiores *pars huic hominis.* Reponendum. *P. h. h. s. n. priori. Huic* centauro *pars hominis* est, *priori,* scilicet capricorno, *nulla* pars hominis. Sic de altero centauro, I. 427. 'Pars juvenis, tergo pectus commissus equino.' *Priori* cod. Venet. *Hominis,* compendiose *hois,* iterum in *oris* depravatum est, vs. 190.' *Bent.* 'Vide not. ad I. 270. *pars huic* sc. Sagittario, *sed nulla priori,* vel, si mavis, quod habent Cod. Paris. et Ed. Regiom. *prioris,* sc. Capricorni.' *Stoeb.*—173, 74 'Versus

NOTÆ

capricornus. 'Census' autem dicitur quicquid rei aut fortunarum est, I. 12. Totus igitur census signorum biformium sunt omnia et singula membra integra, quibus constant, et quæ sunt quasi sua res et fortuna.

169 *Quædam*] Sup. signa biformia, puta capricornus et sagittarius, quorum ille posteriorem sibi partem, quæ in piscem desinit, aut quasi recisam, aut alienam saltem dolet et miratur; hic vero posteriorem pariter sui partem, quæ equina est, aut alienam, aut quasi amissam dolet et miratur.

Quod] Sup. dolent, aut mirantur.

172 *Junctus equo*] Sagittarius, I. 270.

Pars huic hominis, sed nulla priori] Huic suppl. sagittario, pars est quidem hominis, nimirum anterior: sed priori, nimirum capricorno, nulla pars hominis est: sed utraque ferina; posterior, piscis; anterior, capri.

Distat enim, gemina duo sint, duplane figura.
Quinetiam Erigone binis numeratur in astris:
Et facie et ratione duplex. Nam desinit æstas,

in hac profunda disciplina; multum enim differt an biformia signa constent ex bina, sed integra; an ex duplici, sed non integra, natura. Immo etiam Erigone recensetur inter signa biformia, nec tamen est illi duplex sors vultus. Sed quia hinc inde sub

spurii et barbari. *Alta arte* putidissimum. *Dupla figura* non esset quod cuculus hic volebat, sed figura duplo major altera.' *Bent.* 'Cod. Paris. et Regiom. rectissime, *in arce*, i. e. Zodiaco, seu ejusdem Signis. Confer Nostrum supra I. 262. Pro *servandum est*, Cod. Paris. *servanda.*' Stoeb.—174 'Libri nostri, *duplave*. Sensus: Multum enim interest, an biformia Signa constent bina, sed integra; an duplici, sed non integra natura. Hujus formæ sunt Sagittarius et Capricornus: illius sunt Gemini et Pisces. Itaque discrimen hoc ponit Poëta inter 'geminum' et 'duplum,' quod illud designet duas naturas ac formas in duplici corpore; hoc vero duplicem formam ac naturam in uno corpore.' *Stoeb.*—176 Libb. vett. *Nec faciet*. Scal. ex Gemb. *Nec facie*. 'Non quod facie gemina sit virgo, sed quod gemini temporis confinia tenet, æstatis desinentis, et autumni ineuntis.' *Scal.* '*Nec facis ratio duplex*] Ita legendum et interpungendum. *Facie* autem pro *faciei*. Sic Virg. 'die' pro 'diei:' 'Libra die somnique pares ubi fecerit horas!' Male ergo interpungunt alii: *Nec facie, ratio duplex*. Quasi duplex sit ratio, cur virgo biforme sit signum, cum ne vel unam recenseant. Immo ea mens est Manilii,

NOTÆ

174 *Gemina*] Biformi disjuncta, quales sunt gemini et pisces, qui biformi, sed disjuncta natura ac forma constant.

Duplane] Biformi conjuncta, quales sunt sagittarius et capricornus, qui biformi seu duplici constant forma ac natura, sed conjuncta, et in uno corpore commisso quidem ex partibus diversi generis. Itaque discrimen hoc ponit Poëta inter 'geminum' et 'duplum,' quod 'geminum' designet duas naturas ac formas in duplici corpore; 'duplum' vero duplicem formam ac naturam in uno corpore.

175 *Quinetiam Erigone, &c.*] His 22. vss. notat et docet quæ signa biformia sint tertii generis; quæ quidem biformia vocat, non quia dupla aut gemina forma constant; sed quia quæque duplici anni tempori conjuncto, ut vocant, correspondent. Qualia sunt hæc quatuor signa, virgo, sagittarius, pisces, et gemini, quæ præcedunt tropica signa, libram, capricornum, arietem, et cancrum. Unde notabis sagittarium non solum esse signum biforme primi generis, sed et tertii; pisces pariter et geminos non solum esse biformia signa secundi generis, sed et tertii, quia tropicis præcedunt. Quatuor igitur sunt anni præcipua tempora, ver, æstas, autumnus, et hyems: hæc singula suum principium, medium, et finem habent. Principium dicitur astrologis τροπὴ, *mutatio*, quia novam aëris mutationem importat. Medium dicitur, στερεότης, *firmitas*, quia signi vim majorem indicat. Finis δισωματικὸν, quasi *biformitas*, quia utrimque conjungitur principio et fini. Unde triplex illa divisio signorum in tropica, firma, et biformia. Sed de his infra vs. 266. Itaque his 6. vss. signat virginem esse biforme signum, quia præcedit libram, quod signum est tropicum.

Incipit autumnus, media sub virgine utrimque.
Idcirco tropicis præcedunt omnibus astra
Bina; ut lanigero, chelis, cancroque, caproque;

media virgine æstas finitur, et autumnus inchoatur. Scilicet ideo signa biformia præponuntur omnibus signis tropicis, veluti arieti, libræ, et cancro, et capricorno,

ut virginem inter biformia signa recenseat, non quod duplici facie, seu forma aut natura, constat, sed quia præcedit signo tropico, nempe libræ. Quam ob rationem alia signa quæ tropicis præcedunt pariter biformia dicuntur.' *Delph.* 'Hoc falsum: nam duplex facie est virgo; ut infra 661. 'Et geminos juvenes, duplicemque in virgine formam.' Quippe in asterismo alata fingitur. Pro *nec facie*, Vossianus *hec*. Repone, *et f. et ratione d.* 'Facie duplex,' ob alas: 'ratione duplex,' quia sub illa media desinit æstas, autumnus incipit. Infra, 526. 'Idque duplex ratio cogit verum esse fateri.'' *Bent.* 'Malim adhuc sequi Regiom. quo nemo rectius: *Hoc faciet ratio duplex* (:) Scilicet, ut Virgo biformibus Signis accenseatur, duplex illa, quam sustinet, *temporis* ratio efficit. Vs. 177. pro *utrimque* Cod. Paris. et Regiom. *uterque*. Vs. 181.

NOTÆ

Erigone] Virgo, vs. 32.

177 *Media sub virgine*] In his autem loquitur Poëta ex vulgi sententia. Vulgus enim ita dividit quatuor anni tempora, ver, æstatem, autumnum, et hyemem, ut ver assignet his tribus veteris anni mensibus, Martio, Aprili, Maio; æstatem istis tribus sequentibus, Junio, Julio, Augusto; autumnum his tribus aliis subeuntibus, Septembri, Octobri, Novembri; hyemem reliquis tribus, Decembri, Januario, Februario. Deinde ita pariter vulgus duodecim signa zodiaci partitur, ut tribus mensibus, Martio, Aprili, Maio, tria prima signa ex ordine ascribat, arietem, taurum, geminos: tribus vero sequentibus mensibus tria quoque sequentia signa. Et ita de ceteris. Unde nil mirum, si signa, quæ tropicis præcedunt, duplicis temporis connexi sint partes, ita ut priores cujusque signi gradus partes sint temporis desinentis; posteriores vero gradus partes sint temporis subeuntis; cum revera quatuor anni tempora prædicta præcise non cadant in singulos prædictos menses; sed veris initium incidat tantum in 21. Martii diem; æstatis, in 22. Junii; autumni, in 24. Septembris; hyemis, in 22. Decembris. Quo fit, ut aliqua ratione singula signa illa quatuor, quæ tropicis totidem præcedunt, dicantur partes esse duplicis cujusque temporis connexi; v. g. pisces, hyemis desinentis, et veris incipientis pars; gemini, pars veris senescentis, et æstatis subeuntis; virgo, pars æstatis finientis, et autumni sequentis; sagittarius, pars autumni desinentis, et hyemis inchoantis. Neque autem sub his singulis signis quatuor, quæ tropicis præcedunt, quatuor anni tempora quæque pariter desinunt ac incipiunt; sed revera initium ducunt cum ipsis signis tropicis; desinunt vero cum iis signis quæ tropicis præcedunt. Sic æstas incipit cum cancro, et finitur cum virgine; sic autumnus incipit cum libra, et desinit cum sagittario. Et ita de ceteris.

178 *Tropicis*] Quæ sic dicta sunt a voce Græca τροπὴ *mutatio*, quia important aliquam aëris mutationem. vs. 174. 266.

179 *Bina*] *Biformia*.

Chelis] Libræ, I. 609. et Virg. Georg. I. 33.

Quod duplices retinent connexo tempore vires.
Ut, quos subsequitur cancer per sidera fratres,
E geminis alter florentia tempora veris
Sufficit, æstatem sitientem provehit alter.
Nudus uterque tamen, sentit quia uterque calorem;
Ille senescentis veris, subeuntis et ille
Æstatis: par est primæ sors ultima sorti.

quia conservant geminas vires ab illo tempore conjuncto. Veluti, quia inter astra cancer sequitur geminos fratres, idcirco alter geminorum sumministrat tempora vernantia veris, alter vero promovet æstatem subsequentem: ambo tamen nudi sunt, quia ambo sentiunt calorem, scilicet alter pars est veris finientis, alter vero pars est æstatis succedentis, nimirum qui posterior est pars prioris par-

---

per sid. Idem, *sub sid.* Vs. 182. *E gem.* Ibid. *Et geminus.* Mox, pro *veris* habet uterque Liber *vires.* Sic etiam vs. 185. quod non admittendum.' *Stoeb.* —182 Scal. Delph. et vulg. *Ex.* 'Libri veteres, *et geminis.* Recte unus ex recentioribus, *e geminis alter.*' Bent.—185, 86 Scal. et vulg. *ut ille Æ. pars est, p. s. u. parti.* Delph. *at ille,* et mox *partis.* 'Hæc mirifica sunt: E geminis alter pars veris est, alter pars æstatis. Quis ferat sic loquentem? Illa vero quæ sequuntur, *primæ sors ultima parti*, meram caliginem fundunt; nec constructio ulla, nec sententia est. Repone et distingue, *sentit quia uterque calorem, Ille s. v., s. et i. Æ.: par est p. s. u. sorti. Et ille* codices veteres. Jam constructionem vides; *sentit calorem senescentis veris: Sors prima par est sorti ultimæ.* Sic versu 196. de duobus piscibus; 'Utraque sors humoris habet fluitantia signa.'' *Bent.* 'Hæc melius sic distinxeris cum Edit. Rom. et Prुckn. quibuscum cf. Jul. Ponteder. l. m. cit. *Ille s. veris subeuntis* (,) *at ille Æ. pars est primæ* (:) *s. u. parti. Senescentis veris subeuntis*, i. e. cum ver incipit senescere, vel extremi veris, quod aliis dicitur 'præceps.' Nam, uti notat Serv. ad Ge. I. 43. anni quatuor sunt tempora, divisa in ternos menses, qui ipsorum temporum talem faciunt discretionem: ut priore mense 'Ver novum' dicatur; secundo, 'adultum;' tertio, 'præceps.' Sicut etiam Sallustius dicit, 'nova' æstas, 'adulta,' 'præceps.' Quod sequitur, *sors ultima parti*, vel levi correctione sanari posse videtur. Lege, *sors utraque parti* sc. datur, non

NOTÆ

180 *Duplices retinent vires*] Nimirum et præteriti seu desinentis, et futuri seu subeuntis temporis.

181 *Ut quos*] His 6. vss. docet, quod quia gemini præcedunt cancrum, idcirco alter illorum pars est veris, alter pars est æstatis.

Fratres] Deos geminos, qui duo fratres sunt Castor et Pollux, I. 365.

182 *E geminis alter*] Castor, qui, quia prior est situ et ordine per astra, statque proxime post taurum, pars est sane veris senescentis, seu desinentis. Pollux vero, quia posterior, pars est æstatis quæ ver sequitur.

184 *Sentit... uterque calorem*] Castor scilicet calorem veris promoti, et senescentis; Pollux calorem æstatis incipientis; præcedit enim Cancro, a quo æstas incipitur.

185 *Ille senescentis*] Castor, ut monui.

Et ille] Pollux, ut monui.

186 *Primæ sors ultima sorti* [*partis*] I. e. qui ex geminis pars est ultima

Quinetiam arcitenens, qui te, capricorne, sub ipso
Promittit, duplici formatus imagine fertur.

tis. Sagittarius quoque, qui mittit te primum, o capricorne, post seipsum,

toti Signo. Cod. Paris. nescio quo sensu, sic: *Ætatis pars est primæ sors altera parti.*' Stoeb.—187 Scal. Delph. et vulg. *Nec non Arcitenens.* et mox 188. *præmittit.* '' Trium,' inquit Bullialdus, 'versuum trajectionem quomodo Scaliger non viderit, miror.' Ego vero miror, non quod non viderit, sed quod trajectionem istam ipse fecerit; hunc et sequentem ultra versum 191. postponendo; tam contra omnium codicum, quæ parva est, fidem; quam adversus ipsius sententiæ ductum. Sed condonetur hoc rarissimo ingenio, et magno sui sæculi ornamento. Ceterum pro *nec non* Gemblacensis et alius, *nec jam arcitenens.* Repone, *Quinetiam a.* ut versu 175. 'Quinetiam Erigone.' Literæ versuum initiales omitti solebant, postea non atramento, sed minio scribendæ. Tolle itaque *q* ex *q̄n etiam*; et habes iisdem ductibus *nec iam.* Quid vero illud est, *sub ipso præmittit? Sub ipso* est *post se.* Virgil. Æn. v. 323. 'quo deinde sub ipso Ecce volat, calcemque terit jam calce Diores:' Ubi Servius, *sub ipso*, i. e. post ipsum, juxta ipsum. Quale igitur locutionis genus, præmittere aliquem post se? Sed a Scaligero est *præmittit.* Libri universi *promittit.* Reponendum ergo. Poëtice dictum: Sagittarius, qui capricornum post se oriturum pollicetur: ut aries vs. 192. 'præ se mittit pisces.' Sagittarius oritur ante capricornum, pisces ante arietem; aries ante taurum: inde est quod aries, I. 262. 'Respicit admirans aversum surgere taurum.' Nisi enim respiceret, post se surgentem videre non posset.'' *Bent.* 'Codd. Gembl. et Lips. *Nec jam.* Sed Paris. et Editi Vetust. *Nec non Arcit.* quod

NOTÆ

primæ partis, nimirum veris senescentis, is pars est subeuntis æstatis. Hæc autem minime clara sunt. Debuit enim Poëta dixisse; qui ex geminis posterior pars est æstatis subeuntis: et contra, qui prior pars est veris senescentis, is posterior pars est pariter æstatis subeuntis. Cum enim uterque unicum sint sidus, uterque pars est utriusque temporis connexi, quod utrimque claudunt et promovent. Uterque tamen videtur pars prior et posterior utriusque temporis connexi, quod utrimque claudunt, et quasi tangunt. Sic Castor, qui ver claudit a parte tauri, prior pars est verni temporis, quod sufficiunt et promovent gemini: Pollux vero ejusdem verni temporis nonnisi pars posterior est, qui posterior ordine et situ sequitur Castorem. Contra autem, Pollux ex altera parte pars prior est æstatis, quam claudunt et promovent gemini a parte cancri: Castor vero temporis ejusdem pars est tantum posterior.

187 *Arcitenens, &c.*] Sagittarius, I. 270. His itaque 5. vss. docet Poëta sagittarium esse biforme signum, quia præcedit capricornum, quod est tropicum signum, aitque sagittarium, qua parte homo est, et mollior, autumnum hyeme minus asperum sibi vindicare: qua vero parte fera est rigidior, hyemem asperiorem autumno attribuere sibi, atque ita in duo tempora diversa mitti et promoveri, nimirum in autumnum et in hyemem.

Sub ipso] Post seipsum. Sic Virg. Æn. v. 324. 'sub ipso' dixit, pro 'post seipsum:' 'Quo deinde sub ipso Ecce volat, calcemque terit jam calce Diores.' Sagittarius enim, quia præcedit capricornum, dicitur præmittere sub seipso capricornum, i. e. primum post seipsum promovere et mittere.

Mitior autumnus molles sibi vindicat artus,
Materiamque hominis: fera tergo membra rigentem
Excipiunt hyemem; mittuntque in tempora signum.
Quosque aries præ se mittit, duo tempora pisces

dicitur compositus ex dupla forma. Autumnus, qui minus est asper, attribuit sibi teneriores illius partes, et partem hominis: artus ferini, quos habet a tergo, vindicant sibi brumam asperam, et sic promovent illud signum in duo diversa tempora. Et duo pisces, quos aries mittit ante seipsum,

---

nolim mutatum. *Nec non* legit quoque Pontedera Epist. cit. § 4. *Sub ipso,* notante Servio ad Æn. v. 323. idem est ac post ipsum, juxta ipsum. Cui recte omnino subjicitur *promittit*, non *præmittit*. Illud Editi nostri omnes agnoscunt.' *Stoeb.*—190 Scal. et recentiores *Materiamque oris*. 'Minus eleganter. Nec minus hallucinatur idem Scal. dum hos tres versus, *Mollior autumnus, &c.* præponendos censet his duobus, *Nec non Arcitenens, &c.* Neque enim de geminis, sed de sagittario intelligendum est particula *nec non*. Vel, quod ridiculum esset, illa particula *nec non*, quæ conjunctiva est, sagittarium sagittario conjungeret: cum tamen sententiam de sagittario cum iis, quæ supra dicta sunt de geminis, conjungere rite debeat.' *Delph.* 'Repone *hominis*. Non *oris* tantum materiam, sed omnes molles artus, et totum hominem, qua centaurus homo est. Vide supra vs. 172.' *Bent.* 'Lege et distingue cum Regiom. *Materiamque hominis fert* (.) *tergo membra rigentem Excipiunt hiemem, &c.* Illud *fert* Edit. Rom. et Pruckn. etiam agnoscunt.' *Stoeb.*—191 Scal. et vulg. *mittunt*, omissa particula *que*. 'Gemb. *nunc jamque in tempora*. Lips. *nunciamque*. Vossianus *nuntiantque*. Unde certe colligas *que* inserendum.' *Bent.* 'Regiom. *jam nunc*. Rom. et Pruckn. *mittunt*. Cod. Lips. *nunciamque*. Vossianus, observante Bentleio, *nuntiantque*. Paris. proxime vero, *nunc jamque*. Salmasius de ann. clim. pag. 320. mutavit, *novantque in temp.* Quam quidem novam lectionem substituit et explicat per translationem a certaminibus cursoriis, ubi dato signo, et repagulo remoto, in spatium se dabant cursores. Quodsi retinere malis *mittuntque*, quod ceteris longissime præstat, idem erit ac *promovent et sufficiunt* hoc Sagittarii signum in duo diversa tempora, hiemem et autumnum.'

NOTÆ

190 *Materiamque hominis*] Bene. At Scaliger, *materiamque oris*. Minus eleganter. Nec minus hallucinatur idem Scaliger, dum hos tres versus *Mollior Autumnus, &c.* præponendos censet his duobus, *Nec non arcitenens, &c.* Neque enim de geminis, sed de sagittario intelligenda est particula, *nec non*. Vel, quod ridiculum esset, illa particula *nec non*, quæ conjunctiva est, sagittarium sagittario conjungeret: cum tamen sententiam de sagittario cum iis, quæ supra dicta sunt de geminis, conjungere rite debeat.

191 *Mittuntque in tempora signum*] Promovent et sufficiunt hoc sagittarii signum in duo diversa tempora, in hyemem et in autumnum. Valeat ergo metaphorica hujus loci interpretatio, quam Scaliger deducit a prætore, qui circensibus ludis currus mittendi signum dat, quasi sagittarius præmittat capricornum veluti signum hyemis venientis. Nugæ.

192 *Quosque Aries, &c.*] His 5. vss. docet pisces, qui præcedunt arieti, quod signum est tropicum, esse quoque biforme signum, et vindicare sibi sortem utriusque temporis, verni et hyberni. Scilicet enim alter piscium sibi attribuit hyemem senescentem,

Bina dicant: hyemem hic claudit, ver inchoat alter.
Cum sol æquoreis revolans decurrit in astris,
Hyberni coëunt cum vernis roribus imbres:
Utraque sors humoris habet fluitantia signa.

portant quoque duo tempora: alter enim terminat brumam; alter inchoat ver. Quando sol revertens graditur per hæc signa aquosa, pluviæ hyemales junguntur cum roribus vernalibus. Utrumque enim hoc genus aquæ vindicat

---

Stoeb.—192 Vulg. et Rom. *Bina ferunt.* Scal. ex Gemb. *Bina dicant,* 'i. e. consecrant sibi. Textus Bonincontrii *Bina ducunt:* quæ sunt vestigia veræ lectionis.' 'Sic Gemblac. At Paris. *ducunt.* Regiom. *dabunt.* Rom. et Pruckn. *ferunt,* i. e. duo tempora portant et sibi vindicant. Sic quoque Ponted. l. c. qui rectius distinguit, *mittit duo* (,) *tempora pisces Bina ferunt* (,) *hiemem claudit* (,) *ver inchoat alter.* Vulgatum *hic claud.* Libri nostri non agnoscunt.' *Stoeb.*—193 Scal. Delph. et vulg. omittunt *hic.* 'Deest nominativus. Repone *hic.*' Bent.—194 Vulg. *ab astris.* Correxit Scal. ex Gemb. 'Quis enim antea hæc intelligebat? Quum sol est in æquoreis astris, in piscibus scilicet.'—195 Vulg. *Hiberni coëunt cum ver tunc roboris imbres.* 'Veram lectionem tam deplorati loci tibi præstamus hanc esse: *Hiberni coëunt cum vernis roribus imbres.* Verni rores haud dubie hibernos imbres solent excipere.' *Scal.* 'Egregia Scal. emendatio, nam libri monstrose, *cum ver tunc roboris imbres.*' Bent. 'Bene restituta est nostra lectio. Namque bene ros vernus, et imber hybernus excipiunt duos pisces, qui sidus sunt aquosum. Itaque duplex illa sors aquosa, 'ros vernus' et 'imber hybernus' vindicant sibi duos pisces, qui in utrumque tempus hybernum et vernum promoventur. vs. 191.' *Delph.* 'Magis probanda Regiom. lectio: *Hibernis coëunt quom verni roboris imbres. Hibernis,* Dativus. *quom* pro *quando. verni roboris,* quasi *veris adulti.* Vide iterum Servium ad vs. 185. citatum. 'Flumina verna' dixit imbres illos Tullius hoc versu: 'Flumina verna cient obscuro lumine Pisces.'' *Stoeb.*—196 Vulg. *Ultima quod sursum.* 'Codex Gemblacensis: *utraque quod sursum.* Ope illius libri, id est, beneficio vocis illius *Utraque,* non minus tibi veram lectionem dabimus, quam in antecedente versiculo: *Utraque sors umoris habet fluitantia signa. Utraque sors humoris,* imbres et rores. *fluitantia signa,* Pisces. Merito utrique sorti tam pluendi, quam rorandi Pisces attributi sunt. *umoris* pro *humoris* non solum hic, sed alibi scriptum fuisse suo loco indicabimus. Quis hæc antea vel minimum intelligebat?' *Scal.* 'Cod. Lips. *Utraque sursum oris habet fluitantia signa.* Gemblac. legente Scalig. *Utraque quod sursum oris, &c.* Idem Cod. legente Fayo: *Ultra quod sursum oris, &c.*

NOTÆ

quam claudit; alter ver subsequens, quod inchoat. Par enim ratio de duobus piscibus, ac de geminis supra 185. not.

193 *Bina, &c.*] *Ferunt* Vulg. et Rom. id est, duo tempora portant et sibi vindicant. Gemb. *Bina dicant,* id est, consecrant sibi. Recte. Bonincontrii textus, *Bina ducunt:* male; quæ tamen vestigia sunt lectionis Gemb. *Bina dicant.*

Hyemem claudit] Scilicet ille e duobus piscibus, qui ora vertit ad os amphoræ aquarii. I. 273. Qui vero ora vertit ad Andromedam, inchoat ver. Ille enim prior ad aquarium, hic posterior ad arietem exoritur.

194 *Æquoreis . . . in astris*] In sidere aquoso piscium. Sic Virg. Georg. IV. 234. vocat pisces, 'sidus piscis aquosi.'

Quin tria signa novem serie conjuncta repugnant,
Et quasi seditio cœlum tenet. Aspice taurum
Clunibus, et geminos pedibus, testudine cancrum
Surgere; cum rectis oriantur cetera membris.
Nec mirere moras, cum sol adversa per astra

sibi signa pluviosa piscium. Præterea sunt tria signa vicina, quæ quasi luctantur adversus novem alia, et est veluti bellum in cælo. Intuere taurum: videsne quomodo exoritur a natibus, et a parte posteriori, dum revertitur in circulum cæli superiorem? et geminos exoriri a pedibus, cancrum a testudine, cum cetera alia signa surgant recto membrorum ordine? Neque admireris tunc majores cunc-

Unde colliges profecto, constanter scriptum esse *sursum oris*, quo Græcum exemplar expressisse videtur Noster, ubi legit *ἄνω* τοῦ στόματος. *Sursum* enim Glossa per *ἄνω* reddit. Certissima hinc nascitur conjectura, Poëtam dedisse: *Ultra quo sursum oris habet fluitantia signa.* Aries vs. 192. ante caput sursum versus habet piscem borealem; alter enim deorsum magis spectat. Verni itaque imbres coëunt hibernis, cum Sol decurrit ultra Piscem borealem. Sic 'ultra' pro 'porro tenus' infra vs. 487.' *Stoeb.*—197 Scal. Delph. et vulg. *signis*. 'Quid hoc? an tria signa, taurus, gemini, cancer, novem ceteris conjuncta sunt, sive proxima? Hoc enim significat *conjuncta*; ut vs. 238. 'Sed sterilis virgo est, simili conjuncta leoni.' Ergo tria illa sibi mutuo conjuncta sunt, non aliis. Et tamen si *signis* hic admittimus; constructionis vi et lege sequetur, ut et conjuncta sint novem ceteris, et repugnent. Repone igitur, *serie conjuncta*. Infra vs. 959. 'quas pervolat omnis Astrorum series.' *Bent.* 'Paris. et Reg. *Quod* . . . *serie*. Iidem *signis*. Vs. 201. pro *Nec* Paris. *Neu*, quæ sæpius permutata. Vs. 202. pro *attollat* Paris. et Regiom. *attollit*.' Stoeb.—201 'Illud *adversa* acutissimo Bullialdo displicuit.

NOTÆ

197 *Quin tria signa, &c.*] His 7. vss. continetur 4ª. signorum zodiaci divisio in aversa et recta. Hæc numero sunt novem, aries, leo, virgo, libra, scorpius, sagittarius, capricornus, aquarius, pisces: illa sunt tantum tria, taurus, gemini, cancer, quæ tria signa, contigua sede, ceteris novem repugnant; aversa enim exoriuntur, hoc est, a posterioribus partibus: cetera vero surgunt recta fronte, seu ab anterioribus partibus.

199 *Clunibus*] I. e. a posterioribus, sive clunes habeat taurus in cœlis, sive iis careat, aut lateant ipsi, vs. 259. et Ovid. Fast. IV. 717. 'Vacca sit an taurus, non est cognoscere promtum: Pars prior apparet; posteriora latent.' Et Manil. I. 264.

Geminos pedibus] Ambo enim gemini ita sunt siti in zodiaco, ut capita vergant ad ortum, pedes ad occasum. Unde non a fronte, sed a pedibus; non recti, sed aversi surgunt et exoriuntur nobis.

Testudine cancrum] Testudo cancri vocatur illa camera, seu testa, qua tegitur cancer, quæ a parte posteriori cancri tota clauditur. Cancer igitur, qui caput obvertit ad ortum, cameram vero seu testudinem, qua parte clausa est ad occasum, dicitur exoriri a testudine, i. e. a cauda et posteriori sui parte.

200 *Rectis . . . membris*] I. e. a fronte, seu ab anteriori parte. Quod videre est in globis cœlestibus.

201 *Nec mirere moras, &c.*] Pul-

Æstivum tardis attollat mensibus annum.
Nec te prætereat, nocturna diurnaque signa

tationes solis, cum sol in illis longis mensibus protrahat annum æstivalem per signa reluctantia ceteris aliis. Neque fugiat te observare, quæ signa sint nocturna, et

Substituit igitur, *aversa per astra.* Taurus quidem *aversus* surgit; sed ob id ipsum sol *adversum* eum et a fronte incurrit. Ovid. Metam. II. 80. Sol ad Phaëthontem filium, 'Per tamen adversi gradieris cornua tauri, Hæmoniosque arcus, violentique ora leonis.' Ceterum poëticam hic causam, non astronomicam, Auctor assignat, cur annus æstivus constet diebus 186½. hibernus 178½. circiter; ut recte explicat idem Bullialdus.' *Bent.*—203 sq. '*Nec te prætereat perspicere*] Qualis hæc locutio? Cod. Lips. et Editor. quidam Vetustior. *prætereant.* Non multo certe melius, vel ad Nostri scriptionem accommodatius. Vide v. 383. sq. Optime vero se commendat Regi-

NOTÆ

chrum sane commentum. Cur enim sol in decurrendis signis vernis et æstivis diutius immoretur, quam in decurrendis signis autumnalibus et hibernis, hanc scilicet causam bene commentus reddit, quod pars illorum rectis, pars aversis membris exoritur; atque adeo sol currit per adversa, et quasi sibi invicem reluctantia signa. Tria quippe signa aversa sunt in sex prioribus zodiaci signis septemtrionalibus, ariete, tauro, geminis, cancro, leone, virgine, nimirum, taurus, gemini, et cancer. Cuncta autem sex signa zodiaci meridionalia, recta sunt. Porro revera sol plures insumit dies in decurrendis sex zodiaci signis septemtrionalibus, quam in peragrandis sex aliis meridionalibus. Namque in decurrendis ariete, tauro, geminis, cancro, leone, et virgine dies insumit 188. Tot enim numerantur a 21. die Martii, quo sol arietem ingreditur ad 24. Sept. quo sol e virgine egreditur. In decurrendis vero libra, scorpione, sagittario, capricorno, aquario, et piscibus, dies tantum insumit 178. Verum hæc major minorve solis mora non ad signorum repugnantiam inter se; sed ad ipsius apogæum est referenda. Quo enim magis sol prope accedit ad initium cancri, eo magis accedit ad augem sui eccentrici, hoc est, ad punctum, quod longe abest a terris: quo vero propior fit initio capricorni, eo magis accedit ad oppositam sui eccentrici augem, hoc est, ad punctum quod terris maxime vicinum est. Unde majorem sui eccentrici partem percurrit in signis zodiaci borealibus quam in austrinis decurrendis; plusque temporis illic consumit, quam hic, cum in eccentrico feratur uniformiter. Sin autem horum duorum versuum hæc interpretatio, quæ multis, non tibi tamen arridet; per me licet ut hæc intelligantur de longiori dierum mora, quæ nobis contingit, dum sol est in cancro, hoc est, in æstivis mensibus; unde per 'æstivum annum' intellige, vel unum mensem Junium, vel sex menses, qui a Martio ad Septembrem censentur.

203 *Nec te prætereat, &c.*] His 20. vss. seqq. continetur 6ª. zodiaci signorum divisio in nocturna et diurna. Nocturna signa vocant urea, non quæ de nocte lucent, aut exoriuntur: diurna similiter non quæ de die fulgent aut surgunt; quia eadem omnia modo de die, modo de nocte surgunt:

Quæ sint, perspicere; et propria deducere lege,
Non tenebris aut luce suam peragentia sortem:
Nam commune foret nullo discrimine nomen,
Omnia quod certis vicibus per tempora fulgent:
Et nunc illa dies, nunc noctes illa sequuntur.
Sed quibus illa parens mundi natura sacratas
Temporis attribuit partes statione perenni.
Namque sagittari signum, rabidique leonis,
Et sua respiciens aurato vellere terga,
Tunc pisces, et cancer, et acri scorpios ictu,

quæ diurna; et sumere ea ex propria sua sorte; neque enim sortita sunt suam denominationem ex noctibus, aut ex diebus; (nam denominatio communis esset omnibus sine ulla differentia, cum cuncta luceant per certas vicissitudines in temporibus noctis ac diei, et cum modo hæc diem, modo illa noctem comitentur;) sed illa nocturna et diurna sunt, quibus natura parens universi dedit certas sacras partes temporis diurni aut nocturni cum immutabili sede. Nam signum sagittarii, et calidi leonis, et arietis, qui retro aspicit dorsa sua sub lana aurea, et pisces, et cancer, et scorpius,

om. lectio: *Nec te pæniteat perspicere,' &c.* Stoeb.—204 'Cod. Par. et Edit. Regiom. *sunt.* Laudata Membr. Par. eod. vs. *perspic.* mutat *prosp.* et superne *præsp.* Vs. 205. *sortem*] Uterque Liber *noctem.* Vs. 207. *Omn. quod*] Paris. *Omnia Que.*' Stoeb.—208 'Gemblacensis, *Et tunc illa dies*, et *nunc* pro varia lectione: ceteri universi *nunc.* Versus spurius est, et supervacuus. Inepte quoque *illa, illa.*' Bent.—209 'Cod. Lips. et Paris. cumque his Editi nostri, *sacrata est.* Sed alterum melius. Sensus: Quibus natura sacravit stationes suas singulis. Conf. III. 64. sq.' *Stoeb.*—211 'Cod. Paris. et Edit. Regiom. *rapidi*: et ita pluribus deinceps locis. male. Vs. 213. *Tunc*] Paris. *Nunc pisces cancer*, pro *et canc. et acri*] Paris. et Regiom. *et cancri scorpios*, Regiom. *scorpion*, Paris. *scorpius.*' Stoeb.—213 Scal. Delph. et vulg. *Nunc pisces nunc c.* 'Libri omnes mendose, *Nunc pisces cancer et cancri scorpion ictu. Acri* primus reposuit Scaliger. Sic infra

NOTÆ

sed propter secretas aut sacratas potius naturæ causas. Signa igitur 'nocturna' dicuntur taurus, gemini, virgo, libra, capricornus, aquarius: 'diurna' vero, aries, cancer, leo, scorpius, sagittarius, pisces, nimirum alternis binis vicibus, initio ducto a tauro. Quam vero naturæ sacratam causam vocat Manilius, ea Ptolemæo Jud. I. conformitas est humoris, quam sex illa priora signa habent cum humore noctium; et caloris, quam sex posteriora habent cum calore dierum. Verum non bene convenit inter astrologos, quæ signa nocturna, quæve diurna sint. Alii enim, ut bene notat Manil. vs. 219. et seqq. sex prima zodiaci signa, arietem, taurum, geminos, cancrum, leonem, et virginem, 'diurna' vocant; sex vero reliqua, 'nocturna.' Alii diurna esse volunt ea quæ mascula dicta sunt, vs. 152. nocturna vero, quæ fœminea.

209 *Parens mundi natura*] Deus, auctor naturæ.

212 *Et sua respiciens, &c.*] Aries, I. 263.

213 *Acri scorpios ictu*] Vs. 32. 'Ictuque nepam,' et vs. 236.

Aut vicina loco, divisa aut partibus æquis,
Omnia dicuntur simili sub sorte diurna:
Cetera nec numero consortia nec vice sedis,
Interjecta locis totidem nocturna feruntur.
Quinetiam sex continuis dixere diurnas
Esse vices astris, quæ sunt a principe signo
Lanigeri; sex a chelis nocturna videri.

qui ferit morsu gravi, 'quæ scilicet sunt vel contigua ratione sedis, vel separata ex partibus æqualibus, hæc, inquam, omnia vocantur diurna sub pari titulo. Cetera, quæ sex sunt in numero, vel contigua pariter ratione loci, vel interposita totidem sedibus, dicuntur nocturna. Immo etiam antiqui dixerunt sortes signorum diurnas tribui sex stationibus contiguis, quæ incipiunt a duce signo arietis: sex alia signa,

versu 236. 'Acer et ictu Scorpios.' *Nunc, nunc* locum hic non habent. Lege, *Tunc p. et c. et acri scorpios i.*' Bent.—216 Cod. Paris. *jure.* 'Versus adulterinus; qui frustra Bullialdo negotium creavit. Certe cetera numero paria sunt diurnis; sed quid omnino sit 'consors numero,' non video; nec quid sit 'consors vice sedis,' nec quid omnino sit 'vice sedis.'' *Bent.*—217 Vulg. et sic Paris. et Regiom. *nec signa feruntur.* Correxit Scal. ex Gemblac. —219 Libb. vett. *Castoris esse vices.* '*Castris esse vices* olim legebamus. Idem Gemblacensis, sed cum trajectione: *Esse vices castris.* Castra vocat quaslibet stationes in Zodiaco. Alibi: 'in externis subsidunt hospita castris.' Item: 'Ipsis dant fines castris, capiuntque vicissim.' Ausonius: 'Septimus accepit limes rutilantia flammis Recto castra situ.' Ait igitur alterum hemicyclium a principio Arietis diurnum; alterum a Libra, nocturnum dici.' *Scal.* 'Vetusti omnes, *Esse vices castris.* Repone, *Esse vices astris. Castra* illa frustra tuetur Scaliger.' *Bent.*—220 Scal. Delph. et vulg. *sex a libra.* 'Libri universi *libris.* Nimirum olim sic notatum est ♎*is*: inde postea factum *libris.* Repone, *sex a chelis nocturna videri.*' Bent.

NOTÆ

214 *Aut vicina loco, &c.*] Alternatim enim bina incedunt, nocturna et diurna, initio nocturnorum facto a tauro; diurnorum vero, a piscibus, vs. 203. Resque tota patet in hoc 12. signorum disticho, in quo diurna Italicis, nocturna Romanis literis imprimi curavimus. 'Sunt *aries*, taurus, gemini, *cancer, leo*, virgo, Libraque, *scorpius, arcitenens*, caper, amphora, *pisces*.' Bene igitur dicuntur 'vicina loco,' quia bina incedunt: bene pariter dicuntur 'divisa partibus æquis,' quia alternis bina vicibus distant. Quod nec Bullialdus, nec Scaliger bene ceperunt, dum legunt hunc vs. 216. *Cetera nec numero, consortia nec vice sedis.* Unde e propria sede in alienam transferunt eundem, nimirum post vs. 222. *Fœminea in noctem, &c.*

216 *Cetera nec* [*sex*] Nempe, taurus, gemini, virgo, libra, capricornus, aquarius; quæ nocturna sunt, vicinaque pariter loco, seu consortia vice sedis; et interjecta alternatim totidem locis, quot diurna.

218 *Quinetiam sex, &c.*] His 3. vss. notat Poëta 2. aliud genus signorum nocturnorum et diurnorum, vs. 203. scilicet sex priora zodiaci signa 'diurna;' sex posteriora, 'nocturna.'

219 *Astris* [*castris*] Stationibus, sedibus, locis. Sic vs. 689. 'Ipsis dant castris fines, [vires astris,] ca-

Sunt quibus esse diurna placet, quæ mascula surgunt;
Fœmineam sortem noctis gaudere tenebris.
Quin nonnulla tibi nullo monstrante loquuntur
Neptuno debere genus, populosus in undis.

quæ incipiunt a libra, censeri nocturna. Alii sunt, qui volunt illa signa esse diurna, quæ mascula exoriuntur: ea vero gloriari tenebris sacratis in noctem, quæ sunt fœminea. Præterea quædam signa, nemine docente, dicunt sibi ipsis se debere suam sortem Neptuno, veluti cancer saxosus qui gaudet aquis, et pisces qui

'Cod. Paris. et Regiom. *libris*. Vs. 221. Iidem *surgant*.' Stoeb.—222 Libb. vett. *Feminea in noctem*. Et sic Delph. 'Rom. et vulg. bene. Nam ea signa, quæ sacratis, seu sacris in noctem tenebris gaudent, i. e. ea signa sunt nocturna, quæ feminea; sicut ea dicuntur diurna, quæ *mascula*. Valeat ergo minus sana Scal. lectio: *Femineam noctem*.' Delph. 'Libri omnes, *Feminea in noctem*. *Femineam* reponit Scaliger; nec verbo explicat, quid velit. Equidem nullam inde sententiam possum excudere. Dedit Auctor, *F. sortem noctis g. t.* *Femineam sortem*, hoc est, quæ generis et sexus feminini sunt. Ovid. Metam. VI. 680. 'Quatuor ille quidem juvenes, totidemque crearat Femineæ sortis.' et IX. 675. 'Utque marem parias. Onerosior altera sors est.' Ceterum cum *noctem* pro *sortem* semel irrepsisset; consequens erat, ut pro *noctis* interpolarent *tutis?* Cur autem tenebræ luce tutiores? quasi vero quicquam sideribus metuendum sit. Noster IV. 840. de luna: 'Orba sui fratris noctisque immersa tenebris.'' *Bent.* 'Cod. Paris. et Lips. *Feminea in noctem tutis g. t.* Ubi *in noctem* per Antiptosin dictum pro *in nocte*, quemadmodum Atticis εἰς pro ἐν eleganter poni solet. *Tutis tenebris;* vel, quia hæ sub tutela Noctis, quæ inter Deas culta, Ovid. Metam. XV. 31. et Fastor. I. 445. vel, quia sideribus nihil a tenebris metuendum.' *Stoeb.*—223 Scal. Delph. et vulg. *sibi*. 'Libri omnes *Quod n. sibi*. Recte Scal. *Quin:* et illud sibi suspectum habuit, sed nihil mutavit. Huet. substituit *satis*. Propius est ut *tibi* legamus. Passim enim Auctor lectorem compellat, ut supra 203. 'Nec te prætereat,' et infra 448. 'Hinc quoque magna tibi venient momenta futuri.' *Bent.* 'Paris. et Regiom. *Quod*, uti supra 197. *tibi* juxta eosdem *sibi*.' Stoeb.—224 Scal. Delph. et vulg. *scopulosus*. 'Qualis, amabo, est *scopulosus* iste cancer? qui scopulosis, ut volunt, locis delectatur? Atqui, docente Plinio, IX. 49. 'Locustæ vivunt petrosis locis, cancri mollibus.' Neque usquam *scopulosus* ejusmodi sensu venit; sed vel rupis, vel maris, vel loci epitheton est. Stat. Achil. I. 56. 'Armigeri Tritones eunt, scopulosaque cete.' Val. Flacc. II. 518. de ceto, 'scopulosaque terga.' Utrobique legit Heinsius, *scruposa*. Repono *populosus in undis Cancer*. Nam, ut mox 236. 'Fecundum est proprie cancri genus.' Glossarium Cyrilli:

NOTÆ

piuntque vicissim.'

221 *Sunt quibus, &c.*] His 2. vss. notat illud aliud 3. genus signorum nocturnorum et diurnorum, de quo nos vs. 203. not. Quæ autem mascula sint et fœminea, dictum est vs. 151.

223 *Quin nonnulla, &c.*] His 11. vss. continetur sexta signorum zodiaci divisio in aquatica, terrestria, et ambigua. Aquatica sunt cancer et pisces; terrestria, aries, taurus, gemini, leo, virgo, libra, scorpius, sagittarius; ambigua, capricornus et aquarius.

224 *Neptuno*] Maris et aquarum Deo, quem pro mari et aquis usurpant poëtæ.

Populosus [*scopulosus*] Qui saxosis locis delectatur, Plin. IX. 13. Immo qui saxis lætus saturatur.

Cancer, et effuso gaudentes æquore pisces.
Ut quæ terrena censentur sidera sorte,
Princeps armenti taurus, regnoque superbus
Lanigeri gregis est aries, pestisque duorum

delectantur vasto mari. Veluti e contrario signa sunt quæ censentur de terrestri genere, qualis est taurus dux gregis majoris, et aries qui gloriatur imperio gregis ferentis lanam ; et forma eorum, quæ duplicem habent formam ; et rapax leo ; et

Πολυοχλοῦσα, *populosa.* Apul. Met. VIII. 'Civitatem quandam populosam et nobilem.' Neque vero loca tantum, sed et animalia populosa. Sic Nemes. Cyneg. 136. 'mox non omnes nutrire minores. Nam tibi si placitum populosos pascere fœtus ; Jam macie tenues, succique videbis inanes.' Quin et ideo 'populosus' cancer, quod sub eo generali nomine variæ species comprehendantur. Plin. Hist. Nat. lib. IX. cap. 51. 'Cancrorum genera, carabi, astaci, maiæ, paguri, heracleotici, leones, et alia ignobiliora.' Dicat forte aliquis hoc vocabulum apud vetustiores non haberi. Verum : sed quam pauci ex illis vetustis 'ad nostra tempora perennaverunt!' *Bent.* 'Restituendum *scopulosus*, quod Libri universi tenent. Quemadmodum vero frutices 'saxosi' dicuntur Plinio H. N. XV. 7. pr. qui in saxis vel locis saxosis crescunt ; ita non minus probe cancer 'scopulosus' Nostro vocatur, qui saxosis alitur locis ; id scilicet genus, quod *πετραῖον* salutatur Æliano Hist. Anim. VII. 24. pr. Quod autem Plinius IX. 51. scribit, 'cancros vivere mollibus locis,' de astacis solummodo intelligendum, docente Aristot. Histor. Anim. V. 17. *γίνονται δὲ οἱ μὲν κάραβοι ἐν τοῖς τραχώδεσιν· οἱ δὲ ἀστακοὶ ἐν τοῖς λείοις.*' *Stoeb.*—225. 'Sic Ms. Paris. *in æquore* Regiom.' *Stoeb.*—228 Rom. et vulg. *positusque duorum ;* quam lectionem tuetur Delph. vid. not. Gemb. *positique duorum.* 'Utrumque præfert veterem lectionem, *hostisque duorum.* Ita olim emendavimus, et quidem feliciter, ut omnes Latine intelligentes adstipulaturos speramus.' *Scal.* '*Hostisque* Scaligero debetur ; nam tres vetusti *positique ;* Vossianus *positisque.* Repone cum Gronovio Observ. III. 15. *pestisque d.* Sane ut *pestis* figurata locutio a librariis corrumperetur proclivius erat, quam ut *hostis.* Sic Noster I. 367. 'fugiendaque Gorgonis ora Sustineat, spoliumque sibi pestemque videnti.' Librarii mutaverunt in *testemque.* Ovid. Heroid. IX. 61. 'Nempe sub his animam pestis Nemeæa lacertis Edidit.'' *Bent.* 'Nonne hæc tautologiam sonant? et, cur *duorum* vel *utriusque?* Quidni etiam ceterorum animalium? Denique minus adæquata foret hæc signorum divisio, nisi quoque gemini, virgo, sagittarius, forte etiam libra, signis terrestribus accenserentur. Itaque melior vetus lectio, quam ista Gronovii conjectura. Cod. Paris. *positisque,* quod probo et lego, *positusque duorum,* quo illa notantur signa, quæ duplici positione seu for-

NOTÆ

225 *Æquore*] Aquis.

227 *Armenti*] Armentum proprie majorum est pecudum, ut boum, equorum, &c. grex vero minorum, ut ovium, caprarum, &c. Utrumque tamen aliquando promiscue usurpant poëtæ.

228 *Pestis* [*positusque*] *duorum*] I. e. positio duorum. Sors alia biformium signorum, nempe sagittarii, geminorum, virginis, et libræ. Libra enim 'positio duorum' dicitur, vel quia duas habet lances, quas adornant duæ chelæ scorpionis ; vel quia sub specie

Prædatorque leo, et dumosis scorpios arvis.
Sunt etiam mediæ legis communia signa,
Ambiguus terræ capricornus, aquarius undis,
Humida terrenis æquali fœdere mixta :

scorpius, qui gaudet agris spinosis. Sunt quoque signa quæ communis sortis participantur, quippe quæ, cum aquosa sint, misceantur terrestribus ex æquali sidere; qualis est capricornus, qui particeps est terræ et aquarum maris; et pars aquarii

---

ma gaudent. 'Positus' autem plurali numero quartæ decl. accipiendum, quemadmodum apud Tacitum Annal. VI. 21. 'Ille (Trasullus) positus siderum ac spatia dimensus, hærere primum, dein pavescere,' &c.' *Stoeb.*—229 Deest conjunctio *et* in Scal. Delph. et vulg. Reposuit Bent. ' Paris. *Prædaturque. Et dum.*] del. *et* Regiom. cum Cod. Paris. *scorpios*] Uterque *scorpius.*' Stoeb.—231–32 Scal. Delph. et vulg. *et æquoris undis.*—232 Vulg. *Humida terrenis atque illi degere mixta.* ' Primum hunc versiculum pristinis sedibus restituimus. deinde emendavimus, *æquali fœdere mixta.* Olim placuerat, *æquali lege remixta.* Sed vera est hæc posterior emendatio. Qui aliquo judicio præditi sunt, nunquam reclamabunt.' *Scal.* Delph. *H. t. æquali siderem.* ' Res enim manifesta patet ex ipsa sola verborum nostra interpretatione.' ' Hæc a Scaligero sunt : libri alium versuum ordinem, aliaque verba exhibent, hoc modo : *Ambiguus terræ capricornus, aquarius undis: Parsque marina nitens fundentis semper aquari, Humida terrenis atque illi degere mixta.* Et primo quidem egregia conjectura dedit Scaliger, *æquali fœdere* pro monstrosis illis *atque illi degere :* in ceteris non adeo felix. Iste enim versiculus, *Parsque marina nitens, &c.* quantas turbellas excitaverit, vide, si vacat, apud Scaligerum, Bullialdum, Huetium. Sed frustra omnium opera consumitur in corrigendo vel explicando eo, qui spurius est, et sensu cassus, et ex loco alieno huc traductus, ante quoque depravatus. Repone, adulterino illo rejecto, *Sunt etiam mediæ legis communia signa, A. t. c. aquarius u. H. t. æ. fœdere m.* Consule nunc librum quartum, ubi agit Auctor de partibus sive gradibus cujusque signi damnandis. Versus ibi 490. qui aquarii mentionem fecerit, prorsus excidit ex textu : is olim sic ferebatur : *Parsque marina nitens fundentis semper aquari.* Qui cum illic nullum sensum haberet, inde tra-

NOTÆ

virginis Astreæ pariter ac sub forma libræ repræsentatur, I. 267. Deinde ita hæc sexta signorum divisio postulat legere, et interpretari hunc locum, ut adæquata sit æque, ac ceteræ aliæ divisiones. Namque quatuor superessent signa, gemini, virgo, libra, et sagittarius, quæ locum in hac divisione non haberent. Hæc enim solum nominatim recenset Poëta, cancrum, pisces, sub genere aquaticorum; hæc vero solum, arietem, taurum, leonem, et scorpionem, sub genere terrenorum; hæc duo pariter solum, capricornum et aquarium, sub genere ambiguorum. Primo tamen horum verborum intuitu, ' positusque duorum,' unius geminorum sideris positio videtur intelligi. Verum, ut monui, adæquata non esset divisio. Unde per ' positusque duorum' intelliguntur quatuor illa signa, gemini, virgo, libra, et sagittarius, quæ duorum sunt positio, i. e. duplici forma constant.

231 *Ambiguus*] Cum igitur pars superior capricorni capra sit, quæ terris exultat, pars vero inferior desinat in piscem, qui gaudet aquis, bene ambiguum sidus est capricornus.

Parsque mari nitens fundentis semper aquari.

effundentis aquas, quæ quasi mari incumbit. Non oportet avocare mentem a rebus

ductus est, et in librum secundum repositus. Atqui retinendus in sua sede erat, prius tamen sic corrigendus, *Pars est prima nocens humentis semper Aquari.* Vide plura ad locum ipsum.' *Bent.* 'Longe probabilior lectio Regiom. *Humida terrenis atque illis terrea mixta.* Cod. Paris. *illi degere mixta.* *Terrea* pro *terrena* Julio Firmico et ceteris astricæ scientiæ doctoribus usitatissimum. Utitur quoque Columella I. 6. 'Horreum camera contectum: cujus solum terreum, priusquam consternatur, perfossum.'' *Stoeb.*—233 '*Parsque mari nitens, &c.*] Ut hunc locum versus tueri possit, Codicis Paris. et Regiomontani lectio recipienda, qui hunc vs. alteri, *Humida terrenis, &c.* anteponit, et legit, *Parsque marina nitens fundentis semper Aquari.* Quam scriptionem in Codd. veteribus se reperisse affirmat Huetius, qui proinde *partem marinam* explicat, aquas e vase erumpentes. Duæ enim partes in hoc signo spectandæ, quas et infra distinguit Manilius vs. 406. 'Piscibus Erigonen, Juvenique urnæque Leonem.' Juvenis (Ganymedes) et Urna unum Aquarii signum constituunt. Sed cum de Aquario proxime dictum, malim accedere Bentleio, qui hunc vs. ad lib. IV. referendum censet, ubi post vs. 489. unus et forte alter desideratur, quod lacuna in Regiom. luculen-

NOTÆ

233 *Parsque mari nitens, &c.*] Notat Poëta aquarium pariter ambiguum signum esse, quia pars altera aquarii terrena est, altera aquatica. Terrena est urna, seu amphora, quæ pro ipso aquario sumitur; aquatica est aqua, quæ perpetuo ex urna effunditur. Videtur autem Poëta recensere solam urnam aquarii inter signa ambigua; non autem ipsum aquarium qua puer est. Verum id familiare est poëtis ut amphoram pro aquario usurpent. Itaque multum se torquent viri alioquin perspicaces, Scaliger et Bullialdus. Hic vocabulum 'innitens' interpretatur illucens, quasi ab in et niteo. Verum prima syllaba *niteo* corripitur, in versu autem Maniliano producitur. Deinde quid sibi vult pars aquarii illucens mari? Scaliger autem dubius hæret, num Poëta alluserit ad formam aquarii, qua pingebatur olim sub unius hominis figura; num habenda potius sit ratio vel situs hujus sideris, qua forte mari incumbat; vel ejusdem ortus supra horizontem, quo tempore pars aquarii innititur mari, e qua cuncta sidera emergere finguntur, cum exoriuntur. Verum si solius pueri forma, sub qua repræsentari solet, esset habenda, sane non est ratio cur aquatica potius quam terrena pars illa diceretur: sin autem ratio situs spectetur, aut ortus, certe non magis innititur mari, quam cetera signa, dum exoriuntur. Recte ergo per partem aquarii mari innitentem intelligimus ipsius aquarii amphoram, quæ pro toto ipso aquario usurpatur. Atque adeo, quia aquarius, et qua puer est et qua urna, pars est ipsius sideris, videtur terrenum esse sidus: qua vero ipsius amphora innititur mari, i. e. incumbit aquis effundendis, bene dicitur sidus aquaticum. Unde ambiguum signum est aquarius. Dicitur autem pars illa aquarii, i. e. urna mari innitens, vel quatenus per longum tractum aquarum, quæ effunduntur ex urna, quasi mari jungi et adhærere videtur; vel quia vocabulum 'mari' pro

Non licet a minimis animum deflectere curis:
Nec quicquam rationis eget, frustrave creatum est.
Fœcundum est proprie cancri genus, acer et ictu
Scorpios, et partu complentes æquora pisces.
Sed sterilis virgo est, simili conjuncta leoni:
Nec capit, aut captos effundit aquarius ortus.

tenuissimis: neque enim aliquid est quod sua causa careat, aut quod sit incassum. Natura cancri vere est fertilis; et scorpius, qui sævit morsu, fœcundus est; et pisces, qui suo fœtu replent maria, fœcundi sunt. Sed virgo, quæ vicina est leoni sibi simili in sterilitate, sterilis est: neque aquarius concipit, aut conceptos fœtus

ter indicat.' *Stoeb.*—234 ' Cod. Paris. et Regiom. *causis*, quod malim. Vs. 235. Uterque delet τὸ *est.* vs. 237. pro *complentes* Iidem *complectens.* Vs. 238. *simili*] Cod. Paris. superne: vel, *similis.*' Stoeb.—235 ' Adde verbum *est.*' Bent.

NOTÆ

aquis usurpandum est; sicut vs. 225. ' æquore ' pro aquis. Qui potest melius capere, capiat. Monui autem I. 272. et alibi me disputaturum de aquarii sidere, infra vs. 239.

234 *Non licet a minimis, &c.*] His 10. vss. continetur septima signorum zodiaci divisio in fœcunda, sterilia, et communia. Fœcunda censentur cancer, scorpius, pisces. Sterilia, virgo, leo, aquarius. Communia, aries, taurus, gemini, libra, sagittarius, et capricornus. Quanquam Joan. de Saxonia supra Alchabit. rem aliter distinguit: ' Quædam enim,' inquit, ' signa sunt sterilia, scilicet, gemini, leo, virgo; quædam habentia paucos filios, scilicet, aries, taurus, libra, sagittarius, capricornus; et quædam dicuntur multorum filiorum, scilicet, cancer, scorpius, et pisces.'

236 *Fœcundum .... cancri genus*] Quippe quia multa parit ova, ex quibus plurimos edit fœtus. Plin. IX. 31.

Acer et ictu Scorpios] Sævum est animal, ' cujus cauda semper est in ictu, nulloque momento meditari cessat, ne quando desit occasioni; ferit ex recto et inflexo; vermiculos ovorum specie parit.' Plin. II. 25. Unde fœcundum est sidus.

238 *Simili*] Sup. virgini in sterilitate; leo quippe in terris paucos edit catulos. Namque ex Plin. VIII. 16. ' Semel edit partum, lacerato unguium acie utero in enixu; Aristoteles autem tradit leænam primo fœtu parere quinque catulos; ac per annos singulos uno minus; ab uno vero sterilescere.' Hinc in cœlis creditur sterile sidus.

239 *Nec capit aquarius, &c.*] Quippe qui fingatur puer. Hoc autem sidus, ut præmonui vs. 233. et I. 272. undecimum est zodiaci, quod nomen habet a stellis quæ in ea cœli parte effusiones aquarum imitantur; vel quia cum sol eas cœli partes decurrit, frequentiores decidunt imbres; vel propter fabulas. Fingunt enim poëtæ hunc fuisse Ganymedem, quem puerum Trojanum in cœlos rapuit Jupiter, ut sibi ceterisque Diis ac Deabus esset a poculis; Ovid. Fast. II. Alii fabulantur fuisse Deucalionem, quo regnante, illud, quod vocant Deucalionis diluvium, terris contigit; Hyg. Poët. astron. II. Alii Cecropem volunt, qui ante vini usum regnans, aqua primus usus est in sacris

Inter utrumque manet capricornus corpore mixto,
Et qui Cretæo fulget centaurus in arcu:
Communisque aries æquantem tempora libram,
Et geminos, taurumque pari sub sorte recenset.
  Nec tu nulla putes in eo momenta locasse
Naturam rerum, quod sunt currentia quædam,
Ut leo et arcitenens, ariesque in cornua torvus.

emittit. Capricornus autem constat corpore communi inter utrumque genus; et sagittarius qui lucet sub arcu contento: et aries ambiguus numerat in simili sua sorte libram, quæ æquat tempora dierum ac noctium; numerat et geminos et taurum. Neque tu credas auctorem rerum non posuisse aliquas rationes in hoc, quod quædam signa sint currentia, veluti leo, et sagittarius, et aries, qui reflectit sua

Deest in Scal. Delph. et vulg.—241 Rom. et vulg. *contento;* et sic Delph. 'At Scal. *Et qui Cretæo.* 'Quia,' inquit, 'sagittarius fingitur Minois Cretæ filius.' Verum hæc adhuc sub judice lis est. Neque enim conveniunt auctores, ut monui I. 269. 408. 611. de sagittario zodiaci, et centauro austrino.' *Delph.* 'Cod. Paris. et Regiom. cum ceteris, *contento arcu,* uti I. 269. pro quo supra 171. 'intentum' dixit, innuens sagittarium.' *Stoeb.*—244 Scal. Delph. et vulg. *commenta notasse.* 'Illud *notasse* a Scal. est; libri omnes *vocasse.* Repono *momenta locasse.* Ut infra, 448. 'Hinc quoque magna tibi venient momenta futuri.' et 772. 'Pluribus inque modis verum natura locavit.' *Bent.* 'Cod. Paris. et Regiom. *commenta notasse,* i. e. posuisse aliquas rationes in hoc,' &c. *Stoeb.*—246 Scal. Delph. et vulg. *tortus.* 'Ipsa quidem cornua torta sunt; at totus aries nec *tortus* est nec esse dicitur. Lege cum cod. Venet. *torvus.* Elegans locutio et poëtis propria. Virg. de tauro, Georg. III. 232. 'Et tentat sese, atque irasci in cornua discit.' Ovid. Met. x. 538.

NOTÆ

faciendis; Hygin. citatus. Consentiunt tamen fere omnes de puero Ganymede; unde passim apud poëtas, sed Manilium præsertim, voces 'puer' et 'juvenis' usurpantur pro ipso aquario. Pingitur autem quasi effundens dextra urnam inflexam, ex qua perpetuo effluunt aquæ, quas longus stellarum tractus in cœlis imitatur. Variæ illius appellationes sunt, aquarius, amphora, juvenis, puer, Ganymedes, Deucalion, Cecrops, Aristæus, fusor aquæ, hydridurus, tyrannus aquæ, &c.

240 *Inter utrumque manet, &c.*] I. e. partim fœcundum, partim sterile est signum capricornus.

243 *Pari sub sorte*] Scilicet signorum communium, seu quæ partim fœcunda, partim sterilia censentur.

244 *Nec tu nulla putes, &c.*] His 12. vss. continetur octava signorum zodiaci divisio, in currentia, stantia, et jacentia. Currentia sunt aries, leo, sagittarius, qui quasi cursuri figurantur in cœlis. Stantia sunt gemini, virgo, aquarius, qui quasi in pedes stare videntur. Jacentia sunt taurus, cancer, libra, scorpius, quæ quasi fessa, jacere, quiescere, sedere, ac procumbere videntur.

246 *In cornua torvus* [*tortus*] Neque enim recta fronte assurgit aries; sed caput obvertit ad taurum, ut videre est fig. pag. 82.

Aut quæ recta suis librantur stantia membris,
Ut virgo et gemini, fundens et aquarius undas.
Vel quæ fessa sedent, pigras referentia mentes;
Taurus depositis collo sopitus aratris,
Libra sub emenso considens orbe laborum,
Tuque tuo, capricorne, gelu contractus in astris.

cornua. Vel quod sint quædam quæ recta surgentia in suos actus quasi ad stateram hærent; qualis est virgo, et gemini, et aquarius, qui effundit aquas. Vel quod sint quædam quæ fatigata recumbunt, quasi habeant animos defessos; qualis est taurus, qui, quasi demisso aratro e cervicibus suis, soporatur; et libra, quæ quasi conquiescit sub penso laborum quo functa est; et tu, o capricorne, qui quasi membra

'Aut pronos lepores aut celsum in cornua cervum.' et XI. 753. 'Ostendens spatiosum in guttura mergum.' Sic enim codd. *in*, teste Heinsio; et male vir acutissimus, qui præpositionem ejecit. Silius XV. 62. 'Illa ego sum, verti superum quæ sæpe parentem, Nunc avis in formam, nunc torvi in cornua tauri.' Ubi constructio est, nunc in formam avis, nunc tauri torvi in cornua.' *Bent.* 'Magis placet Cod. Paris. Lips. et Editorum Vetust. lectio, *in cornua tortus.* Neque enim recta fronte assurgit Aries; sed caput obvertit Tauro. Vide Glob. Astronom.' *Stoeb.*—249 Scal. Delph. et vulg. *Ut.* 'Lege ex libris *Vel.*' Bent. *pigras referentia mentes*] i. e. quæ similia sunt desidiosis et pigris hominibus, quatenus sedent. Vs. 250. *depositis*] Cod. Paris. *dispos.* et superne *depos.*' Stoeb.—251 Scal. Delph. et vulg. *emerito.* 'Quid hoc est,' inquit Huet. 'sub emerito orbe laborum? Jure quærit vir summus; sed parum sibi satisfacit. 'An sub orbe' ait 'laborum, est post munus gestum, ut Virg. Georg. II. 401. 'redit agricolis labor actus in orbem?' Recte: sed huic sensui minime convenit *emerito.* 'An potius,' ait, 'zodiacus est orbis laborum; quod planetæ in eo laborent et curricula sua exerceant? Hoc, quod *potius* ei videtur, est longe pessimum. Non enim libra quasi fessa considit, ob alienos et planetarum labores, sed ob suos. Repono, *Libra sub emenso considens orbe laborum.* Post peractum laborum suorum orbem. Noster infra, 835. 'Ultimus emenso qui condit sidera mundo.' et IV. 52. de Pompeio, 'Post tres emenso meritos ex orbe triumphos.' Vides, quam facili et elegante metaphora dixerit post orbem laborum emensum.' *Bent.* 'Codices Ms. et vulgati omnes, *sub emerito*, i. e. sub penso laboris confecto. Emeritus enim labor dicitur opus perfectum. Orbis vero laborum est pensum, vices, opus. *considens*] Cod. Paris. Regiom. et Editi ceteri, *conscendens.* Sed alterum sententiæ et schediographiæ veteri accommodatius. Quasi Libra functa labore librandi,

NOTÆ

251 *Sub emenso orbe laborum*] Sub penso laboris confecto. Quasi libra in cœlis functa labore librandi jam fessa quiescat, aut considat. Emeritus enim labor dicitur opus perfectum. Orbis vero laborum, i. e. pensum, vices, opus.

Considens] I. e. quiescens, jacens, et quasi prostrata. Quæ vetus est astrothesia libræ. Recentiores autem astronomi rectam illam stare volunt. At Vulg. et Rom. *conscendens*, i. e. assurgens, habita quidem ratione recentioris constitutionis libræ. Unde utraque lectio probatur.

252 *Gelu contractus*] Recentiores astronomi capricornum quasi contractum in se ipsum, et considentem, de-

Strata jacent, cancer patulam distentus in alvum,
Scorpios incumbens plano sub pectore terræ,
In latus obliqui pisces semperque jacentes.
Quod si solerti circumspicis omnia cura,
Fraudata invenies amissis sidera membris.

contrahis præ frigore inter astra: e contrario cancer, qui ex adverso jacet, extensus est in ventrem late patentem; et scorpius qui jacet humi in plano corpore; et pisces, qui obversi sunt, et perpetuo quasi in latus prostrati videntur. Quod si perlustras cuncta signa diligenti cum observatione, reperies quædam quæ curent ar-

jam fessa et in sede collocata quiescat.' *Stoeb.*—253 Scal. Delph. et vulg. *Contra jacet.* 'Aufer te cum ista tua barbarie; si revera posteriorem in *contra* corripueris: sed librariorum flagitium est, quorum sceleratæ manus miserrime auctorem nostrum dilaceraverunt. Gembiacensis omnium veterrimus *contrat jacet:* hoc est compendiose scriptum, *cͦtrat.* Repone et distingue, *Strata jacent, c. p. d. in a.* Strata signa, ut supra 249. 'Fessa sedent, taurus,' &c. Horatius, Carm. I. 1. 21. 'Nunc viridi membra sub arbuto Stratus.' Virgilius, Eclog. VII. 54. licet alio sensu, 'Strata jacent passim sua quaque sub arbore poma:' ubi *quaque* reponendum, non, ut nunc scripti editique, *quæque.*' Bent. 'Legunt Paris. et Reg. *Contra jacet cancer.* Quod si Auctor dedit, quis, quæso, tam erit illiberalis, ut ei, posteriorem vocis *contra* corripienti, veniam neget, quam Poëta rerum potius ordini ac naturæ quam metro intentus suo jure requirit? *Contra, jacet Cancer,* i. e. Cancer *e contrario* non jacet in se contractus veluti Capricornus; sed extenditur in amplam et late patentem alvum. Ausonium quoque *a* breve in 'contra' usurpâsse, Grammatici docent.' *Stoeb.*—254 Scal. Delph. et vulg. *corpore.* 'Gembiacensis *sub pectore:* et superne pro varia lectione *corpore:* quod ceteri omnes in textu habent. Recte *pectore: incumbens terræ,* quæ est *sub plano* ejus *pectore.*' Bent. 'Cod. Paris. *corpore,* quod vulgavit Regiom. vs. 255. *obliqui*]

NOTÆ

pingunt, habita scilicet ratione temporis hyberni, quo sol illud signum decurrit; frigus enim contrahit corpora. Sic I. 271. 'Tum venit angusto capricornus sidere frigens.' At in veteri calendario Romano episcopi Vallensis pingitur capricornus quasi humi procumbens, latoque ventre conterens terram. Scalig.

253 *Strata* [*Contra*] *jacens, &c.*] Vel e regione, seu ex adverso jacens: vel e contrario; i. e. cancer non jacet in se contractus, veluti capricornus; sed contra extenditur in amplum et late patentem ventrem.

255 *In latus obliqui, &c.*] Pisces enim ambo inter se obversi sunt, et quasi in latus jacentes. Alter enim caput obvertit ad ortum, quasi subiturus aquas aquarii; alter vero caput attollit ad septemtrionem, quasi dorsum Andromedæ morsurus. Unde obversi sunt dorso, ut videre est fig. pag. 126.

256 *Quod si solerti, &c.*] His 9. vss. continetur nona divisio signorum zodiaci in mutila et integra. Mutila sunt taurus, cancer, scorpius, et sagittarius: tauro quippe desunt posteriora; cancro, oculi; scorpioni, brachia seu chelæ, quæ libræ signum exornant; sagittario alter oculorum, nimirum sinister. Hoc videre est in globis cœlestibus. Integra vero sunt octo reliqua.

Scorpios in libra consumit brachia: taurus
Succidit incurvo claudus pede: lumina cancro
Desunt: centauro superest, et quæritur unum.
Sic nostros casus solatur mundus in astris,
Exemploque docet patienter damna subire:
Omnis cum cœlo fortunæ pendeat ordo,
Ipsaque debilibus formentur sidera membris.
 Temporibus quoque sunt propriis pollentia signa.
Æstas a geminis, autumnus virgine surgit,

tubus quos amiserunt; namque scorpius abscondit sua brachia sub libra: taurus quasi succumbit humi claudicans præ pede flexo: oculi deficiunt cancro: unus oculus restat sagittario, sed alter desideratur. Ita cœlum consolatur nostra infortunia in ipsis sideribus, et edocet nos ab exemplo ferre constanter jacturas nostras, quoniam omnis series fati nostri dependet a cœlo, et ipsa signa componuntur ex artubus infirmis et truncis. Signa etiam plurimum valent in certis anni temporibus: æstas autem incipit post geminos; autumnus post virginem; hyems post sagittarium;

Iidem, *obliquos.* vs. 259. *cancro*] Codd. Paris. Lips. et Edd. Vett. *cancri.*' Stoeb.—260 'Ita Cod. Paris. legit et distinguit. Regiom. *Dextrum centauro superest*, &c. Neque enim Sagittarius pleno vultu, sed dimidiato, visitur.

NOTÆ

258 *Scorpios in libra*, &c.] Scorpionis enim brachia, seu chelæ, non ipsius sunt sideris, sed libræ. Quippe quod sidus scorpionis duorum signorum et loca occupet, et figuras adornet, German. in Arat. 'majorem Scorpius hinc duplex quam cetera possidet orbem Sidera, per chelas geminato sidere fulgens.'

259 *Incurvo claudus pede*] Sic vs. 198. et I. 264. IV. 521. Scilicet non solum posterioribus caret taurus in cœlis; sed et quasi poplite lasso procumbit.

Lumina cancro] Qua etiam parte oculos habet hoc animal in terris, in ea nullæ stellæ lucent in cœlis, sed quasi cæcum est.

260 *Centauro*] Non austrino, sed sagittario, vs. 241. Huic autem unum deest lumen, nempe oculus sinister: neque enim pleno vultu, sed dimidiato tantum lucet in cœlis; et ab ortu in occasum quasi progreditur.

261 *Sic nostros casus*, &c.] Quasi membrorum defectus ac damna corporum nostrorum repetantur ex damnis et defectibus artuum in signis zodiaci. Grande solatium! Quasi vero.

Mundus] Cœlum, I. 8. 9. &c.

263 *Fortunæ ordo*] Fatalis omnis rerum series: fatalium eventuum, qui sive boni sive mali hominibus in vita contingunt. Sic I. 1. et 18.

265 *Temporibus quoque*, &c.] His 5. vss. continetur decima signorum zodiaci divisio in verna, æstiva, autumnalia, et hyberna; scilicet juxta quatuor anni tempora. Verna sunt aries, taurus, gemini: æstiva, cancer, leo, virgo: autumnalia, libra, scorpius, sagittarius: hyberna, capricornus, aquarius, pisces. Quæ divisio sic explicata continetur hoc vs. 268. 'Quatuor in partes scribuntur sidera terna.'

266 *Æstas a geminis*] Sup. surgit; æstas enim incipit a cancro, qui post

Bruma sagittifero, ver piscibus incipit ire.
Quatuor in partes scribuntur sidera terna:
Hyberna æstivis, autumnis verna repugnant.
Nec satis est proprias signorum noscere sortes:

ver post pisces incipit esse. Signa distribuuntur in quatuor partes, ita ut brumalia opponantur æstivalibus, et vernalia autumnalibus. Nec sufficit cognoscere pro-

Vs. 267. *ire*] Cod. Paris. et Regiom. *esse.* vs. 268. pro *terna* Iidem *terræ.*' Stoeb.—267 Scal. Delph. et vulg. *incipit esse.* 'Immo *incipit ire.*' Bent.—268 Scal. et vulg. *sidera terræ.* 'Sidera cæli ad fastidium usque Noster ingerit, sed sidera terræ nusquam alibi legimus. Repone *sidera terna.* Tria sidera adsignantur quattuor anni partibus; veri pisces, aries, taurus; et sic deinceps: notandum tamen in media signorum parte tempora incipere. Ut supra 177. 'Incipit autumnus media sub virgine utrimque.' Miror unde hoc, Scal. et Bullialdo tantis viris prætermissum, in boni Michaëlis Fayi textum pervenerit.' *Bent.*—270 Scal. Delph. et vulg. *formas.* 'Non hic agitur de formis siderum, quas libro priore explicavit Auctor. Vires et potentias, quas singula sibi proprias habent, hactenus memoravit; nunc transit ad alias vires, quas ex consensu et fœdere, sive ex aspectibus acquirunt. Lege igitur *sortes.* ut II. 158. de singulis astris: 'propria quæ sorte feruntur.' *Bent.* 'Lege ex Codd. *formas;* i. e. *μορφώσεις* seu figuras, quas hactenus recensuit, et variis modis disposuit. Vs. 271. *Consensu*] Cod. Paris. *Consensum.*'

NOTÆ

geminos sequitur, et incidit nunc in 22. diem Junii, quo die sol cancrum ingreditur.

Autumnus virgine] Autumnus enim incipit a libra, quæ post virginem sequitur, inciditque nunc in 24. diem Septembris, quo die sol libram ingreditur.

267 *Bruma sagittifero*] Hyems enim initium ducit a capricorno, qui post sagittarium sequitur, caditque illius initium nunc in 22. diem Decembris, quo die sol capricornum ingreditur.

Ver piscibus] Ver enim incipit ab ariete, qui post pisces progrediens, dux est ceterorum; illiusque initium cadit nunc in 21. diem Martii, quo die sol arietem intrat.

269 *Repugnant*] Non fortasse viribus ac sorte; sed loco solo ac situ. Namque invicem e regione sibi adversa lucent in zodiaco.

270 *Nec satis est proprias, &c.*] Explicatis hactenus propriis singulorum signorum formis, generibus aut speciebus diversis, ac divisionibus, jam mutuos eorundem, sed diversos aspectus explicaturus est Poëta ab hoc vs. 270. ad vs. 435. Nimirum, quæ trigona, quæ tetragona, quæ hexagona, quæve opposita sint signa rite docturus est; et quæ horum omnium dextra sinistrave censeantur. Hisque 14. vss. prioribus aggreditur partitionem trigonorum, quæ undecima est signorum divisio. Trigona igitur signa quadruplicis generis sunt; quatuor enim signorum triangula distinguuntur, initio ducto ab ariete per taurum. 1. Triangulum adornant aries, leo, et sagittarius. 2. taurus, virgo, et capricornus. 3. gemini, libra, et aquarius. 4. cancer, scorpius, et pisces. Scilicet quæ signa, initio, ut monui, ducto ab ariete, ternis signis a se distant, ea trigona sibi invicem dicuntur. Quatuor autem solum signa, initio ducto ab ariete, nec vice repetita, triangulis initium esse possunt, nimirum aries, taurus, gemini, et cancer;


Consensu quoque fata movent, et fœdere gaudent,
Atque alias alia succedunt sorte locoque.
Circulus ut flexo signorum clauditur orbe,

prias figuras singulorum signorum. Ipsa etiam signa adaugent Fata ex mutuis viribus, et gloriantur concordia: et alia juvant aliis ex situ et statione, quam habent ad se invicem. Quando circulus signorum terminatur ductu qui ducitur a

Stoeb.—272 Scal. Delph. et vulg. *aliis aliæ*. 'Quorsum pertinet illud *aliæ?* nam ordo est, signa gaudent fœdere, atque *aliæ* aliis succedunt. Repone igitur *alias alia*. *Alias* adverbium, *alia* sorte.' *Bent.* 'Libri omnes constanter *aliis aliæ* scil. formæ succedunt.' *Stoeb.*—273 Scal. Delph. et vulg. *dextro*. '*Dextro orbe* non est unius flocci. Quædam in *circulo* signa possint concipi

NOTÆ

sequentia etiam signa ternis distant ab his quatuor; unde quatuor solum diversa triangula signorum consentur; quæ observare est in his duabus figuris, in quarum altera trigona quatuor duci curavimus per signa diversis lineis; in altera vero, singula signa cujusque trigoni sigillatim posuimus.



271 *Consensu*] I. e. ex mutuis viribus, ex concursu mutuo affectionum.

272 *Alia*] Sup. signa; neque enim syllaba brevis te moveat, cum cæsuram in versu efficiat. Alii legunt *aliæ*. Sup. formæ signorum, metri causa.

Sorte locoque] I. e. ratione sedis quam sortiuntur in zodiaco ad se invicem, vs. 283. Vel per 'sortem' intellige vires et affectiones quibus pollent signa, et quibus aliis signis juvare possunt in fatis movendis, ex loco et situ, quo diversos ad se invicem aspectus habent.

273 *Circulus ut flexo*] His 3. vss. docet modum ducendæ lineæ per zo-

In tres æquales discurrit linea ductus,
Inque vicem extremis jungit se finibus ipsa :
Et quæcumque ferit, dicuntur signa trigona,
In tria partitus quod ter cadit angulus astra ;
Quæ divisa manent ternis distantia signis.
Laniger e paribus spatiis duo signa, leonis

dextra parte, linea deducitur per illius circulum in tres lineas æquales, quæ ipsa se mutuo tangit in extremis suis limitibus : et omnia signa quæ illa linea tangit extremis suis finibus, vocantur triangula, quia angulis illius lineæ sic divisus incidit ter in tria signa, quæ separantur et removentur a se invicem per terna signa. Sic aries

ut dextra, alia ut sinistra*:* sed *totus circulus* nec dexter est nec sinister. Repone *flexo*. ut infra, 370. 'Flexibus et totidem similis fit circulus illi.' *Bent.* 'Libri omnes, *ut dextro,* quod improbare nolim. Zodiacus enim, a dextra in sinistram ductus, claudit orbem in dextra.' *Stoeb.*—277 '*partitus*] Cod. Paris. *partitur*. Sic quoque Regiom. addita distinctione (:). Vs. 278. *ternis*] Paris. perperam, *terris*. Vs. 279. *e parib.*] Idem Cod. *et parib.*' Stoeb.—279 Rom. et vulg. *Laniger et paribus*. 'Scribe *L. e paribus*. Postquam docuit quomodo fiat, et quatenus dicatur trigonum, nunc quæ dicantur trigona exponit. Qui legebat *ut p.* solens delirabat.' *Scal.* Delph. *ut p.* 'Ita legendum. Sic enim vss. 226. 246. 248. &c. ubi similiter in rei propositæ exem-

NOTÆ

diacum in tres æquales ductus, quibus tres anguli cujusque trigoni signorum describantur. Scilicet qua parte circulus zodiaci suum orbem adimplet, et claudit ductum a sinistra in dextram : ita enim circumducitur zodiaci circulus, ut, initio ducto ab ariete per taurum, claudatur in piscibus ; atque ita progrediatur illius gyrus a sinistra in dextram. Qua igitur parte clauditur zodiacus, ducatur linea ab hoc puncto in duo alia puncta zodiaci, quæ æque distent a se invicem, hæc ducta linea triangulum intra zodiaci fines adornabit ; qui in tribus suis extremis angulis tria tanget signa, quæ triangula vocantur. Sic ab ariete ducta linea ad leonem, et a leone producatur ad sagittarium, et a sagittario reducta flectatur ad arietem, tres angulos efficiet, quorum extremis finibus tangit illa tria signa, quæ ideo sibi trigona dicuntur, primumque trigonum adornant. Et ita de ceteris. Consule tabulam vs. 270.

275 *Inque vicem*] Pro *et invicem*. Ipsa enim linea, quæ triangulum adimplet, in singulis tribus extremis angulis ipsa se invicem jungit, et velut in angulos acuitur. Sic vs. 341.

276 *Trigona*] Triangula, triangularia.

278 *Ternis distantia signis*] Separata et remota a se invicem per tria integra signa. Sic inter arietem, leonem, et sagittarium, qui primum trigonum adornant, tria quoque signa integra intercipiuntur : nimirum inter arietem et leonem interjacent taurus, gemini, et cancer ; inter leonem et sagittarium, virgo, libra, et scorpius ; inter sagittarium et arietem, capricornus, aquarius, et pisces. Et ita de ceteris trigonis.

279 *Laniger e* [*ut*] *paribus, &c.*] Ita legendum. Sic enim vss. 226. 246. 248. &c. ubi similiter in rei proposi-

Atque sagittarî, diverso conspicit ortu.
Virginis et tauri capricorno consonat astrum.
Cetera sunt simili ratione triangula signa
Per totidem partes. *Desunt quæ condita mundo.*

aspicit in vario exortu illorum, duo signa leonis et sagittarii, quæ a se distant æqualibus intervallis: et sic signum virginis et tauri consentit per aspectum cum capricorno. Pari modo reliqua signa triangularia, quæ non recensentur hic, sunt

plum vocat et affert signa. Aries igitur aspicit leonem et sagittarium dissitos a se paribus intervallis, nimirum ex trigono ductu. Quæ tria signa primum adornant trigonum.' *Delph.*—283 Rom. et vulg. *Per totidem toti.* 'Tam desperato loco succurrit Gemblacensis; qui pro *toti* habet *tortis.* Nimirum *sortis* scripserat Manilius, ut solet; id est, τὰς μοίρας. ut possis perspicere εὐστόχως nos olim divinasse hic deesse verbum, quod μοίρας exprimeret. Itaque *Partes* legebamus. *Desunt*, id est, supersunt. Reliqua quæ non tetigimus. τὰ λοιπὰ, τὰ λειφθέντα. Glossæ: *Deerit*, περιλείφθη.' *Scal.* Delph. *sortes.* 'sedes, loca, intervalla, stationes, castra,' &c. 'Pro *sortis*, quod prisco more casus accusativi est, libri veteres *tortis.* Repone, *Per totidem partes.* ut infra 294. 'Sic licet in totidem partes deducere cuncta.' Ceterum cuculus aliquis in medium versum suas nugas intrusit. Omnia enim illa, *Desunt quæ condita mundo*, usque ad *Hoc satis exemplo est*, irreptitia sunt et hinc exsibilanda. Quæ enim sunt signa illa triangula, *quæ desunt condita mundo?* nempe duo reliqua trigona, quæ similiter duci possunt, gemini, libra, aquarius; cancer, scorpius, pisces. Ergo hæc signa, quia in versu desunt, nec referuntur, mundo quoque desunt? O hominem ineptum. Sed et aliud vide: *sed discrimen erit dextris, seu causa.* Discrimen sive causa? Quæ significationis affinitas est inter 'discrimen' et 'causam:' ut alterum ex his per alterum explicetur? Quod si causa est dextris, cur non et sinistris? Sed hoc voluit homo infantissimus, *sed discrimen erit, sint dextra an læva.* Frustra hoc tamen: nam mox versu 298. hoc de dextris et sinistris quasi prius non dictum memorat Auctor: 'et hunc læva subeuntis sidera libræ: Semper enim dextris censentur signa priora.' Nonne hoc id ipsum est, quod tenebrio iste dicit, 'sinistra sunt quæ subeunt; quæ præcedunt, dextra sunt?' Ergo aufer hinc garrulam loquacitatem.' *Bent.* 'Editi Vetustiores binos hosce versus ita conceptos ferunt: *Cetera sunt simili ratione triangula Signa Per totidem toti desunt quæ condita mundo.* Cod. Paris. *sub sim.* in textu; *sunt*, pro var. lect. in margine. Cetera cum vulg. Vet. conveniunt. Constructio non nimis

NOTÆ

tæ exemplum vocat et affert signa. Scaliger autem: *e paribus.* Vulg. *et paribus.* Aries igitur aspicit leonem et sagittarium dissitos a se paribus intervallis, nimirum ex trigono ductu. Quæ tria signa primum adornant trigonum.

281 *Virginis et tauri capric. &c.*] Hæc pariter tria signa paribus intervallis a se distantia secundum adornant trigonum.

282 *Cetera sunt simili, &c.*] Nimirum gemini, libra, et aquarius, quæ tria signa tertium efficiunt trigonum. Et cancer, scorpius, pisces, quæ tria signa quartum faciunt trigonum. Hi autem vs. 2. leguntur ex Gemb. quos sic immutat J. Bitur. *Cetera sunt simili ratione triangula, signa Per totidem toto, quæ desunt, condita mundo.* Sed minus clara lectio.

Mundo] Cœlo, l. 9.

Sed discrimen erit dextris, seu causa, sinistra
Quæ subeunt : quæ præcedunt, dextra esse feruntur.
Dexter erit tauro capricornus, virgo sinistra.
Hoc satis exemplo est. At quæ divisa quaternis

posita in cœlo per totidem intervalla. At dextra signa habebunt differentiam et rationem diversam a sinistris: sinistra dicuntur ea esse quæ pone sequuntur ; dextra vero ea quæ antecedunt. Sic, capricornus erit dexter tauro ; virgo vero, læva. Id sufficit in exemplum. Similiter astronomi dicunt illa signa esse dextra, quæ,

impedita ; quam propterea Franc. Junius vel levi immutatione expediendam putavit : *quæ desunt cond. mundo.* Unde hic nascitur sensus : Cetera signa quæ desunt toti scil. numero duodecim, condita sunt mundo, i. e. in cælo disposita sunt (sic infra iterum hoc *condita* vs. 288. et 668.) per totidem triangula. Poterit autem vel sine ista variatione locus in hunc sensum revocari : Cetera signa, quæ condita mundo per totidem toti desunt, i. e. per terna ex reliqua signorum summa secernuntur, sunt simili ratione triangula. Duo nimirum triangula recensuit ; totidemque restant definienda. Gemini enim, Libra et Aquarius tertium triangulum ; Cancer, Scorpius et Pisces quartum conficiunt.' *Stoeb.*—284 ' Hunc versum, post Regiomontanum, optime Scaliger sic distinguit : *Sed discrimen erit dextris seu causa* (.) *sinistra Quæ subeunt, &c. Discrimen seu causa* non distantiam modo et intervallum, verum etiam controversiam quandam vel contentionem notat, quæ dextris signis est cum sinistris, scil. de loco superiore occupando. Quo modo cecinit Virgil. Æneid. v. 154. ' Post hos æquo discrimine Pristis Centaurusque locum tendunt superare priorem.' ' *Stoeb.*—287 Rom. et vulg. *Hoc satis exemplo est ad quæ diversa.* ' Legendum : *Hoc satis exemplo est. At quæ diversa quaternis Partibus æquali laterum sunt condita ductu, &c. At quæ diversa*] Nihil muto. Sed constat

NOTÆ

284 *Sed discrimen erit dextris, &c.*] His 3. vss. cum hemistichio monet Poëta discrimen hoc esse inter trigoni cujusque signa, quod alia aliis sint dextra ; alia vero sinistra. Dextra sunt ea, quæ præcedunt ad dextram ; sinistra quæ sequuntur ad sinistram partem. Pars autem dextra sinistrave singulorum habetur ratione nostri, qua vultu ad meridiem converso aspicimus ea. Unde illud signum in uno quoque trigono dextrum dicitur alteri signo, quod præcedit ad dextram nostram ; sinistrum vero, quod sequitur ad sinistram. Sic v. g. in trigono arietis, leonis, et sagittarii, quod 1. est trigonum, si incipias ab ariete, sagittarius dexter erit arieti ; leo, sinister. Pari modo si inceperis a sagittario, leo dexter erit sagittario ; sinister vero aries. Similiter si initium duxeris a leone, leoni dexter erit aries ; sinister sagittarius. Et ita de ceteris aliis trigonis, quorum secundum, quod tauri, virginis, et capricorni est, Manilius tantum hic in exemplum proponit. Sic enim tauro dexter est capricornus ; virgo, sinistra. Quippe quia capricornus taurum antecedit ad dextram ; virgo vero sequitur illum ad sinistram. Scilicet, ut ait Poëta vs. 293. ' Semper enim dextris censentur signa priora.' Rem totam facilius percipies, si paululum attenderis ad singula trigona, prout nos ea distinguenda curavimus in fig. pag. 266. Sic Firmic. hoc discrimen explicat II. 25.

287 *At quæ divisa, &c.*] Hoc hemistichio et 9. vss. seqq. non solum do-

Partibus æquali laterum stant condita ductu,
Quorum designat normalis virgula sedes,

remota a se invicem quaternis sedibus, sunt descripta in cælo per lineam æquilatera-

mihi Manilium scripsisse *divisa*. In Gemblacensi duo hæc, *divisa, diversa*, commutantur.' *Scal.* Delph. *sic quæ divisa.* 'Lege cum Gemblacensi et aliis vetustis, *divisa*. Vidit hoc Scaliger; etsi nihil mutaverit. Supra 278. 'Quæ divisa manent ternis distantia signis.' Mox pro *sunt condita*, lege *stant condita*. ut infra 736. 'sicut stant astra locata.'' *Bent.* 'Cod. Paris. ab oscitante Librario, *Ad quæ adversa.* pro quo Gemblac. *diversa*. Regiom. *quædam adversa quatern.* scil. signa. Vs. 288. *stant*] Cod. Paris. et Regiom. *sunt.*' Stoeb.—

NOTÆ

cet Poëta, quæ signa sint tetragona, seu quadrangula; sed in his tetragonis, quæ dextra, quæve dicantur pariter sinistra, notat. Primum igitur ita in tetragonis, sicut in trigonis, signa ea dicuntur dextra quæ præcedunt ad dextram; (vultu converso, ut monui, ad meridiem;) sinistra vero, quæ retro sequuntur ad sinistram. Sic v. g. in 1. tetragono, quod est arietis, cancri, libræ, et capricorni, arieti dexter est capricornus; cancer, sinister. Ille enim præcedit arietem ad dextram nostram; hic vero retro sequitur; quarti autem signi in tetragono nulla ratio dextræ aut sinistræ habetur. Pari modo si initium feceris a cancro, huic dexter erit aries; sinistra, libra: capricorni, quod quartum est signum, non habetur ratio. Pariter, si inceperis a libra, libræ dexter erit cancer; capricornus vero, sinister. Denique si incipias a capricorno, huic dextra erit libra; sinister vero aries. Et ita de aliis quadratis duobus, quorum singula signa sua quæque dextra sinistrave signa vicissim ac seorsum habent. Ita rem explicat Firm. II. 25. Jam vero, quæ pars altera hujus annotationis est, breviter expedienda quæ quotve tetragona dicantur. Tria igitur distinguenda signorum quadrata: 1. est arietis, cancri, libræ, et capricorni. 2. tauri, leonis, scorpionis, et aquarii. 3. Geminorum, virginis, sagittarii, et piscium. Scilicet, quæ signa initio ducto ab ariete quaternis vicibus seu sedibus a se distant, ea sibi mutato quadrata dicuntur. Tria autem signa, initio scilicet ducto ab ariete, nec vice repetita, quadratis initium esse possunt, aries, taurus, gemini. Cetera enim signa quaternis sortibus sunt distantia ab istis tribus, pro triplici adornando tetragono. Unde tria tantum quadrata seu tetragona diversa distinguuntur; quorum tamen vices quadruplici modo variari possunt in uno quoque quadrato, pro varia a quatuor singulis signis incipiendi ratione. Hæc autem omnia facilius observare est in quadratorum fig. pag. 273.

289 *Normalis virgula*] Linea illa, quæ ad angulos rectos utrimque cadens quadratum efficit; Gallice, *un Equierre*, cujus ope quadratum effici potest, si bis inducatur in seipsam ex adverso. Itaque applicato semel angulo illius normalis regulæ in primo arietis gradu, duo illius latera ad perpendiculum recta ducentur hinc inde per zodiacum in primos quosque gradus cancri et capricorni: iterum vero, si angulus illius collocetur in initio libræ, duo quoque ejusdem regulæ latera

Hæc quadrata ferunt. Libram capricornus, et illum

lem, quorum locos linea normalis notat. Sic capricornus aspicit libram; et inde

290 Rom. et vulg. *Dextra ferunt Libram Capricornus spectat et illum.* 'Interpolatitia sunt hæc. Gemblacensis hic mutilus est, et corruptus Bonincontrii textus habet, *Dextra fert Libram Cancer Capricornus et illam.* Quæ recta est lectio. Et tota sententia ita concipienda: *Dextra fert Libram Cancer, Capricornus et illam. Conspicit hunc Aries, atque ipsum partibus æquis Cancer, et hunc læva subeuntis sidera Libræ.* Consule diagramma. Non opus est Mercurio.' *Scal.* Delph. *Dextra ferunt. Libram C. s. et illum C. h. a.* 'Ita fuit castigandum ex Gemb. ad mentem Manilii. Male enim vulg. hos 3. vss. interpungit et legit.' *Delph.* 'Hæc mendosissima sunt, a correctoribus varie interpolata. Scaliger et Salmasius pœnas hic dant Bullialdo, qui tamen ipse nihil extricavit. Codex Vossianus, *Hæcca ferit libram, tortus capricornus et illum.* Lipsiensis sic, pede deficiente, *Hæcca ferunt libram capricornus et illum:* Gemblacensis quoque, *Hæc ta ferunt libram capricornus et illum.* Ex ipsa sententia mihi divinanti favit eventus. Repono, *Hæc quadrata ferunt. L. c. e. illum Conspicit hinc a.* Nempe quadrata non plenis literis, sed nota scribebatur, hoc modo, *Hæc* □*ta ferunt.* Ea nota, postea non intellecta, omittebatur; et manebat tantum *ta.* Sic supra 220. pro ♎*is* scripserunt postea *libris.* Jam vero qualis oritur sententia? Ut supra dixerat vs. 276. quæcumque ferit linea ter æqualiter ducta 'dicuntur signa trigona:' ita quæ æqualibus lateribus quater ducta sunt *Hæc quadrata ferunt.* Sine his oratio erat manca et imperfecta. Capricornus, libra, aries, et cancer sunt signa quadrata.' *Bent.* 'Nihil horum in Codd. nostris. Regiom. dedit: *Sic justam spectat Libram Capricornus: et inde Conspicit hunc Aries: atque illum, &c.* Cod. Paris. cum hiatu in principio, quem hic repræsentamus: *Hæc   referunt libram: capricornus et illum Conspicit (:) hunc aries (:) atque illum part. æq.* Non *ipsum,* nec *a part.* quemadmodum etiam Regiom. hoc *a* delevit. Lacuna ista vocabulum *justam* desiderare videtur. Malim vero sequi Scalig. qui Bonincontrii lectionem restituit: *Dextra fert Libram Cancer, Capricornus et illam,* scil. fert dextra. Nimirum, non solum docet Poëta, quæ signa sint tetragona; sed in his quæ dextra quæve sinistra dicantur, pariter notat. Sic in primo tetragono, quod est Arietis, Cancri, Libræ, et Capricorni, Arieti dexter est Capricornus, Cancer sinister. Hic dexter est Libræ, sed hæc vicissim illi sinistra. Hinc addit Noster: 'et hunc (Cancrum) læva subeuntis sidera Libræ.' Confer dicta ad vs. 285. et II. 190. ubi quoque *fert,* i. e. habet. Virg. 'fidem ferre,' pro habere.

NOTÆ

recta transibunt per eosdem primos cancri et capricorni gradus; quo ductu quadratum absolvitur. Quæ vero ejusmodi linea tanget signa ad singulos angulos, ea quadrata dicuntur, et quadratum unum signorum efficient. Et ita de aliis.

290 *Hæc quadrata*] Altius sensus horum versuum est repetendus. Nimirum, sicut in trigonis dextra dicuntur signa quæ præcedunt ad dextram nostram; sinistra vero, quæ retro sequuntur ad sinistram; ita et in quadratis astrologi dextra ferunt, hoc est, vocant ea signa quæ præcedunt; sinistra vero, quæ retro sequuntur. Quod hoc exemplo illustrat Poëta in quadrato primo, quod est arietis, cancri, libræ, et capricorni. Sic enim, inquit Poëta, Capricornus spectat libram, nimirum ante seipsum, hoc est, ad dextram; sic aries ad dextram spectat capricornum; sic cancer ad dextram conspicit arietem; sic libra cancrum spec-

Conspicit hinc aries, atque ipsum a partibus æquis
Cancer, et hunc læva subeuntis sidera libræ:
Semper enim dextris censentur signa priora.
Sic licet in totidem partes deducere cuncta,
Ternaque bis senis quadrata effingere signis,
Quorum proposito reddentur in ordine vires.
Sed si quis contentus erit numerasse quadrata,
Divisum ut signis mundum putet esse quaternis,
Aut tria sub quinis signis formare trigonum,

aries spectat illum capricornum; et cancer spectat ipsum arietem ex paribus intervallis; et signa libræ, quæ pone sequitur a sinistra, aspiciunt hunc cancrum. Namque signa, quæ antecedunt, habentur semper in dextris. Ita poteris distribuere cetera alia in tot partes, et ex duodecim signis facere singulas ternas partes in quadrata, quorum vires habentur in eo ordine, quo supra dictum est. Verum si quis habebit satis recensuisse quadrangularia signa, ita ut credat cœlum partitum esse per signa intersita quaternis vicibus; vel putet tria signa efficere triangulum per

Æn. x. 792.' *Bent.*—291 Scal. et vulg. *hunc:* et mox omittitur præpositio *a.* 'Gemb. et Lips. recte *a p. æ.*' Bent.—292 Rom. et vulg. *læna:* correxit Scal. ex Gemb.—294 Rom. et vulg. et sic Paris. et Regiom. *Scilicet.* Correxit Scal.—295 Paris. iterum vitiose *Terraque.* Scal. Delph. et vulg. et sic Paris. et Regiom. *quadrate fingere.* 'Mendosi hic sunt Gemb. et Lips. *Terraque* et *fringere.* Vossianus, *Ternaque bis senis quadrata fringere.* Repone *quadrata effringere.* ut infra 338. 'Quadrati si forte voles effingere formam.' Tria quadrata, non plura, per XII. signa duci possunt; trigona vero quattuor.' *Bent.*—296 Scal. Delph. et vulg. et sic Paris. et Regiom. *redduntur.* 'Immo reponendum est *reddentur.*' Bent.—298 'Cod. Paris. delet *ut.* Regiom. vulgavit *Divisum ac.*—299 Scal. Delph. et vulg. *ornare.* 'Quid sit *ornare* trigonum, parum capio. Repone *formare.* ut II. 333. 'Quadrati si forte voles effin-

NOTÆ

tat ad dextram, cujus tamen libræ sidus subit a parte sinistra cancri. En quod ait Poëta vs. 292. 'læva subeuntis sidera libræ.' Quid autem his clarius aut dici aut excogitari potest? Contra igitur (quod tamen non explicat Poëta, sed quod facile est captu) libra sinistra est cancro; cancer arieti; aries capricorno; capricornus libræ. Sic rem totam explicat Firm. II. 25.

291 *Hinc*] Id est, deinde, ordine ducto a dextra ad sinistram; seu a capricorno ad arietem.

295 *Ternaque quadrata fingere*] Terna, i. e. ternæ signorum quæque partes. Quatuor enim sunt ternæ partes signorum: 1. arietis, tauri, geminorum: 2. cancri, leonis, virginis: 3. libræ, scorpionis, sagittarii: 4. capricorni, aquarii, piscium. Prima terna illa signorum pars, hoc est, tria illa prima signa initium dant tribus diversis quadratis: at singula quæque alia pars, secunda, tertia, et quarta, potest pariter initium dare singulis aliis quadratis, quæ fingere pro arbitrio licet. Res patet in his duabus figuris, in quarum altera quadratorum trium lineas per signa

Ut socias vires et amicos exigat ortus,
Fœderaque inveniat mundi cognata per astra,


signa quinis vicibus dissita, ut inde repetat concordes vires, et amicos exortus signorum, et ut reperiat consensus amicos, qui sunt inter signa cœli quæ similia sunt,

---

gere formam.'' *Bent.* ' Paris. et Regiom. *ornare*. Quod retinuit quoque Salmas. de ann. clim. p. 149. qui ibidem pro *trigonum* legi vult *trigona*.'

NOTÆ

deduci ac variis lineolis notari curavimus, in altera singula cujusque quadrati signa distinximus.



297 *Sed si quis contentus erit, &c.*] His 55. vss. monet Poëta ne quis interim in adornando trigono quadratove fallatur. Rite enim cavendum est ne in trigono effingendo latera quæque extendantur intervallis quinque signorum ; quatuor enim tantum signis debent adæquari. Si quis enim hac fallaci ratione trigonum instrueret, turpiter falleretur, dum inde sub hoc trigono nascentibus futura prædiceret. Neque nati tunc homines trigoni veri proprias dotes sentirent. Alius quippe signorum numerus, aliave sors ac sedes alios reddunt aspectus, aliasve vires ac dotes. Hoc primum de trigonis instruendis monet Poëta his vss. 32. seqq. Idem monebit de quadratis. Verum non erat cur Poëta diutius in his moraretur. Satis fuit docuisse modum, quo utraque figura, trigonorum et tetragonorum, bene sit adornanda.

298 *Mundum*] Cœlum, vel zodiacum, quæ præcipua pars est cœli ; sic vs. 301. 'mundi,' id est, cœli, aut zodiaci, de quo jam disputatur.

300 *Socias vires*] Namque signa ex diverso aspectu, ut ait Poëta vs. 271. 'Consensu quoque Fata movent, et fœdere gaudent, Atque aliis alia succedunt sorte locoque.'

301 *Cognata*] Similia, consentientia mutuo ex aspectu aliquo.

Falsus erit. Nam quina licet sint undique signa,
Qui tamen ex signis, quæ quinto quoque feruntur
Posta loco, fuerint nati, sentire trigoni
Non poterunt vires, licet illud nomine servent:
Amisere loco dotes, numerisque repugnant.
Nam cum sint partes orbis per signa trecentæ
Et ter vicenæ, quas Phœbi circuit ardor;
Tertia pars ejus numeri latus efficit unum
In tres perducti partes per signa trigoni.
Hanc autem numeri non reddit linea summam,
Si signum a signo, non pars a parte notetur.
Quod quamvis duo sunt ternis dirimentibus astra,

is homo falletur. Etenim quamvis sint quinque signa ex omni parte, illi tamen homines, qui fuerint nati sub his signis, quæ censentur esse signa posita in qualibet quinta sede, non poterunt sentire vires trianguli; licet enim retineant illum triangulum nomine tenus, re tamen amiserunt illum: et quæ dona percipiuntur, ea non conveniunt neque sedi, neque numero signorum. Etenim cum trecentæ et sexaginta partes sint in circulo, qui per duodecim signa discurrit, quas scilicet partes ignis solis percurrit, tertia pars istius summæ adornat unum latus trianguli, qui dividitur in tres partes per signa. At vero ductus laterum trianguli non adæquat hunc numerum, si signum distinguatur a signo, non autem gradus a gradu; quia, licet hæc

Stoeb.—304 Scal. Delph. et vulg. *Astra.* ‘Vide filum orationis, *Ex signis, quæ astra quinto quoque feruntur loco:* quasi non *signa* et *astra* idem sint. Lege, *Posta loco*, ut Lucret. III. 870. ‘Semina sæpe in eodem, ac nunc sunt, ordine posta.’’ *Bent.* ‘Cod. Paris. et Regiom. *Astra;* quod si malis, legendum vs. præced. *qua* pro *quæ*.’ Stoeb.—306 Cod. Paris. *numerusque.*—313 Rom. et vulg. *Quod quamvis duo sint.* ‘Locus pessime

NOTÆ

306 *Amisere* [:] *loco dotes, &c.*] Ita fuit interpungendum. Scaliger autem: *Amisere loco dotes, numerisque repugnant.* Sup. illi nati amisere loco dotes, et repugnant numeris, quos trigonum postulat: nec improba interpretatio. Utraque igitur non mala lectio.

307 *Orbis*] Zodiaci, qui dividitur in 360. gradus aut partes.

308 *Phœbi*] Solis, I. 19.

309 *Tertia pars*] Nimirum 120. grad. qui tertia pars sunt graduum 360. quos continet zodiacus.

311 *Hanc autem numeri, &c.*] Cum 4. vss. superioribus docuerit trigoni quæque latera in signis continere partes 120. jam monet cavendum esse ne in adornando trigono pars a parte, sed signum a signo tantum notetur. Falsus enim esset ejusmodi numerus. Namque utrumque signum extremum cujusque lateris, dirimens dicitur cujusque lateris: atque ita si a signo dirimente ad signum dirimens latera quæque trigoni ducerentur, non quatuor, sed quinque, signis adæquarentur; continerentque grad. 150. quos adimplent quinque signa. Summa igitur laterum excederet formam trianguli, quod in uno quoque suo latere partes poscit solum 120.

Si tamen extremum lævi primumque prioris

duo signa censeantur separantia, attamen, si cupias componere ac jungere una ulti-

acceptus. Proculdubio legendum: *Quod quum bis duo sint hæc a dirimentibus astra, Si tamen extremum lævi, &c.* Error solens librariorum veterum *quum vis* pro *quum bis.* Inde posteriores librarii, prioribus imperitiores, ex *quumvis, quanvis* fecerunt, proclivi errore.' *Scal.* Delph. *quamvis duo sint hæc a d. a.* 'Rom. et vulg. bene, ut ipsa particula *tamen* sequens satis indicat: Scal. autem, *Cum bis,* quasi duo, i. e. quatuor signa intercipiantur inter signa trianguli dirimentia. Quod falsum est; tria enim tantum includuntur signa inter dirimentia duo cujusque lateris in triangulo: nam etsi ducatur linea a signo ad signum, tria tamen tantum includuntur inter duo dirimentia; extrema quippe duo sunt 'a dirimentibus,' i. e. vocantur dirimentia latus a latere, nec ipsa includuntur, sed includunt.' *Delph.* '*Quum bis duo* a Scaligero est; qui *dirimentibus* hic interpretatur 'angularibus' sive extremis. Unum erratum alind progeneravit. Codices vetusti hoc modo: *Quod quamvis duo sunt a diri mentibus astra.* Repone igitur, *Q. quamvis d. sunt ternis dirimentibus a. Ternis* olim scriptum fuit notis, non literis; ex III. igitur factum est A. Sensus est, Licet duo sint astra, ternis illa dirimentibus sive separantibus; ut in toto sint quinque signa in singulis trigoni lineis. *Dirimentia* igitur media sunt ex quinque, non, ut Scaliger, angularia. Sic supra 278. de re eadem, 'In tria partitus quod ter cadit angulus astra, Quæ divisa manent ternis distantia signis:' ubi 'ternis distantia signis' perinde est, ac 'ternis astris dirimentibus' sive intervenientibus: et infra 393. 'Sed duo signa ferit mediis submota quaternis:' id ipsum est quod 'quaternis illa duo dirimentibus.' Ceterum quod tot versibus Auctor ostendit, hoc tantum est. Errabis, inquit, si in latere trigoni quinque integra signa numeraveris. Cum enim in toto æquatore sint partes sive gradus 360. pars tertia ejus numeri sive 120. latus efficit trigoni. Atqui, si quinque signa numeres, efficiunt partes 150. Similiter errabis, si in latere quadrati quattuor signa integra numeres. Cum enim numeri 360. pars quarta pro quadrati latere sit 90. quattuor signa efficient 120. Ergo numerabis a principio primi signi ad principium postremi; non a principio ad finem, nec a fine ad principium; illo enim pacto numerus justo major erit, hoc autem justo minor.' *Bent.*—314 Scal. et vulg. *primum-*

NOTÆ

Dirimentibus] Censentur dirimentia. Sic a rationibus, a secretis, a pedibus, &c. dicuntur esse, qui his dignitatibus aut officiis funguntur. Itaque in quolibet latere trianguli (par ratio in quolibet latere tetragoni et aliorum) duo sunt signa a dirimentibus, primum et sequens: i. e. illud signum quod initium cujusvis lateris est; et illud alterum, quod ejusdem lateris terminus est. Sic v. g. in triangulo arietis, leonis, et sagittarii, in primo latere dextro, qui arietis est et sagittarii, hæc duo signa, aries et sagittarius, sunt 'a dirimentibus,' i. e. dirimentia: alter enim, nempe aries, prius est signum, alter vero, nempe sagittarius, sequens est et lævum arieti. Inter hæc duo, tria tantum intercipiuntur signa, scilicet pisces, aquarius, et capricornus. Jam vero si conferre volueris numeros partium horum quinque signorum, nimirum duorum 'a dirimentibus,' et trium mediorum, summa fiet 150. grad. quæ summa excedit ac superat veram lateris cujusque trigoni formam ac mensuram, cum unum quodque trianguli latus contineat tantum 120. grad. quæ tertia pars est grad. 360. quos continet totus zodiaci circulus.

314 *Lævi*] A sinistra sequentis,

Inter se conferre voles, numerumque notare;
Ter quinquagenas implebunt ordine partes.
Transibit numerus formam, finesque sequentis
Consumet ductus. Licet ergo signa trigona
Dicantur, partes non servant illa trigonas.
Hæc eadem species fallet per signa quadrata:
Quod, cum totius numeri qui construit orbem

mam partem signi, quod est a sinistra, cum priori parte præcedentis ad dextram, et observare summam quam reddent, complebunt sane ex ordine centum et quinquaginta partes. Summa autem hæc excedet figuram et absorbebit terminos lineæ alterius sequentis. Igitur etsi signa illa dicantur triangula, non tamen retinent veras partes trianguli. Hæc eadem ratio decipiet in signis quadrangulis, quia cum

ve. 'Immo *primumque.* Extremum illius *et* hujus primum inter se conferre: sic infra 326. 'sin summa prioris Et pars confertur subjuncti prima.'' *Bent.* 'Regiom. curatius *extremam primamque.* Cod. Paris. *primamve*, scil. partem, ex vs. 312.' *Stoeb.*—315 Cod. Paris. in marg. *vides.*—319 Delph. *trigoni.* 'Bene. Vulg. et Rom. *trigonas*, adjective, i. e. triangulares. Nec male:

NOTÆ

nempe angularis. Qualis est leo ad arietem in latere sinistro primi trigoni, quod est arietis, leonis, et sagittarii.

Prioris] Pariter angularis, quod nempe quasi ad apicem trianguli est. Illud enim prius signum trianguli dicitur dextrum, alterum sinistrum. Sic in exemplo jam repetito primi trianguli, aries est primus; leo, sequens, aut lævus; sagittarius, dexter.

317 *Formam*] Sup. cujusvis lateris trianguli, quod non 150. sed 120. partes in uno quoque suo latere postulat. vs. 313. not.

Sequentis] Angularis, ac lævi quidem, quod idem est in hisce rebus, vs. 314. not.

320 *Hæc eadem species, &c.*] His 11. vss. cavet Poëta, in tetragonis adornandis, quod supra in trigonis cavendum monuit, vs. 311. scilicet in lateribus singulis quadrati non signum a signo, sed partem a parte numerandum esse, ita ut inter duo signa dirimentia cujusque lateris, non tria, sed duo tantum signa intercipiantur: v. g. in primo quadrato, quod est arietis, cancri, libræ, et capricorni, hæc duo, aries et capricornus, sunt 'a dirimentibus' unius lateris, nempe sinistri; aries quidem prius seu præcedens est signum; sagittarius sequens seu lævum. Inter utrumque duo tantum continentur hæc, pisces et aquarius. Jam vero si horum quatuor signorum, nimirum duorum 'a dirimentibus,' arietis et capricorni; et duorum aliorum mediorum, piscium et aquarii, cunctas partes seu gradus simul conferas, fiet tibi summa grad. 120. quæ laterum quadrati nec formam nec mensuram adæquat, sed superat. Latus enim quadrati quodque continet tantum grad. 90. Igitur in quovis latere non amborum dirimentium gradus sunt numerandi; sed alterutrius tantum. Ita et in trigonis ea ratio est observanda.

321 *Totius numeri qui, &c.*] Nimirum grad. 360. vss. 307.

Orbem] Sup. zodiaci, de quo agitur.

Nongentæ quadrum partes per sidera reddant,
Evenit ut, prima signi de parte prioris
Si partem ad summam ducatur virga sequentis,
Bis sexagenas faciat: sin summa prioris
Et pars confertur subjuncti prima, duorum
Signorum in quadro numerum transitque refertque;

nonaginta partes e tota summa, quæ adimplet circulum, dent quadratum in signis, accidit ut, si linea ducatur a primo gradu signi antecedentis ad ultimum gradum signi, quod ultimum sequitur, det centum viginti gradus: si vero pars ultima primi signi, et pars prima signi sequentis ad sinistram simul jungatur, et transeat per numerum medium duorum signorum, quæ sunt in medio, et accipiat illum; sane

sic enim 342. dicet *trigonos ductus.*'—322 Scal. Delph. et vulg. *Ter triginta.* ' Sic quidem codd. neque opem Auctori ferunt interpretes; sed inde de ejus ætate male existimant. Sed quis crediderit *triginta* hic poni, ultima correpta; cum mox 328. recte feratur, ultima producta. Repone *Nongentæ.* Nimirum notis hoc scriptum erat, ut supra factum, non literis. Inde ex *LXXXX.* excuderunt *Ter triginta.*' Bent. Regiom. *quadram.*—325 ' Paris. et Regiom. sine (:) legunt *si.* Paris. *faciet sua.*' Stoeb.—327 Scal. Delph. et vulg. *medium numerum.* ' Mirum loquendi genus, inquit Scal. *signorum medium,* media signa. Atqui hoc mirum ipsius pravæ emendationi totum de-

NOTÆ

322 *Nongentæ quadrum*] Non quidem totum quadrum, sed singula quadri latera.

323 *Prioris*] Puta arietis, qui quidem in dato exemplo vs. 320. not. et prius angulare et dirimens est signum lateris sinistri, quo de quæstio est.

324 *Sequentis*] Puta capricorni, qui pariter in allato exemplo et sequens, et angulare, et sinistrum est signum arieti.

325 *Sin summa*] Ita fuit castigandum. Gemb. *in:* vulg. *sua.* Quæ veræ lectionis sunt vestigia. Alterum igitur incommodum proponitur. Si vero, inquit Poëta, pars summa prioris, et pars ultima sequentis signi conferatur, i. e. si incipiatur numerari a fine primi signi ad initium signi sequentis, seu sinistri, eaque ratio numerandi transeat per duo signa tantum intermedia, sane referet ac reddet tantum numerum graduum ac partium duorum signorum mediorum: qui numerus partium est 160. tantum; quique non sufficit ad latus quadrati ornandum: sed requiritur adhuc tertia pars lateris ejusmodi, nempe partes 30. Latus enim quodque quadrati partium est 90. ut monui vs. 320. not. Hæc sane cuivis non erant perspicua, aut facilia. 'Summa' igitur, i. e. pars ultima ac postrema, 'prioris,' i. e. signi, quod primum est in unoquoque latere quadrati; puta arietis in exemplo proposito vs. 320. not.

326 *Subjuncti*] Sequentis ad lævam, v. g. capricorni in dato exemplo vs. 320. not.

327 *Signorum in quadro numerum* [*medium*] I. e. summam graduum illorum duorum signorum, quæ media sunt inter primum et sequens; puta piscium et aquarii, in dato exemplo vs. 320. not.

Transit] I. e. currit; sup. per.

Refert] I. e. reddit, dat.

Triginta duplicat partes, pars tertia deerit:
Et quamvis quartum a quarto quis computet astrum,
Naufragium facient partes unius in ipsis.
Non igitur satis est quinis numerasse trigonum,
Quadrative fidem quæri per signa quaterna;

reddit tantum sexaginta gradus; sed tunc tertia pars lateris quadrati desiderabitur. Et licet aliquis numeret quartum signum a quarto signo, gradus tamen unius signi quasi absorbebuntur in seipsis. Ergo non sufficit computasse triangula ex signis ipsis, aut adornasse quadratum per quaterna signa cœli. Sed si fortasse cupis in-

betur. Libri quippe universi hoc modo: *duorum Signorum in medio numerum transitque refertque.* Sed quomodo et *transit*, sive præterit, prætermittit; et *refert*, sive computat? hæc secum pugnant. Ita 369. 'per transita signa,' i. e. quod signa omissa. Lege sententiæ ipsius jussu *d. S. in quadro numerum t. q. r. q.* Ex quatuor signis in quadro sive latere quadrati, duorum numerum omittit, duorum computat; ut LX. tantum partes fiant, desint XXX.' *Bent.* 'Cod. Paris. Lips. et Ed. Regiom. *in medio num.* i. e. summam graduum illorum duorum signorum, quæ media sunt inter primum et sequens.' *Stoeb.* —331 Scal. Delph. et vulg. *signis n. trigona.* et mox 332. pro *quæri*, *cœli.* 'Quid est numerasse fidem quadrati? quid trigona *signis.* Libri omnes *trigonas.* Repono *N. i. s. e. quinis n. trigonum, Q. v. f. quæri p. s. q.* nempe latus trigoni quinis signis clauditur, quadrati quaternis. Vide supra 278. 299. 302. Non satis est fidem quadrati quæri, hoc est, tentari, explorari, examinari. Infra 591. 'Cum fortuna fidem quærat, vix invenit usquam.' Mox 355. 'Hic poscit quintam partem,' &c. Centesima in trigoni latere poscit sui quintam, ut fiat 120. in quadrati latere amittit sui decimam, ut fiat 90.' *Bent.* 'Melius, *Signis*, quod habent Codd. Mss. et vulgati Vett. i. e. ζῳδιακῶς seu *signiliter*, ut a Signo ad Signum. Vide supra vs. 312. Pro *trigonum* Paris. Lips. et Rom. *Trigonas.* Regiom. *Trigonos.* Ex iisdem Libris rescribendum *cœli*, quod cum sequentibus, *per signa quaterna*, aptius quam cum hoc *fidem* conjunxeris. Fides, is, citharæ genus. Unde 'fides' h. l. idem ac chorda seu linea quadrati. Sic 'Chelarumque fides' infra III. 305. Mox, vs. 334. loco *paribus*, Cod. Paris. in marg. *partibus* pro var. lect.' *Stoeb.*—

NOTÆ

328 *Pars tertia*] Sup. quæ ad latus quadrati requiritur, nimirum 30. grad. ut monui vs. 325. not.

329 *Quartum a quarto*] Puta ab ariete ad capricornum. Igitur si quis signum quartum a quarto computet, ut latera quadrati habeat, is falletur, nisi partes unius signi quasi in seipsis absorbeat, nec eas prætereat. Alias enim quatuor signa ascriberet cuique lateri quadrati, quæ forma falsa esset.

330 *Unius*] Sup. signi.

In ipsis] In seipsis. Maniliana frequens locutio.

331 *Non igitur satis est*, &c.] His 11. vss. concludit Poëta latera quæque trigoni constare debere ex 120. gradibus: latera vero quæque tetragoni, ex grad. 90. Sic enim convenit ordo.

Quinis [*signis*] *numerasse*] Scilicet signa a signis. vs. 311.

332 *Quæri* [*cœli*] Vel quadrati cœli fidem; vel quaterna signa cœli; quæ constructio magis placet.

Quadrati si forte voles effingere formam,
Aut trinis paribus facies cum membra trigoni.
Hic poscit quintam partem centesima summa:
Illic amittit decimam. Sic convenit ordo.
Et quîscumque quater junctus favet angulus usque,
Quæque loca in triplici signarit linea ductu,
Cum curvata viæ linquet compendia rectæ;

struere figuram quadranguli; vel quando forte effinges partes trianguli ex tribus partibus æqualibus: scies quod numerus centesimus postulat præter se ipsum quintam sui partem in lateribus singulis hujus trigoni. At in singulis illius tetragoni lateribus, perdit decimam sui partem. Ita ratio bene congruit. Et illis singulis signis, in quæ angulus quater bene cecidit, et iis singulis locis, quæ linea reducta notaverit per tres suos ductus, quando scilicet deflectet a notatis jam ductibus rectæ

334 Vulg. *trigonis.* Correxit Scal. ex Gemb.—335 Rom. et vulg. *quartam.* Correxit Scal. ex Gemb. 'Ita Gemblac. Lips. Regiom. Vitiosus hic Cod. Paris. qui legit *quantam*, omissa voce *partem*, quæ tamen ad rationem metri pertinet ac sententiæ. Centesima enim summa graduum præter se ipsam postulat adhuc *quintam sui partem*, ut fiat summa 120. quæ summa adæquat latera quæque Trigoni.' *Stoeb.*—337 Rom. et vulg. *cunctis.* Scal. *junctis.* Delph. restituit *cunctis* ex vulg. '*quiscumque.* Sup. signis angularibus, ac locis illis in quæ angulus quisque quadrati incidit. Huic enim voci *quîscumque* respondet illa *His* vs. 340. Ita restituitur ex vulg. At Scal. *junctis* sup. angulus. Quæ lectio parem habet sensum. Sed cur hæc verborum immutatio?' '*Junctis* a Scaligero est; libri omnes *cunctis.* Repone, *Et q. q. junctus f. a. u.* *Angulus* in quadrato *quater junctus:* sic antea 275. linea in trigono 'Inque vicem extremis jungit se finibus ipsa.'' *Bent.* 'Sic omnino Regiom. i. e. *Angulus* in quadrato *quater junctus.* Sic antea vs. 275. linea in trigono 'Inque vicem extremis jungit se finibus ipsa.' Cod. Paris. pro *junctus* leg. *cunctis.*' Stoeb.—338 Deest præpositio *in* in Scal. 'Libri omnes *in triplici.* Quod a Scaligero ejectum merito revocamus. Idem dedit etiam, III. 277. *Ne magna brevibus careant compendia dictis.* sed Noster ea licentia nusquam utitur.' *Bent.*—339 Scal. Delph. et vulg. *signata v. l. dispendia.* 'Elegantissime dictum, Scaligero judice. Mirum vero, si id elegantissimum, quod omnino sensu cassum est. *Dispendia viæ rectæ* nusquam, nisi hic, audita sunt:

NOTÆ

334 *Trinis paribus*] I. e. tribus æqualibus partibus, aut lateribus.

335 *Hic*] In trigoni lateribus. Posterius enim dixit de trigonis vs. superiori.

Quintam partem] Sup. centesimæ summæ, cujus quinta pars sunt 20. Igitur centesima summa graduum præter seipsam postulat adhuc quintam sui partem, nimirum 20. ut fiat summa 120. quæ summa adæquat latera quæque trigoni.

336 *Amittit decimam*] Sup. centesima summa, quæ sui partem decimam amittit, ut par fiat numerus laterum quadrati. Decima quippe pars 100. sunt 10. at 10. detractis de 100. supersunt 90. quæ summa 90. adæquat latera justa quadrati.

338 *Loca*] Sortes: signa ipsa.

In triplici ductu] In trigonis.

339 *Viæ compendia* [*dispendia rectæ*]

His natura dedit communi fœdera lege,
Inque vicem affectus, et mutua jura favoris.
Quocirca non omnis habet genitura trigonis

viæ, his, inquam, signis et locis natura dedit legem ex communi concordia, et mutuas vires, et mutua jura favendi. Quapropter omnis horoscopus, qui habet trian-

cum linea recta sit omnium inter duos terminos brevissima. Compendium viæ et itineris fit, cum recta itur; Dispendium, cum circuitu itur. Quid vero hic recurrit *signata*, cum proximo versu habuerimus *signarit?* Repone, *Cum curvata v. l. compendia r.* *Curvata*, linea scilicet; cum tribus curvaturis tres angulos facit. Sic infra 363. de hexagono: 'Sexque per anfractus curvatur virgula in orbem.'' *Bent.* '*dispendia rectæ*] Cum a recta linea deflectit, et in obliquum flectitur, ut in Trigonis et Quadratis.' *Fayus.* 'Quare vero *dispendia?* cum recta linea, ut recte sentit Bentleius, est curva brevior. Ergo ait Bentleius, corrige et insere *compendia.* Videndum est, quod Manilius de via loquitur, a recta linea formata: nunc inter rectas lineas via latior, inter curvas angustior; quapropter viam aut spatium inter tales rectas vocat *dispendium*, quoniam via extenditur. Linea ergo linquit dispendia viæ rectæ, aut spatia lata entrinsecus signata, quando ad punctum convergit et angulum format. Ita in angulo, e. g. inter duas lineas aut crura extensa, via lata est, aut est *dispendium;* et hoc dispendium fit minus et minus quo propius progreditur figuratio linearis ad punctum; quo fit *compendium.* Hanc esse Manilii mentem, fide mea satis detur: et hoc obvium Bentleio fuisset, si excursionibus ejus præproperis in re literaria fræna injecisset.' *Burton.* 'Cod. Paris. et Lips. *signata... liquet dispend. recta.* Regiom. sic: *Cum signata viæ linquet dispendia rectæ*, h. e. ubi coit angulus. Hic enim est compendium viæ, quia arctatur, et brevior fit superficies. Contra, lineæ rectæ parallelæ sunt *dispendium* viæ, quia ab unius extremo ad alterius extremum longior via est, quam ἐν τῇ κλίσει duarum. Non potuit dici elegantius.' *Stoeb.*—340 'Cod. Paris. non legit hunc vs. nec Regiom. In quo non esset hic reprehendendus, præsertim cum vs. 342. transposuit, si illa, 'Consumet ductus,' &c. quibuscum vs. 341. nectit, bonis auspiciis locum tenerent.' *Stoeb.*—342 Scal. Delph. et vulg. *habens g. trigonos.* '*Quæ* deest, inquit Scaliger; *quæ trigonos ductus consumet.* Immo, inquit Bullialdus, corrigendum est, *Q. non o. habet g. trigoni Consimiles ductus.* Frustra uterque: et in explicandis his corrigendisve opera luditur. Illusit tantis viris librariorum incuria, qui duos versus, quos supra habuimus, 318. 319. hunc iterum intruserunt. Quibus sublatis, locus sanus est. *Q. non o. habet g. trigonis Consensum signis.*' Bent. 'Legitur hic vs. Regiomontano ante vs. 347. quocum aptissime cohæret. Duo autem sequentes vs. 343. 'Consumet ductus,' &c. et vs. 344. 'Dicantur partis,' &c. librariorum cum maxime incuria ex vs. 318. et 319. hic

NOTÆ

I.e. dum deflectit a recta linea, et quasi reducta in obliquum flectitur. Dum enim describitur trigonus, ter linea recta ad tres angulos deflectit a via recta, et quasi in se oblique reducitur. Pariter et in tetragono, quater linea recta ad quatuor angulos deflectit a recta via, et quasi in se tandem reducitur. Dispendium igitur viæ rectæ sumitur pro linea recta, quæ flectitur.

341 *Inque vicem*] Trajectio est, pro *invicemque.* vs. 275.

342 *Quocirca non omnis, &c.*] His 10. vss. concludit non omnem genituram, quæ trigona vel tetragona habet, veri trigoni aut tetragoni vires ac dotes sentire; sed eam tantum,

Consumet ductus. Licet ergo signa trigonæ
Dicantur partis, non servant illa trigonis
Consensum signis: nec cum sunt forte quadrata,
Continuo inter se servant commercia rerum.
Distat enim, partes consumat linea justas,
Detrectetne modum numeri, quem circulus ambit:
Nunc tres efficiat, nunc quatuor undique ductus,
Quos in plura jubet ratio procedere signa
Interdum, quam sunt numeris memorata per orbem.

gulos, complebit lineas trigoni. Igitur quamvis signa dicantur esse sortis triangulæ, ea tamen non habent socias vires cum signis triangulis: neque pariter, licet signa dicantur sortis quadrangulæ, idcirco conservant inter se mutuum consensum rerum. Multum enim differt, utrum ductus expleat justas partes, an dirimat aliquid de summa quam circulus continet suo ambitu: an modo faciat tres lineas ex omni parte, an modo quatuor, quas ratio præcipit producere aliquando in plura signa, quam numerata sunt per circulum zodiaci. At vero virtus multo

irrepserunt. Quapropter Codex Paris. rectius eos omisit.' *Stoeb.*—345 Scal. Delph. et vulg. *Nec cum sint sorte quadrata.* '*Sunt* veteres omnes: pro *sorte*, Gemb. *forte.* Repone igitur *sunt forte.* Hoc vult: non in trigoni latere quinque signa, nec in quadrati quattuor signa, consensum et commercium semper inter se habent, nisi ita sint sita ut justa distantia servetur; scil. ut in trigono sit partium 120. in quadrato 90. et ductibus continuatis integer circulus compleatur.' *Bent.* 'Cod. Lips. et Edit. Rom. *sint forte.* Cod. Paris. Regiom. et Ald. *sint sorte*, i. e. sortis quadrangulæ.' *Stoeb.*—347 Scal. Delph. et vulg. post *enim* legunt *an.*—348 Rom. et vulg. *Detractetque.* Scal. Delph. *Detractetve.* 'Tolle *an*, et lege *Detrectetne.*' Bent. 'Lege ex Codd. Ms. et Edit. Regiom. ac ceteris, *an partes, &c.* Eadem phrasis supra vs. 174. Si cum vs. 342. hunc conjunxeris, sensus erit: Non omnis genitura, quæ habet ductus trigonos, statim dicenda habere, nisi consumptos et absolutos habeat. Plurimum enim interest, an linea, quæ aut Trigonum aut Tetragonum facit, consumat justas partes, et partiliter accipiatur: an vero detractet numerum totius circuli, quum scilicet in plura signa procedit, quam ratio numeri per totum orbem postulat. Melius ad mentem Manilii Cod. Paris. *Detractetve.* non *que*, uti Regiom. Hoc autem *detractare*, vel, ut alii scribunt, *detrectare*, idem quod primigenium 'detrahere,' i. e. diminuere. Macrob. Saturn. v. 11. 'In arboribus etiam et frugibus ad indolem vel detractandam vel augendam, major plerumque vis et potestas est aquarum et terrarum quæ alunt, quam ipsius quod jacitur seminis.' *Stoeb.*—349 'Cod. Paris. et Edit. Regiom. *efficiet.*' Stoeb.—350 'Sic Paris. *juvet* Regiom. *proced.*] Idem Regiom. *præced.* alterum tuetur Paris.' *Stoeb.*—351 'Ms. Pa-

NOTÆ

quæ justas consumit alterutrius partes. Aliud enim trigonum tetragonumve voce tenus; aliud vero utrumque verum ac re.

343 *Trigonæ . . . partis*] Signa trigonæ partis, i. e. trigona: signa vero partis tetragonæ, i. e. tetragona. At Rom. et vulg. *partes.* Idem sensus. Quæ enim signa dicuntur 'trigonæ partes,' ea sunt trigona.

348 *Circulus*] Sup. zodiaci.

Sed longe major vis est per signa trigonis,
Quam quibus est titulus sub quarto quoque quadratis.
Altior est horum summoto linea templo:


efficacior habetur in signis trianguli, quam in iis signis quæ nomen habent quadrangulum sub quarto quoque signo. Linea enim horum quadratorum sublimior est,

ris. *sint.*' Stoeb.—352 Scal. Delph. et vulg. *trigoni*, et mox 353. *quadratus*. 'Vide orationis seriem: *vis major est* trigoni, *quam* quibus. Cur non *quorum*, eodem casu genitivo? Deinde, quid est *titulus quadratus*? Repone *trigonis* ... *quadratis*. *Quadratis* Gemb. pro var. lect. Lips. etiam in textu. Quibus titulus est *quadratis*; ut Virg. Georg. IV. 271. 'cui nomen Amello Fecere agricolæ.'

NOTÆ

352 *Sed longe major vis, &c.*] His 6. vss. notat Poëta discrimen virium quod est inter trigonum et tetragonum. Illius vim majorem esse ait, quia ductus laterum illius magis recedunt a summo cœlo, magisque ad terras accedunt: hujus vero magis recedunt a terris, magisque accedunt ad altum cœlum. Quo fit ut aër magis inficiatur a ductibus trigoni; minus vero a lateribus tetragoni. Sic Firmic. de trigonis II. 25. 'et hæc est prospera felixque radiatio.' De quadratis: 'et hæc est minax radiatio, et malitiosa potestate composita, ac inimicitiæ livore plena.'

353 *Sub quoque*] Sup. signo; a quarto enim ad quartum signum instruitur quadratum, etsi singula illius latera complectantur tria tantum integra signa, vs. 295. Utriusque autem ductus una distinguuntur in hac figura:



354 *Horum*] Quadratorum.

Templo] Arcu cœlorum, seu parte illa zodiaci sub qua linea quadratorum ducitur. 'Templum' enim a Manilio usurpatur passim vel pro arcu, seu pro ea cœli concavi parte quam con-

Illa magis vicina meat, cœloque recedit,
Et propius terris accedit visus eorum,
Aëraque infectum nostras demittit ad auras.
At dubia alternis data sunt commercia signis,
Mutua nec magno consensu fœdera servant,
Invita angusto quod linea flectitur orbe.
Nam cum pertransit formatus singula limes

quia remotior est a nobis arcus illius: illa vero, scilicet trigonorum, propior decurrit ad nos, et magis removetur a cælo; et aspectus eorum trigonorum signorum propinquius terris admovetur, et mittit ad nostros flatus aëris, quos spiramus, aëra magis affectum ab iis. Consensus quoque non recti tribuuntur signis, quæ alternatim dissita sunt; nec enim ea signa conservant mutua commercia cum magna concordia, quia linea qua notantur, quasi nolens, recurvatur per angustum arcum in zodiaco. Namque tunc quoque signa configurantur per semitas obliquas, et an-

Bent. 'Pro *trigonis* Codd. et Editi omnes *trigoni*.' Stoeb.—355 Scal. Delph. et vulg. *terras*. 'Ferri potest *terras*. Corrigendum tamen *terris*. Sic enim solet Noster. 'Accedere geminis, centauro gradibus,' &c. *Bent.* 'Melius Codd. *terras accedit visus*, pro quo vulg. dicitur 'aspectus.'' *Stoeb.*—357 Scal. Delph. et vulg. *dimittit*. 'Immo legendum potius *demittit*.' Bent.—358 Scal. Delph. et vulg. *Deviaque*. 'Gemb. optimus in textu *dubiaque*, superne pro correctione *deviaque*. Quæ vero sint 'devia commercia' prorsus ignoro. Repone, *At dubia alternis data sunt commercia signis*. 'Dubia commercia,' non fida et certa, non, ut versu sequente, 'magno consensu servanda.'' *Bent.* 'Lego Codicum fide, *Deviaque alternis*. Paris. in marg. *leviaque* pro varia lect. Vocat 'devia,' quia eorum ὑποτείνουσα remotissima, ideoque obliquus eorum aspectus, ac minimus inter se consensus.' *Stoeb.*—361 Rom. et vulg. *Nam quum per calles formantur singula limos*. 'Interpolata lectio. Gemblac. *Nam quum per tales formantur singula limes*. Sed *limas* legendum; pro quo substituit de suo *binas* bonus Bonincontrius, ne et in hoc quoque sibi dissimilis esset. Ego hanc subtilitatem non capio, ut latus hexagoni binis lineis includam. *tales limas*, scilicet lineas; quas paulo ante 'invitas' vocavit.' *Scal.* Delph. *Nam tum per calles formantur, singula*

NOTÆ

templamur supra horizontem, I. 448. et III. 210. vel pro unius signi, aut signorum aliquot curvatura spatiove, ut hic et infra, vs. 667. 943. et 958. præsertim. Templum igitur quadratorum longius summovetur a terris, quam trigonorum; propiusque cœlis accedit. Pari modo loquitur Poëta vs. 377. de hexagonis, quorum ductus longius a terris recedunt, quam trigonorum aut quadratorum.

357 *Aëraque infectum*] Aliqua scilicet majori affectione; vis enim trigonorum major est, vs. 352.

358 *At dubia alternis, &c.*] His 13. vss. describit hexagonos signorum aspectus. Docet autem laterales hexagonorum ductus magis obliquos esse, quam trigonorum ac tetragonorum, quia linea ducta per signorum sedes in hexagonum alterno signo flectitur; cum quæ ducitur in trigonum a quinto flectatur; quæque in tetragonum, a quarto ad quartum. Hinc duo tantum sunt hexagona: 1. est arietis, geminorum, leonis, libræ, sagittarii, et aquarii; 2. tauri, cancri, virginis, scorpionis, capricorni, et pis-

Sidera, et alterno devertitur angulus astro,
Sexque per anfractus curvatur virgula in orbem;
A tauro venit in cancrum: tum virgine tacta


gulus lineæ circumductæ deflectitur per bina signa, et ipsa linea circumducta per circulum inflectitur per sex curvaturas; v.g. decurrit a tauro ad cancrum: inde,

* * * * * * * * * * * *

limos. 'Rom. et vulg. bene; i. e. per semitas obliquas. Cum enim sexties inflectatur ductus hexagonorum, vix rectus ducitur, sed obliquus. Namque limus, a, um, id est, obliquus: sic 372. 'ac ne limisque videntur;' i. e. obliquis aspectibus. Scal. autem *per tales.... limas*, quasi per senas flexuras; quæ interpretatio minus est limata, immo videtur omnino lima.' *Delph.* 'Locus mendosissimus. *Limas* a Scaligero est; qui obliquas lineas intelligit: sed dic modo verum, an ipsa sidera formantur per tales lineas? Codices universi, *limes.* Unde sic locum restituo: *Nam cum pertransit formatus singula limes Sidera.* In hexagono linea 'pertransit singula sidera,' et alterna tantum ferit. Sic mox de eodem 376. 'Singula circuitu quæ tantum transeat astra.' *Limes* id quod linea; ut I. 607. et sæpe alibi, 'Alter ab excelso decurrens limes olympo.'' *Bent.* 'Regiom. Codicem forte Paris. secutus optime scripturam et mentem Manilii expressit ita: *Nam cum per tales formantur singula lineas.* Sic fere Gemblac. nisi quod in fine habet *limes*, pro quo Scaliger *limas* legendum putat, eodemque modo explicat, scil. lineas tales, quas modo invitas vocavit. Illud *lineas* in modulando versu leg. *linas;*

NOTÆ

cium. Res tota patet in his figuris, in quarum altera utriusque hexagoni lineæ per signa sua describuntur; in altera vero cujusque hexagoni signa singula ex ordine disponuntur.



364 *A tauro venit, &c.*] Non primi, sed secundi hexagoni signa dat in exemplum. Secundum igitur hexagonum incipit a tauro, ejusque 1. la-

Scorpion ingreditur: tum te, capricorne, rigentem,
Et geminos a te pisces, aversaque tauri
Sidera contingens finit, qua cœperat, orbem.
Alterius ductus locus est per transita signa:
Utque ea prætereas quæ sunt mihi singula dicta,
Flexibus hic totidem similis fit circulus illi.

ubi tetigit virginem, adit scorpionem, a quo pertingens ad te, o capricorne, qui gelu contractus es, et a te postea pertingens ad duos pisces, et a piscibus tangens sidera, quæ quasi fronte opposita tauro surgunt, terminat suum orbem in ea parte qua inceperat. Via alterius lineæ hexagonorum est per alia signa, quæ prima linea prætermissa sunt. Et ut ea cuncta prætermittam quæ jam a me commemorata sunt, hic alter circulus fit similis illi alteri per tot flexuras. Ergo quæ signa sequuntur,

uti *Aquinios* apud Catull. XIV. 18. pro quo male vulgatum *Aquinos.*' Stoeb.—362 Scal. Delph. et vulg. *divertitur.* 'Recte vetusti omnes *devertitur.* Cod. Paris. et Regiom. *divèrt.* i. e. altero signo, quod intercipitur, omisso. Sic *a Tauro venit in Capricornum,* nimirum transmissis Geminis.' *Stoeb.*—365 Rom. et vulg. *qua te.* Scal. ex Gemb. et Delph. *quo te.* 'Pro *a quo,* inquit Huetius; nam supra *a tauro,* infra *a te.* Atqui vel ob ista exempla *a* subintelligi nequit. Lege, *tum te, c.*' Bent. 'Ms. Gemblac. *quo,* Paris. Regiom. et ceteri præstantiores, *qua te Capric.* i. e. per quod, scil. Scorpionis Signum.' *Stoeb.*—366 Scal. Delph. et vulg. *adversaque tauro.* 'Qui, malum, *Sidera tauro adversa?* cum ipsum taurum rediens contingat, a quo abiens inceperat. Certissima est Huetii emendatio: *aversaque tauri S. c.* ut alibi sæpe. Et quidem hexagoni latus, eo ductu quo Auctor describit, in posteriora tauri incidit, non in frontem.' *Bent.*—368 'Ineptissime Cod. Lips. *Alternis duct. loc. et per, &c.* Regiom. ceterique, servato *et,* legunt *Alterius.* Primum nempe tangit Hexagonum, cujus *ductus* seu linea ducitur *per transita* (sic etiam divis. leg. Paris.) *Signa,* i. e. per sex alia Signa, intacta a ductu secundi Hexagoni, nimirum per Arietem, Geminos, Leonem, Libram, Sagittarium, et Aquarium. Vs. 370. pro *hic* Paris. ac Regiom. *et.* Iidemque *illis,* pro *illi.*' Stoeb.—369 Rom. et vulg. *Utque ea prætheream.* 'Non quivis sententiam hujus loci capit. Gemblac. habet, *Utque ea prætereas.* Totus locus ita continuandus: *Alterius ductus locus est per transita signa, Utque ea prætereas, quæ sunt mihi singula dicta.* Nihil verius. Ductus alterius orbis est, ut incipias a signis transitis in priore orbe, scilicet ut prætereas ea signa quæ ego vocavi 'singula;' nimirum transita.' Scal.—370 Sic Delph. Scal. et vulg. *et t. s. f. c. illis.*

NOTÆ

tus, quod sinistrum est, pertinet a tauro ad cancrum: 2. a cancro ad virginem: 3. a virgine ad scorpionem: 4. a scorpione ad capricornum: 5. a capricorno ad pisces: 6. a piscibus ad taurum, in quo pariter clauditur.

366 *Aversaque tauri* [*adversaque tauro*] *Sidera*] Arietem scilicet, qui tauro adversus exoritur, I. 264. Itaque linea illa a piscibus per arietem tauro adversum, quem contingit, ducitur ad taurum, in quo clauditur.

368 *Alterius ductus*] Primi nempe hexagoni, cujus ductus seu linea ducitur per transita signa, i. e. per sex alia signa intacta a ductu secundi hexagoni, nimirum per arietem, geminos, leonem, libram, sagittarium, et aquarium, vs. 358. fig.

370 *Flexibus hic, &c.*] *Hic,* i. e. ductus posterior, qui primi est hexa-

Transversos igitur fugiunt sexangula visus,
Quod nimis inclinant aciem, limisque videntur,
Vicinoque latent: ex recto certior ictus.
Tertia convexo conduntur signa recessu.

ea ne vel sub aspectus obliquos priorum cadunt, eo quod nimium inflectuntur, et ne vel obliquis oculis cernuntur, et non videntur a propinquo suo signo. Certior est igitur ictus ab aspectu recto. Tertia signa occultantur in secessu concavo cælorum;

' Circulus hic vocatur, qui hexagonus est. Sed cum risu miror bonum Fayum, qui veram hic lectionem reperit, *Fl. hic t. s. fit c. illi. Hic illi* similis: quia non plura quam duo hexagona duci possunt.' *Bent.*—371 Scal. Delph. et vulg. *subeuntia.* 'Cur 'subeuntia' magis quam stantia? cum aspectus hexagonorum fixi sint. Dedit Auctor, *T. i. f. sexangula v. Sexangula*, ut supra versu 282. 'Cetera sunt simili ratione triangula signa.' 'Sexangulæ apum cellæ,' Plinius; et sæpe alias.' *Bent.* 'Libri omnes, *subeuntia*, i. e. quæ priora subsequuntur. Sic in primo Hexagono Gemini subeunt Arietem; Geminos Leo; Leonem Libra; Libram Sagittarius; Sagittarium Aquarius. Igitur quæ Signa subeunt, vix a prioribus conspiciuntur, aut non nisi oblique, quia propiora sunt.' *Stoeb.*—372 Scal. Delph. et vulg. et sic Cod. Paris. pro *aciem, ac ne.* 'Quale loquendi genus, *ac ne limisque*, pro *ac ne limis quidem?* Deinde falsum est, ne limis quidem sexangula videri; quod esset, omnino non videri. Vident enim et videntur; sed limis oculis, et linea transversa. Gemb. *quod nimis inclinat anne:* Vossianus i. *ac ne.* Lips. *anne;* et pro var. lect. *ac ne.* Repone *aciem.* Ita vetus editio in bibliotheca Regiæ societatis. *Aciem*, hoc est, visum. I. 675. 'Nec visus aciemque fugit.' *Bent.*—374 'Versus spurius. *Convexo* iterum venit linea sequente.' *Bent.* 'Pro *convexo* Cod. Paris. Lips. et Editi universi *converso recessu*, nec male: tum, quoniam vs. sq. iterum habes *convexo*, tum, quia lineæ non ita perpendiculariter, ut in Trigonis et Tetragonis, et per sinistra prius quam dextra

NOTÆ

goni: *illi*, i. e. priori ductui, qui fuit secundi hexagoni. Uterque enim ductus totidem flexibus conficitur.

371 *Transversos igitur, &c.*] His 14. vss. bene monet Poëta vim hexagonorum minus potentem esse quam tetragonorum et trigonorum, quia ductus lateralis hexagonorum altius ad cœlum accedit, et a terris longius recedit. Non solum autem ex ratione ductus, sed ex diverso sexus masculini aut fœminei genere ducitur vis hexagonorum, vss. 379. not.

Sexangula [*subeuntia*] Quæ post priora sequuntur. Sic in primo hexagono gemini subeunt arietem; geminos leo; leonem libra; libram sagittarius; sagittarium aquarius. Igitur quæ signa subeunt, vix a prioribus conspiciuntur, aut nonnisi oblique; quia propiora sunt.

373 *Ex recto certior ictus*] Puta ex trigono aut tetragono aspectu; rectiores hujus utriusque sunt ductus, quam hexagoni, vs. 358. Unde certior quoque ex iis horoscopus.

374 *Tertia . . . signa*] Quæ nimirum in hexagoni lateribus tertium quemque obtinent locum. Quæ enim signa hexagonum adornant, ea singula tertia sede feruntur, v. g. aries, gemini, leo, libra, sigittarius, et aquarius in 1. hexagono: similiter taurus, cancer, virgo, scorpius, capricornus, et pisces in 2. hexagono. Unde, quæ linea per hexagona signa duci-

At quis accedit convexo linea cœlo,
Singula circuitu quæ tantum transeat astra;
Visus eis procul est, altoque vagatur olympo,
Et tenues vires ex longo mittit in orbem.
Sed tamen est illis fœdus sub lege propinqua,

et ductus, qui subsequitur, conjunctus est pariter cælo, qui scilicet solum ambitu suo prætergrediatur quæque sidera. Virtus illius longe stat, et discurrit in supremo cælo, et emittit e remoto loco vires exiguas in globum terrarum. Nihilominus illa

Signa ducuntur.' *Stoeb.*—Scal. et vulg. *At quæ succedit connexa est.* Delph. *Et.*—376 Scal. *transmeat.* 'Transmeare et transire dicitur Manilio linea, quæ a signo ad signum ducitur.'—377 Scal. Delph. et vulg. *Vis ejus.* 'Hæc et in libris vitiosa feruntur, et a Scal. in pejus immutantur. Repono *At quis accedit convexo l. c. S. c. q. t. transeat a. Visus eis p. e. a. q. v. o.* At hexagonis, quibus cælo accedit linea, procul eis visus est, et a terra remotior. *Convexo linea* codices universi: *connexa est* Scal. debetur. Iidem *transeat*, ut 368. 'per transita signa.' Vide ad vs. 361. *Vis ejus procul est, et tenues vires mittit.* Hoccine placet, vis ejus mittit vires? Codex Venet. *visus ejus:* ergo recte emendatum *visus eis:* ergo et recte *quis accedit* pro *quæ succedit.* Utramque emendationem probat vel unus vs. 356. 'Et propius terris accedit visus eorum.' *Visus* ibi trigonorum, hic hexagonorum. Ibi terris accedit, hic cælo.' *Bent.* 'Codices et Regiom. *Et quæ succedit convexo, &c.* Rom. Ald. *connexo*, recte. Pergit enim Manilius loqui de Hexagonis, atque subjungit lineam, h. e. latus Hexagoni, quæ succedit atque attingit sidera illa tertia, cælo proximam esse et velut connexam, quod singula tantum et una astra transmeet: nam quæ succedit, h. e. subtenditur a primo Signo ad tertium, puta a primo puncto Arietis ad primum Geminorum, transmeat tantum Taurum; videlicet exclusive, uti loquuntur, exclusis nempe Ariete et Geminis. De visu seu aspectu Hexagonorum supra vs. 371. Cui si adhuc inhærere, citra lectoris molestiam, Auctor potuisset, scripsisset profecto *visus eorum*, uti vs. 356. vel *ejus*, quod est in Cod. Veneto. Jam vero de vi et efficientia cujusvis in Hexagono lineæ seu lateris sermonem instituit. Quapropter malim retinere veterem lectionem, *Vis ejus*, sc. lineæ, (vs. 375.) *procul est, &c.* scil. quoniam longius a terra recedit, *altoque vagatur olympo*, i. e. cælum propius attingit.' *Stoeb.*—378 'Lego cum Cod. Lips. et Editis præstantioribus, *Et tenuis*, supple, 'licet linea sit.' Hoc vult Auctor: Latus Hexagoni quod sidera homogenea connectit, v. g. Arietem et Geminos; Taurum et Cancrum; 'tametsi infirmum est' propter distantiam suam a terris: quia tamen Signa cognata conjungit, idcirco vi aliqua et efficientia pollet.' *Stoeb.*—379 'Vetus lectio, *Phœbus sub lege propinquus.* Quam tutatus Fr. Junius, sic interpretatur: 'Illos tamen aspectus infirmos Sol ea lege confirmat, si commercia sunt *συγγενῶν*, genere cognatorum, puta marium

NOTÆ

tur a concavo cœlo, vix recedit, vs. 376. Adeo enim crebro flectitur, ut parum absit, quin circulum decircinet. Consule fig. vs. 358.

Convexo] Concavo, I. 207. et 539. Vulgo quippe 'convexum' pro 'concavo' usurpant poëtæ, vel metri, vel alterius rei causa.

377 *Olympo*] Cœlo, I. 173.

379 *Sed tamen, &c.*] His 6. vss. ultimis e 14. quibus hexagonorum rationem explicat, monet interim to-

Quod non diversum est genus, alternantibus astris;
Mascula sed maribus respondent: cetera sexus
Fœminei secum jungunt commercia mundi.
Sic quanquam alternis paret natura figuris,

signa habent commercium ex ratione cognata, quia non habent diversum sexum, et quia sex signa masculina respondent sibi masculis, eo ordine quo feruntur sidera: similiter reliqua sex, quæ sunt generis muliebris, connectunt fœdera cœli. Ita, inquam, mundus obsequitur per alternas formas siderum, et signa sunt sibi propinqua

cum maribus.' Magis autem placet Scaligeri emendatio: fœdus esse tertiis illis Signis sub *lege propinqua*, quasi propinquitatis vel cognationis, *nec diversum illis esse genus;* quippe servato Signorum ordine, mascula sex respondere masculis, totidem feminea femineis; alterna alternis, h. e. tertia tertiis. Igitur Arietem inter et Cancrum fœdus est, quod masculi sunt: est et inter Taurum et Cancrum, quod feminei sunt.' *Stoeb.*—380 Scal. Delph. et vulg. *sed euntibus*, et mox vs. seq. pro *sex, sed.* ' In vs. præcedente *fœdus* recte substituit Scal. pro eo quod omnes libri agnoscunt, *Phœbus:* sed in his duobus non æque bene rem gessit. Quid enim est ' euntibus astris?' Gemblac. in priore vs. non habet *est;* in secundo codices *sed*, non *sex*. Repone *alternantibus astris M. sed m. r.* Alterna astra in hexagonis eodem genere et sexu sunt.' *Bent.* ' Restituenda omnino ex Cod. Paris. vetus et genuina lectio, *quod euntibus astris.* In principio versus ' Quod ' conjunctio; hic autem Relativum est, ad hoc ' discrimen ' referendum. *Non*, inquit, *hexagonis illud est discrimen, quod euntibus astris*, i. e. secundum ordinem suum binis sumptis: masculum unum uni femineo respondet et conjunctum est, v. g. Aries et Taurus. Vs. 381. *sed*] sic Cod. Paris. in textu: *sub* in var. lect.' *Stoeb.*—382 Rom. et vulg. *Feminei se conjungunt.* ' Legimus: *Cætera sexus Feminei. Sic conjungunt commercia Mundi.* Manifesta et certa sententia, cui nemo sanior adversari possit.' *Scal.* Delph. *Fœminei sic conjungunt.* ' Ita fuit interpungendum; male enim Scal. Libri universi *se*, non *sic*. Repone igitur, *c. s. F. secum jungunt c. m.* et nota *secum;* hoc est, feminea cum femineis; non cum masculis.' *Bent.* ' Cod. Paris. et Regiom. *se conjungunt.* Altera lectio magis se commendat, *se jungunt*, i. e. feminea cum femineis, non cum masculis.' *Stoeb.*—383 Scal. Delph. et vulg. *inquam.* ' Rursus τὸ *inquam* a Scaligero est; cui tamen vocabulo nullus hic locus est. Libri veteres *sic quicquam.* Repone, *Sic quamquam alternis paret natura figuris.* Alterna, ait, in hexagonis signa non multum invicem consensum habent; quia linea eorum et visus a terris remotior est: aliquantum tamen habent, quia utraque sunt ejusdem sexus. ergo, quamquam alterna sunt, quod obest; prodest tamen, quod cognata sunt.' *Bent.* ' Ms. Paris. *quoque* in marg. pro var. lect. *quicquam* in versu. Cod. Lips. Rom. et Ald. *Sic quicquam alterius, &c.* Regiom. *Sic quicq. alternis, &c.* Si quid mutandum, scriberem *pariet;* hoc sensu: Sic natura pariet quicquam, seu genituram habet, alternis figuris seu Signis, tametsi ad pariendum sexus requiratur diversus. Magis tamen amo *quicquam*, si per ' aliquan-

NOTÆ

tam hexagonorum vim potius ex cognatione sexus similis, quam ex ipso sextili aspectu duci. Mascula enim maribus, fœminea fœmineis respondent in uno quoque hexagonorum ductu.

Fœdus sub lege propinqua] I. e. sub cognatione sexus, ut jam annotabatur.

Et cognata jacent generis sub legibus astra.
Jam vero nulla est hærentibus addita signis
Gratia: nam consensus hebet, quia visus ademtus.
In seducta ferunt animos, quæ cernere possunt.
Sunt etiam adversi generis connexa per orbem

ex ratione sexus. Nunc autem nulla concordia data est signis conjunctis; nam fœdus omne iis torpescit, quia sibi ereptus est aspectus. Etenim singula convertunt tantum mentes in seipsa, quæ sola possunt videre. Mascula tamen junguntur fœmineis, quæ sunt diversi sexus, et perpetuo intersepta sunt alternatim per zodiaci

tum,' 'aliquatenus' reddi possit. *Paret*, pro 'obsequitur,' quem significatum sequens locutio, 'jacent sub legibus,' egregie firmat.' *Stoeb.*—384 Rom. et vulg. *Et cognata jacent certis.* 'Corruptum a correctoribus. Legem propinquam, cujus supra meminit, vocat hic legem generis, sive sexus. Itaque restitutionem hujus loci Cod. Gemb. debemus. Et sane omnia hæc oculatissimos effugiebant, nedum tirones harum rerum.' *Scal.* 'Cod. Paris. et Regiom. *certis*, sensu non incommodo.' *Stoeb.*—386 Rom. et vulg. *habet.* Mutavit Scal. 'Sic *ademptus* Cod. Paris. Lego cum Regiom. et Cod. Lips. *nam consensus habet quia visus ademptos.* Ordo: Nam quia consensus habet visus ademptos. *Consensus* i. e. conjunctio s. contiguitas. Unde sensus: Nam quia connexio eorum nullum facit aspectum.' *Stoeb.*—387 Scal. ex Gemb. *In se ducta f. a. quæ c. p.* 'In se ducta, quia sibi solis sunt, et non aliis.' Rom. vulg. et Delph. *In se cuncta.* 'Vulg. bene; neque enim signa conjuncta nisi in se ipsa convertunt animos: v. g. aries et taurus non in se mutuo conferunt mentes, sed aries in seipsum, taurusque in seipsum, quia ita contigua sunt ut se mutuo videre non possint. Quem ad sensum Scal. legit.' *Delph.* 'Libri omnes *quæ cernere.* Repone, *In seducta f. animos, quæ c. p.* Hærentibus, contiguis signis, nulla, inquit, concordia est; quia visus ademptus est, nec linea ab uno in alterum duci potest: ergo animos ferunt in seducta et remota astra, in quæ lineæ possunt duci. Quin et doctissimus Huetius, *seducta:* nec minus commode Bullialdus *sejuncta.*' Bent. 'Hoc *animos* est in Ms. Paris. *se cuncta* Idem. Proinde adhuc satius est sequi Regiom. *in se cuncta ferunt animo, quæ, &c.* i. e. secum modo reputant ac considerant, nec cum proximis communicant, quæ cernere possunt. Contemplatio in illis ipsis manet.' *Stoeb.*—388 Scal. Delph. *et diversi.* Rom. et vulg. *Sunt etiam adversi.* 'Legendum, *Sunt et diversi generis.* Sed totus locus ita comprehendendus: *Sunt et diversi generis connexa per orbem Mascula femineis, semperque obsessa vicissim.* Quanvis supra de masculinis et femininis attigerat, tamen hic obiter dicit posse vim sextilibus inesse, qua collegia sunt masculorum et feminarum: non qua sunt

NOTÆ

385 *Jam vero nulla est, &c.*] His 6. vss. aliud genus signorum explicatur, quæ quidem Firmico 'conjuncta;' Ptolemæo 'inconjuncta;' Manilio 'hærentia' dicuntur. Conjuncta, quia sibi contigua sunt; inconjuncta, quia nulla inter se amicitia junguntur; hærentia, quia sibi adhærent; v. g. aries et taurus, taurus et gemini, gemini et cancer, &c.

388 *Sunt etiam adversi generis, &c.*] Namque signa conjuncta feruntur, ut, initio, pro more, ducto ab ariete, mascula fœmineis, et fœminea masculis aut jungantur aut alternatim intersepiantur: v. g. aries et taurus signa sunt conjuncta, quorum illud est masculum, hoc fœmineum: similiter taurus et gemini signa sunt conjuncta, quorum illud fœmineum, hoc vero

Mascula fœmineis, semperque obsessa vicissim:
Disparibus non ulla datur concordia signis.
  Sexta quoque in nullas numerantur commoda vires,
Virgula per totum quod par non ducitur orbem:
Sed duo signa ferit mediis summota quaternis:
Tertius absumto ductus non sufficit orbe.

circulum. Nullum autem fœdus tribuitur signis quæ pari aliqua sorte non feruntur: hinc signa sexta non censentur in ullas virtutes, quia linea, qua describuntur, non est æqualis per totum circulum: verum facit ut duo signa angularia distent a se per quatuor intermedia, ita ut, absoluto fere circulo, tertia par linea non super-

ἐσχηματισμένα, utique lege generis sive sexus, ut ipse loquitur, non autem lege *σχηματισμοῦ*. Neque hæc antea intelligebantur.' *Scal.* 'Repone ex libris omnibus, *Sunt etiam adversi g. c. per o.* Recte *etiam*: nam, præter priorem, quod se mutuo videre nequeunt; alteram nunc causam reddit, cur nulla contiguis gratia sit, quia etiam sexu differunt, et genere pugnant.' *Bent.* 'Sic plane Lips. Editique omnes. Alteram nunc causam reddit, cur contiguis nulla gratia sit, quia etiam sexu differunt, et genere pugnant.' *Stoeb.*—389 'In voce *semperque* Cod. Paris. et Regiom. delent *que*, minus bene ad metri rationem.' *Stoeb.*—392 Recte Rom. et Ald. *per*, non *para*, quod est in Codd. Paris. Lips. et Edit. Regiom.—393 Scal. Delph. et vulg. *facit*. 'Quid, obsecro, est, virgula facit duo signa? Repone, *ferit*. Sic 276.

NOTÆ

masculum; et ita de ceteris. At taurus intercipitur ab ariete et geminis, quæ mascula sunt; gemini pariter ab geminis et cancro, quæ fœminea sunt. Et ita de aliis.

390 *Disparibus, &c.*] His 5. vss. aliud signorum genus explicatur, quod est disparium. Disparia dicuntur ea quæ, qua sorte inter se per zodiacum conferuntur, zodiaci circulum pari mensura aliqua non adimplent. Qualia sunt quæ sexta sunt. Ducta enim linea a sexto ad sextum signum, duo tantum pares ductus fiunt, tertio non adæquato: v. g. linea ducta ab ariete ad virginem, inde ab eodem ariete ad scorpionem, quæ duo signa sunt ab ariete sexta, facit, ut Manilii verbis utar, ut inter hæc duo angularia, virginem et scorpionem, una supersit libra ad tertium ductum adornandum, cum inter utraque signa angularia utriusque prioris ductus quatuor intermedia signa integra comprehendantur: nimirum hinc inter arietem et virginem, taurus, gemini, cancer, leo: inter eundem arietem et scorpionem, pisces, aquarius, capricornus, sagittarius. His igitur duobus ductibus paribus totus zodiaci circulus non adimpletur; sed par tertius non sufficit: unde ejusmodi signa disparia dicuntur, disparesque ejusmodi aspectus vocantur, quibus nulla gratia, nulla concordia, nullaque vis datur.

393 *Sed duo signa*] Sup. angularia, ut monui vs. 390.

394 *Absumto . . . orbe*] Sup. zodiaci. Quanquam non omnino absumitur per duos priores æquales ductus, sed unum tantum superest signum, quod in tertio ductu foret intermedium, cum in utroque priori quatuor sint intermedia.

At quæ diversis e partibus astra refulgent,
Per medium adverso mundum tendentia vultu,
Et toto divisa manent contraria cœlo;
Septima quæque, loco quamvis summota feruntur,
Ex longo tamen illa valent, viresque ministrant
Vel bello vel pace suas, ut tempora poscunt,
Nunc fœdus stellis, nunc et dictantibus iras.

sit. Sed quæ signa lucent ex partibus oppositis, appensa scilicet per medium cælum opposita facie, et quæ distant a se toto cælo, sibi opposita, illa, inquam, licet singula quæque remota sint sede, multum possunt e longinquo loco, et communicant sibi suas vires aut in bellum aut in pacem, prout tempora postulant, modo sole et modo aliis planetis inspirantibus odia et inimicitias. Quod si fortasse placet

linea ferit signa trigona.' *Bent.*—395 Rom. et vulg. *Atque ita.* 'In Gemb. *Atque ea.* Diversitas aperit vitium. Nam neutrum huc infarciendum fuit: ἀρχαϊκῶς scriptum fuerat *Atque* pro *At quæ.* Nihil verius. Ob ignorationem hujus rei mira depravatio periochæ consequuta erat, quam ita concepimus. *At quæ, &c.* Optima sententia, et haud dubie ad propositum Manilii. 'Divisa,' 'adversa,' 'diversa' pro eodem semper ponit, ut habes hic ea continuata.' *Scal.* Scal. Delph. et vulg. pro *e, ex.* 'Gemb. *e,* quod reponendum est.' *Bent.*—396 Scal. Delph. et vulg. *pendentia.* 'Pendentia adverso vultu? Qualis hæc oratio est? qui pendet a vultu nutuve alicujus, non adverso vultu, sed submisso se gerit. Repone *tendentia.*' Bent. Paris. Regiom. *pendentia.* Pro *adverso* Paris. in marg. *adversus.*—398 Scal. Delph. *ferantur;* et sic Paris. et Regiom. 'Veteres omnes *feruntur;* quod melius.' *Bent.*—399 'Gemb. bene. Vulg. (et sic Paris. et Regiom.) *manent.* Launoius *movent,* i. e. valent.' *Delph.*—401 Scal. Delph. et vulg. *Phœbo.* 'Occultum hic cubat mendum, quod ex latibulo suo eruetur. Principio, cur Phœbus et stellæ, sive sol et planetæ, hic inducuntur, quasi fixorum aspectus gubernantes vel mutantes?

NOTÆ

395 *At quæ diversis, &c.*] His 38. vss. aliud signorum genus continetur, quod est oppositorum, seu contrariorum. Opposita autem dicuntur ratione loci, quippe quæ toto cœlo a se divisa pendent: v. g. aries et libra, cancer et capricornus, &c. Licet enim ratione loci sint opposita, alia tamen ratione vel sexus, vel naturæ, vel temporis concordant, aut saltem hisce quatuor rationibus non opponuntur: sic aries et libra loco contraria, ratione sexus et temporis concordant; ambo enim mascula, diesque noctibus adæquant: sic cancer et capricornus sexu quidem concordant, sed loco ac tempore opponuntur, æstate scilicet ac hyeme, quæ duo sunt tempora contraria: sic virgo et pisces loco sunt adversa, sed sexu et natura concordant: ambo enim sunt fœminea, sibique amica, ut infra dicetur vs. 505. Hæc autem jam fusius explicat Poëta a vs. 402. ad vs. 433.

396 *Mundum*] Cœlum, I. 9.

399 *Valent*] Oppositorum vires sunt omnium conspectuum plenissimæ ac potentissimæ; quo enim rectiores sunt aspectuum ductus, eo certior est ictus, vs. 373.

401 *Fœdus* [*Phœbo*] Sole. Planetæ

Quod si forte libet, quæ sint contraria, signa
Per titulos celebrare suos sedesque; memento
Solstitium brumæ, capricornum opponere cancro,
Lanigerum libræ: par nox in utroque diesque:
Piscibus Erigonen, juvenique urnæque leonem:

recensere per sua nomina et loca, quæ signa sunt opposita, recordare opponere solstitium æstivum hyemali; capricornum cancro; arietem libræ; nox enim et dies æqualis est in his duobus; virginem piscibus, et leonem puero atque ejus amphoræ:

nusquam in hoc opere de illis agit Noster; etsi recentiores astrologi de sole et planetis magnis ambagibus magnas nugas agant. Deinde ordinem verborum vide: *nunc Phœbo, stellis nunc et.* In hac vero sententia, nemo non sic dixisset, *nunc Phœbo, nunc et stellis.* Postremo, quid agatur, inspice: ait, septima quæque signa vires suas ministrare, vel bello vel pace, ut fert tempus et occasio: at Phœbus hic et stellæ nihil dictant nisi iras. Si iras tantum, quid siet de pace? Repone et distingue, *Nunc fœdus stellis, n. e. d. i.* hoc est, nunc pacem, nunc bellum. Sic infra 469. Astra 'aut odium fœdusve gerunt.' Pro *Phœbo*, *fœdus*, ut supra 379. recte reposuit Scal. cum codices universi habeant *Phœbus.* Ceterum stellas hic universim accipe, non planetas.' *Bent.* 'Libri omnes: *Nunc Phœbo, stellis nunc, &c.* Planetæ scilicet a Signis, et a Planetis Signa conspici dicuntur quinque modis: Hexagono, Tetragono, Trigono, Opposito, et Conjuncto. Sed potentissimus horum omnium conspectus est, qui fit ex conjunctione; secundus, qui ex oppositione; tertius, qui ex Triangulo; quartus, qui ex Quadrato; ultimus et minimus, qui ex Sextili. Multum igitur Planetæ Signis et Signa Planetis conferunt aut amicitiæ aut odii. *Stellis*] Errantibus scilicet, i. e. Planetis, quorum alii benigna, alii maligna sunt natura.' *Stoeb.*—402 Scal. Delph. et vulg. *sunt*: et sic Paris. et Regiom. 'Gemb. *sint* habet; quod melius.' *Bent.*—405 Rom. et vulg. *dies est.* Correxit Scal. ex Gemb. Paris. et Regiom. *diesque est.*—406 Cod. Paris. *juvenemque.*—

NOTÆ

scilicet a signis, et a planetis signa conspici dicuntur quinque modis. 1. Hexagono. 2. Tetragono. 3. Trigono. 4. Opposito. 5. Conjuncto: sed potentissimus horum omnium conspectus est, qui fit ex conjunctione; secundus, qui ex oppositione; tertius, qui ex triangulo; quartus, qui ex quadrato; ultimus et minimus, qui ex sextili. Multum igitur planetæ signis, et signa planetis conferunt aut amicitiæ aut odii. vs. 642. not.

Stellis] Errantibus scilicet, i. e. planetis, quorum alii benigna, alii maligna sunt natura.

404 *Solstitium brumæ*] Solstitium dicitur quasi solis statio. Bis autem in anno sol stare videtur; semel principio cancri; iterum in principio capricorni; hoc est, circa 22. diem Junii, quo sol cancrum ingreditur, et circa 22. diem Decembris, quo sol idem capricornum intrat. Unde vulgo alterum æstivum, alterum hyemale solstitium dicitur. Verum apud auctores bonæ Latinitatis per hanc vocem 'solstitium' intelligitur solstitium æstivum; et per vocem 'bruma,' solstitium hyemale. Ita omnes boni auctores præter Columellam et Servium, quos deceptos esse constat; sed de his consule Lacerdam in Georg. I. 100.

405 *Par nox, &c.*] Dies noctibus, et noctes diebus æquales sunt in utroque æquinoctio, veris et autumni, hoc est initio arietis et libræ, I. 267.

406 *Erigonen*] Virginem, vs. 32.

Juvenique urnæque] Aquario; quod

Scorpios e summo cum fulget, taurus in imo est:
Et cadit arcitenens, geminis orientibus orbi.
Observant inter sese contraria cursus.
Sed quanquam adversis fulgent contraria signis;
Natura tamen interdum sociata feruntur,
Et generis vinclis concordia mutua surgit;
Mascula quod maribus, vel quod diversa suorum

quando scorpius lucet ex alto cœlo, taurus jacet in infimo; et sagittarius occidit, cum gemini exoriuntur supra terram. Quamvis autem sint opposita, servant tamen inter se certos motus: sed etsi signa lucent opposita signis oppositis, aliquando tamen volvuntur concordia ex natura et sexu. Verbi gratia, mutua in iis reperitur amicitia, si masculina opponuntur similibus sui; aut si, quæ diverso sunt genere,

408 Scal. Delph. et vulg. *orbe.* 'Lege *orbi.*' Bent. 'Supple terrarum. Cod. Paris. et Editi nostri, *orbe*, i. e. in zodiaco, uti supra 394.' *Stoeb.*—409 'Lego *rursus*, non *cursus*. Rursus ea, inquit, contraria invicem sese observant, nempe *ἐκ διαμέτρου*, tamen interdum natura et genere sociantur; ut postea dicet.' *Scal.* 'Atqui *contraria* sequente versu habemus. Nimirum et hic versiculus est irreptitius et ineptus. Quid enim est observare cursus inter se, quæ fixa sunt et eandem distantiam semper servant? Sensit hoc Scaliger, et maluit *rursus; ἀλλὰ κακῷ κακὸν ἰάσατο.*' *Bent.* 'Legunt hunc vs. inter Manilianos ceteros Paris. Lips. Editique omnes. *Contraria* scil. Signa. *cursus*, i. e. motus. Hoc vult: Quamvis sint opposita, servant tamen inter se certos motus.' *Stoeb.*—412 Scal. Delph. et vulg. *generis exemplis.* 'Mirum vero, si astrorum affectus exemplis gubernantur. Ergo astra sensu et ratione sunt prædita; et quæ paulo stultiora sunt, ad exempla prudentiorum se componunt. Codices vetusti, ut scias quantum iis credendum sit, *genera.* Repone, *Et generis vinclis c. m. s. Concordia ex vinclis generis;* ut Cicero, 'vincula concordiæ,' 'amoris,' &c. Noster infra 630. 'Unum pectus habent fideique immobile vinclum.' et III. 106. 'fideique tenet parentia vincla.'' *Bent.* 'Paris. *Et genera exemplis.* Regiom. ad Manilii manum proxime: *Et generum exemplis concord. mut. surgit.*' Stoeb.—413 Scal. Delph. et vulg. *M. si paribus*] *v. si d. s.* 'Immo *maribus*, ut supra 381. 'Mascula sed maribus respondent.' Quid autem hic volunt *si, si?* certe in contrariis et ex diametro oppositis numquam non respondent mascula maribus, feminea feminis. Repone igitur, *M. quod maribus, vel quod d. s.*' Bent. 'Regiom. juxta Paris. sic optime legit et interpungit: *Mascula si paribus vel si diversa suorum est* (.) *Respondent generi Pisces et Virginis astrum* (.) In vs. priore *est* quoque legit Lips. et cum eo Rom. Ald. *Pisces et Virgo respondent generi:* ambo enim Fe-

NOTÆ

signum constat puero Ganymede et amphora, vs. 233.

408 *Arcitenens*] Sagittarius, I. 270.

Orbi] Sup. terrarum, i. e. terris.

409 *Contraria*] Sup. signa.

Cursus] I. e. motus.

411 *Natura*] Quæ duplex est in signis; alia enim sunt mascula, alia fœminea, vs. 150.

412 *Generis* [*genere*] Sexu, qui duplex est, masculinus et fœmineus, vs. 150.

413 *Maribus* [*paribus*] I. e. mascula.

Diversa] I. e. fœminea.

Respondent generi. Pisces sic virginis astro
Adversi volitant; sed amant communia jura:
Et vincit natura locum: sed vincitur ipsa
Temporibus; cancerque tibi, capricorne, repugnat
Fœmina fœmineo, quia brumæ dissidet æstas.
Hinc rigor et glacies, nivibusque albentia rura:
Hinc sitis et sudor, nudusque in solibus orbis;
Æstivosque dies æquat nox frigida brumæ.
Sic bellum natura gerit, discordat et annus:

opponuntur sexui suorum. Pisces v. g. et sidus virginis oppositi feruntur, sed amant leges amicas, et natura illorum superat rationem sedis: sed ipsa natura superatur aliquando a temporibus, et cancer, qui fœmina est ex genere, opponitur tibi, o capricorne, qui quoque fœmineus es, eo quod æstas dissimilis est hyemi. Namque ex una parte sunt frigus et gelu, et campi albescentes nivibus: ex altera parte sunt sitis et sudor, et orbis terrarum nudatur in montibus præ calore, et nox hyemalis facit dies æstivos æquales diebus hyemis. Ita natura pugnat, et annus dissimilis

minei sexus habentur.' *Stoeb.*—414 Scal. Delph. et vulg. *et v. astrum.* 'Hoc ne Latine quidem dictum. Vetusti omnes *astra*, non *astrum*. Repone, *p. sic v. astro A. v.*' Bent.—418 Regiom. *quod*. Paris. in textu *qui*, in marg. pro var. lect. *quia.*—420 Scal. Delph. et vulg. *collibus*. 'Cur vero in collibus, potius quam in campis vel arvis? Repone, *Et s. et s. n. que in solibus o.* Virgilius, Georg. I. 66. 'Pulverulenta coquat maturis solibus æstas.'' *Bent.* 'Vetusti omnes, *in collibus*. Nudus scil. herbis et gramine, præ nimio Solis æstu, quo terra æstate aduritur et arescit.' *Stoeb.*—422 'Scal. bene. Verbum enim *discordat* neutrale est, non activum, unde male Gemb. *discordat et annum*. Male pariter vulg. et Rom. et sic Paris. et Regiom. *discordat in annum*. Neque enim in totum annum natura discordat: sed hyeme tantum et æstate; in his quippe duobus anni temporibus dies ac noctes dissimiles sunt: dissimiles enim sunt noctes hybernæ noctibus æstivis, et dies hyberni diebus æstivis hinc inde ab utroque solstitio. Deinde frigida hyems est, calida æstas. At licet ver et autumnus in hoc disconveniant, quod hic fructus, illud flores ferat; conveniunt tamen in eo, quod in utroque noctes diebus, diesque noctibus æquales sint utrinque ab æquinoctiis ad hyemem et æstatem. Quod

NOTÆ

414 *Generi*] Sexui fœmineo.

416 *Vincit natura locum*] Licet enim virgo et pisces loco sint oppositi, natura tamen non opponuntur, quia ambo sunt fœminea signa.

Sed vincitur ipsa Temporibus] Nimirum in cancro et capricorno; licet enim ambo sint natura simili, nempe fœminea, jura tamen amica non amant, quia in his natura vincitur temporibus, scilicet æstate et hyeme, quæ duo sunt tempora contraria.

419 *Hinc*] I. e. ex parte brumæ.

420 *Hinc*] I. e. ex parte æstatis.

Nudusque in solibus [*collibus*] *orbis*] Sup. herbis et gramine, præ nimio solis æstu, quo terra æstate aduritur et arescit.

421 *Æstivosque dies æquat, &c.*] Noctes enim hybernæ sub bruma, hoc est, sub initio capricorni, æquales sunt diebus æstivis sub solstitio, hoc est, sub initio cancri.

Brumæ] Vs. 404.

Ne mirere in ea pugnantia sidera parte.
At non lanigeri signum libræque repugnant
In totum, quia ver autumno tempore differt:
Fructibus hoc implet maturis, floribus illud.
Sed ratione par est æquatis nocte diebus,
Tempora nam efficiunt simili concordia textu,
Par nox, parque dies, mediis hyemem inter et æstum
Articulis, unum servans utrimque tenorem,

est sibi. Neque tamen admireris signa adversantia sibi in hac parte: namque signum arietis non opponitur in omni ratione, quia ver discrepat ab autumno in tempore: scilicet in hoc, quod replet terram fructibus maturis; illud vero floribus: at similes sunt hac ratione, quod, nocte æquata diebus, faciunt ut tempora non solum conveniant pari contextu; sed etiam ut conservent in una et eadem ratione temporis dies, qui hinc inde a mediis cardinibus interseruntur inter hyemem et æstatem: quo

recte explicat Poëta a 424. ad 431.' *Delph.*—423 Scal. Delph. et vulg. *Nec.* 'Gemb. 'quidem *nec;* sed ceteri melius *ne.*' Bent. 'Paris. ab oscitante librario *mea.*' Stoeb.—424 Scal. Delph. et vulg. *repugnat.* 'Immo *repugnant:* quippe duo sunt; ut mox *hoc, illud.*' Bent.—425 Rom. et vulg. *autumni.* Correxit Scal. ex Gemb. *Autumno*, in ablativo, sup. ab. Alii *autumni;* sup. a tempore: sed minus probata lectio, quanquam eundem sane sensum semper reddit, licet non iisdem verbis.' *Delph.* 'Hoc *autumno*, adjective, pro autumnali recte dicitur. Vide Notas Varior. ad Ovid. Metam. III. 729. Ut autem apud Nostrum h. l. ita accipiamus nulla nobis ratio persuadet. Quin Cod. Paris. cui vs. sq. legitur *hic*, quod a Regiom. quoque expressum, respicit omnino *autumnum* substantive sumptum. Ver, inquit Noster, differt autumno, respectu temporis; sed convenit, respectu æquinoctii, quod asserit statim.' *Stoeb.*—426 Rom. et vulg. *hic.* Correxit Scal. ex Gemb. 'Nam *autumnum* etiam neutro genere veteribus dicebatur. Varro apud Nonium. Et sane dixit 'autumnum tempus' paulo ante.'—427 Rom. et vulg. *Sed ratione pari est æqualis nocte diebus.* 'Minima mutatione legendum, *Sed ratione par est æquatis nocte diebus.* Nisi quis malit, *æquali nocte diebus.*' Scal. Delph. *Sed ratione pares, æquali n. d.* 'Ita castigo. Male enim Scal. Peccat enim in eo quod et vocem *par* corripiat, cum semper producatur; et mentem Poëtæ non assequatur, ut patet ex annotatione nostra supra 422. Male pariter vulg. et Rom. Quis enim aut sensus, aut ordo verborum?' *Delph.* 'Versus spurius et barbarus. Sententia quæ hic quæritur, noctes diebus æquari in tribus sequentibus repetitur: non ergo sit δὶς ταυτόν.' *Bent.* 'Hunc vers. sic descripsit Regiom. *Sed ratione pari est æquali nocte diebus.* i. e. Sed par est ratio veris et autumni; quia nox dies æquat, seu, ratione æquinoctii. *Pari* est etiam in Cod. Paris. *æqualis* pro *æquali* apud Eundem legitur. Mox vs. 428. pro *Tempora nam*, Cod. Paris. et Regiom. *Temporaque.*' Stoeb.—428 Scal. Delph. et vulg. pro *nam* particulam *que* habent.—429 Scal. Delph. et vulg. *Permixtosque dies.*—430 Scal. Delph. et vulg. *uno servantia tempore*

NOTÆ

426 *Hoc* [*hic*] Autumnus.

Illud] Ver.

430 *Articulis*] Duobus scilicet æquinoctiis, qui duo sunt cardines hinc inde æstatem inter et hyemem: his enim duobus, quasi nodis aut articulis, hyems et æstas connectuntur medias inter utrumque æquinoctium.

Quo minus infesto decertent sidera bello.
Talis erit ratio diversis addita signis.

fit ut signa decertent cœlo minus adverso. Talis igitur lex erit data signis oppo-


****

utrimque. ' Ita legimus, non *utrunque*. *Tempore* dixit pro 'temperamento' haud dubie : ut infra : ' ferrique rigor per tempora nota.' Verbum ' temperare ' ab eodem. Nam veteres dicebant 'Tempera.'' *Scal.* ' Evolve modo orationis filum ! Tempora servantia permixtos dies uno tempore. Quid est *tempora tempore?* quid *dies permixti?* hæc portentose corrupta sunt. Statim mihi suboluit *tempore* hic poni pro *tenore;* et postea metri causa verborum ordinem mutatum esse ; quo semel prehenso, cetera non invita sequebantur. Repone, *T. nam e. s. e. t. Par nox, parque d. m. h. i. e. æ. A. unum servans utrimque tenorem. Nam* vel ' enim ' sententiæ necessarium est. *Nox et dies unum servans tenorem.* Virg. Georg. II. 336. ' Non alios prima crescentis origine mundi Inluxisse dies aliumve habuisse tenorem Crediderim.' ubi obiter corgendum *nascentis mundi;* non *crescentis.* Lucret. v. 509. de mari : ' Unum labendi conservans usque tenorem.' et IV. 824. ' Perpetuosque tenet flores, unumque tenorem.'' *Bent.* ' Ante Bentleium omnes, *Permixtosque dies*, i. e. conservant in una et eadem ratione temporis dies, qui hinc inde a mediis cardinibus interseruntur inter hiemem et æstatem.' *Stoeb.*—431 ' *Quo*] i. e. *ut.* Non autem *quo minus* conjunctim. Mox, *bello* primus dedit Scaliger; ceteri omnes *cœlo:* idem tamen sensus. Bene enim Signa dicuntur pugnare 'infesto cælo,' pro ' pugnare et opponi.'' *Stoeb.*—432 *Diversis* hic pro contrariis, oppositis, ponitur. Unde liquet vs. esse adulterinum ; ejusdem forte interpolatoris, qui vss. 409. et 427. textui inseruit.' *Bent.* Pro *erit*, Cod. Paris.

NOTÆ

431 *Quo*] I. e. ut. Non autem *quominus*, conjunctim.

Bello] Hactenus de signorum oppositione, quorum hic figuram apposuimus initio ducto ab ariete, qui opponitur libræ.



His animadversis, restat (quæ proxima cura)

ditis. Postquam hæ res sunt observatæ, prima observatio facienda hæc est, cog-


erat.—433 Scal. Delph. et vulg. *rebus.* '*Noscere* nihil habet, quocum in constructione jungatur. Repone, *H. animadversis restat* (*q. p. c.*) *Noscere tutelas;* ut I. 561. 'Restat, ut æthereos fines tibi reddere coner.'' *Bent.*

NOTÆ

433 *His animadversis, &c.*] His 20. vss. docet Poëta qui Dii Deæve singulis signis, quæve signa singulis Diis Deabusque ascribantur. Sunt autem duodecim magna numina, quorum Dii sex, sexque Deæ: Dii sunt, Ju-

---

Hactenus Poëta varios signorum aspectus explicavit, nimirum, trigonos, tetragonos, hexagonos, conjunctos, et oppositos: sed sunt alii, quos non explicavit, quosque videre est in his figuris, quarum altera varios omnes signorum aspectus continet, altera vero ipsorum explicationes et characteres.



Noscere tutelas, adjectaque numina signis,

noscere tutelas et Deos ascriptos singulis signis; et quæ signa natura parens re-

'Hoc a Bentleio est, cui hoc *rebus*, quod habent Paris. et Regiom. ideo displicuit, quod sequens *Noscere* nil habet, quocum in constructione jungatur. Quidsi vero ita nectamus? His animadversis rebus, cura eaque proxima se. *erit* vel *sit* Noscere, &c. Nonne sic aptissime cohærent? Vs. 437. *nomine*]

NOTÆ

piter, Mars, Neptunus, Mercurius, Vulcanus, Apollo: Deæ vero, Juno, Vesta, Ceres, Diana, Minerva, Venus. Jupiter præest leoni; Mars, scorpioni; Neptunus, piscibus; Mercurius, cancro; Vulcanus, libræ; Apollo, geminis; Juno, aquario; Vesta, capricorno; Ceres, virgini; Dia-

num.	*Nomina.*	*Figur.*	*Dist. grad.*	*Differ. grad.*
1.	*Conjunctio.*	☌	*0.*	..
2.	*Semisextus duodecilis.*	⋇	*30.*	*30.*
3.	*Semiquintilis decilis.*	Jl	*36.*	*6.*
4.	*Semiquadratus octilis.*	Γ	*45.*	*9.*
5.	*Sextilis.*	⚹	*60.*	*15.*
6.	*Quintilis.*	J̊l	*72.*	*12.*
7.	*Quadratus.*	□	*90.*	*18.*
8.	*Sesquiquintilis tridecilis.*	Ĵl	*108.*	*18.*
9.	*Trinus.*	△	*120.*	*12.*
10.	*Sesquadrus triectilis.*	⊠	*135.*	*15.*
11.	*Biquintilis.*	Ĵl	*144.*	*9.*
12.	*Quincunx quadro-sextus.*	Λ	*150.*	*6.*
13.	*Oppositio.*	☍	*180.*	*30.*

Et quæ cuique Deo rerum natura dicavit,
Cum divina dedit magnis virtutibus ora,
Condidit et varias sacro sub nomine vires,
Pondus uti rebus persona imponere possit.
Lanigerum Pallas, taurum Cytherea tuetur,
Formosos Phœbus geminos: Cyllenie, cancrum;

rum dedit cuilibet Deo, quando tribuit vultus divinos magnis Numinibus, et abdidit sub titulo sacrato diversas virtutes, ut persona queat dare auctoritatem rebus. Minerva habet in sua tutela arietem; Venus taurum; Apollo pulchros geminos: tu, o

Cod. Paris. *numine*, quod nolim.' *Stoeb.*—438 Rom. et vulg. *Pondus ut in r.* Correxit Scal. ex Gemb.—440 Rom. et vulg. *Cyllenius.* Correxit Scal.—

NOTÆ

na, sagittario; Minerva, arieti; Venus, tauro. Quæ omnia his quatuor versibus complexus est Ennius, quorum primis duobus Deorum Dearumque nomina continentur eo ordine quo præsunt signis, quæ pariter continentur duobus posterioribus versibus eo ordine quo sub Deorum Dearumque tutela censentur: 'Juno, Vesta, Ceres, Diana, Minerva, Venus, Mars, Neptunus, Jovi', Mercurius, Volcanus, Apollo. Urna, caper, virgo, Cretus, Helles portitor, et bos; Scorpius, et pisces, cancer, leo, libra, gemelli.' Res clare patet in hac figura.

♒	♑	♍	♐	♈	♉
Juno.	*Vesta.*	*Ceres.*	*Diana.*	*Minerva*	*Venus.*
♏	♓	♋	♌	♎	♊
Mars.	*Neptun.*	*Jupiter.*	*Mercur.*	*Vulcan.*	*Apollo.*

435 *Rerum naturu*] Deus; auctor naturæ.

436 *Magnis virtutibus*] Magnis Diis Deabusque.

438 *Persona*] Dignitas nominis: nomen divinum.

439 *Pallas*] Minerva; quippe quæ bonarum artium, sed lanificii præsertim inventrix sit credita: unde nil mirum quod arietem regat.

Cytherea] Venus, vs. 33.

440 *Phœbus*] Apollo, I. 19. qui geminorum alter fingitur, I. 265.

Cyllenie] Mercuri, I. 33.

Tuque, pater, cum matre Deum regis ipse leonem:
Spicifera est virgo Cereris, fabricataque libra
Vulcani: pugnax Mavorti scorpios hæret:
Venantem Diana virum, sed partis equinæ;
Atque angusta fovet capricorni sidera Vesta:
E Jovis adverso Junonis aquarius astrum est:
Agnoscitque suos Neptunus in æthere pisces.

Mercuri, tueris cancrum: et Jupiter ipse cum magna Deorum parente gubernat leonem: virgo pertinet ad Cererem spicas ferentem: et libra, quæ fabri est opus, ascribitur Vulcano; et sævus scorpius Marti: Diana tuetur hominem venatorem, sed qui habet partem equinam: et Vesta tuetur contractum sidus capricorni: e regione Jovis est aquarius, quod sidus est Junonis: et Neptunus agnoscit in mari

441 Scal. Delph. et vulg. *Jupiter et.* ‘*Cyllenie* libri omnes; *regis* solus Gemblacensis; ceteri *regit.* Recte quidem *regis;* sed adhuc barbara oratio est et solœca. Repone, *C. c. Tuque, pater, cum m. D. r. i. l.* *Pater* Deum cum *matre* Deum; multo elegantius quam *Juppiter.* Et jam adscito *tu*, locutio bene Latina est. *Cyllenie, tuque pater Deum:* pro, tu Cyllenie, tuque pater Deum: ut Horatius Serm. I. 10. 90. ‘Demetri, teque, Tigelli;’ pro, te, Demetri, teque, Tigelli.’ *Bent.* ‘Libri nostri et sic bene: *Juppiter et cum matre Deum regit ipse leonem.*’ Stoeb.—442 Rom. vulg. et Delph. *Spiciferæ.* et sic Paris. et Regiom. Mutavit Scal. ex Gemb. ‘Merito spiciferæ Deæ spicifera virgo attribuitur.’—443 *Vulcano* Rom. vulg. et Delph. ‘Rectius, Paris. et Regiom. *Vulcano*, pro a Vulcano.’ *Stoeb.* Mutavit Scal. ex Gemb.—446 Rom. et vulg. *adversum.* Correxit Scal. ex Gemb. ‘Magis probo quam *adversum*, quod tamen Paris. et Regiom. agnoscunt.’ *Stoeb.*—447 Scal. Delph. et vulg. *æquore.* ‘Quid narras? an pisces zodiaci adhuc in æquore sunt? Repone, *A. s. N. in æthere p.* Quamvis in cælo sunt, tamen ut suos dominus agnos-

NOTÆ

441 *Matre Deum*] Cybele.

442 *Spicifera* [*Spiciferæ*]...*Cereris*] Ceres enim Dea frugum credita. Virg. Georg. I. 147. ‘Prima Ceres ferro mortales vertere terram Instituit,’ &c. Ideo vero virginis signo præesse fingitur, quia virgo signum est Augusti mensis, quo segetes maturescunt. Unde virgo spicam læva gerit inter astra, I. 266.

Fabricataque libra Vulcani] Libra quippe fabri est opus: Vulcanus vero Deorum faber fuit, cujus officina fingitur fuisse in Ætna, ubi et Jovis fulmina et Deorum heroumque arma fabricaret.

443 *Mavorti*] Marti, qui belli Deus creditur. Hinc pugnaci scorpioni præesse fingitur.

444 *Venantem ... virum, &c.*] Sagittarium, qui ex humana et ferina forma constat. Os enim babet hominis: pars vero posterior est equi, I. 270. arcum manibus tendit: hinc ipsi Dianam venatricem dominari dicitur.

445 *Angusta*] In se enim, quasi frigore, contrahitur capricornus in cœlis. Unde huic Vestam, cui sacratus ignis servabatur, dominari fingitur.

446 *E Jovis adverso, &c.*] Aquarius enim, quod Junonis est astrum, adversus est leoni, quod Jovis est astrum.

447 *Neptunus*] Deus maris, I. 219.

Hinc quoque magna tibi venient momenta futuri.
Cum ratio tibi per stellas et sidera curret,
Argumenta petes omni de parte viaque,
Artis ut ingenio divina potentia surgat,

pisces esse de suo imperio. Oportet ut inde capias magna et eximia argumenta futuri: namque quando mens tua discurret per stellas et signa, duces argumenta et rationes scientiæ sideralis ex omni parte, ut divinæ vires siderum adsint menti tuæ,

cit.' *Bent.* 'Sic corrigendum putavit Columna ad Enn. pag. 165. sed sine Codd. auctoritate. Omnes enim *æquore*, quod non mutandum, siquidem ita concipi verba possunt: Neptunus, in æquore existens, agnoscit pisces æthereos suos, i. e. pro suis habet. Vs. 448. *Hinc*] Paris. in marg. vel *hic.* in fine, pro *futuri* Idem *futura.*' Stoeb.—449 Rom. et vulg. *Cum ratio tua fert.* 'Mirum in modum dissimulata lectionis veritas: Manilius scripsit: *Quum Ratio variet stellas, et sidera curet.* Sequentia tantum abest, ut hanc emendationem non confirment, ut eam ultro poscere videantur. Sed melius fecero, si totum locum apponam: *Quum Ratio variet stellas, et sidera curet, Argumenta petes omni de parte, viasque Artis, ut ingenio divisa potentia surgat, Exæquentque fidem Cælo mortalia corda.* Quum Ratio καὶ ἡ πρόνοια variet stellas κατὰ τὴν καὶ πρὸς ἄλληλα καὶ πρὸς τὰ ζώδια σχέσιν, variet etiam methodum ingenium humanum, et certet cum Cælo. locus ille illustris et a puero capi potest.' *Scal.* '*Variet* a Scaligero est, infelice conjectura. Omnes libri, *cum ratio tua fert stellas.* Pro *curet* vero Gemblacensis et Vossianus *curat*: Lipsiensis et Venetus *curret.* Repone, *Cum r. tibi per st. et s. curret.* hoc est, cum in munere astrologico et fatis ex genitura prædicendis versaberis.' *Bent.* 'Cur iterum *tibi*, quod modo præcessit? Qualis item locutio: *ratio curret tibi?* Si ita scriptum reperiretur in Membranis, esset profecto, cur Librariorum incuriam accusemus. Bene autem illis et nobis, quod constanter ferunt: *Cum ratio tua, &c.* Hoc *tua* retinuit etiam Fr. Junius, qui primus cetera Bentleio vulgata ex ingenio refinxit. Codices enim scripti et vulg. Vett. sic habent *Cum ratio tua fert stellas et sidera curet.* Ubi non est, cur repudient Interpretes illud *fert;* quod quippe sensum reddit altero longe meliorem: *Cum ratio tua,* i. e. motus animi, ad cognoscendum *fert* pro *fertur*, vel *fert* scil. *te ad stellas,* i. e. constellationes, *et sidera curet.* Cod. Lips. *currat,* quod legendum *curat,* i. e. operam dat Signis Zodiaci et Planetis.' *Stoeb.* Delph. *Cum ratio tua per stellas et sidera curret.* 'Ita restituo ex Jun. Bitur. ad sensum Manilii.' *Delph.*—450 Scal. Delph. et vulg. *viasque,* et mox *divisa.* 'Ita quidem Codd. sed repone et distingue, *viaque, A. u. i. divina p. s. Divina* etiam editio Rom. sic et III. 90. 'Cardinibusve movet divina potentia mundi.' *Artis ingenio,* ut Ovid. Met. VIII. 159. 'Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis.' *Bent.* 'Deleta hic distinctione, tuto legere cum Scriptis Editisque potes: *viasque Artis, ut, &c.* Non prorsus ineptum *divisa*, quod Cod. Paris. tuetur, si ita acceperis: potentia stellarum et siderum inter deos divisa. Ceteri autem Mss. et vulg. *divina,* quemadmodum III. 90.' *Stoeb.* Male nonnulli legunt *divisa,* aut saltem non ad mentem Manilii, qui de Deo-

NOTÆ

448 *Hinc quoque, &c.*] His 5. vss. postremis monet Poëta non parum attendendum esse ad has signorum tutelas in horoscopo describendo; nihil enim omittendum, ut alibi passim monet.

451 *Artis*] Astrologiæ.

Divina potentia] Vis ac virtus Deo-

Exæquentque fidem cœlo mortalia corda.
Accipe divisas hominis per sidera partes,
Singulaque in propriis parentia membra figuris;

et humana mens comprehendat id omne quod cœlum protendit. Disce jam quæ membra hominis distributa sint per signa, et quæ singula membra subjiciantur suis

rum tutelis agit, non de dispersis per sidera viribus.' *Delph.*—452 Scal. Delph. et vulg. *cæli.* 'Libri veteres *cælo*, quod et Scal. malebat. Lucret. I. 80. 'nos exæquat victoria cælo.' hoc vult, ut tam certa sit Chaldæi mathematici prædictio, quam ipsum in cælo fatum.' *Bent.* 'Sic Gemblac. et Lips. Sed Editi Vett. cum Paris. *cæli*, quod alteri præferre non dubito. Sensus: Ut Astrologi prædictio eam habeat fidem, quæ ipsi cælo vel Signis cælestibus debetur. Sic Virgil. Georg. I. 463. sqq. 'Solem quis dicere falsum Audeat? Ille etiam cæcos instare tumultus Sæpe monet, fraudesque, et operta tumescere bella.' Poterit etiam illud *cæli* non incongrue ad *oraculi* fidem referri. Unde Juvenalis Sat. VI. 553. sq. 'Chaldæis sed major erit fiducia: quicquid Dixerit Astrologus, credent a fonte relatum Hammonis,' &c. Alii malunt *fronte*. Frustra. Malim *fronde*, si licet Hammonem transferre Dodonam, ubi, Silio interprete III. 680. 'Impleat fatidica Dodonida murmure quercum.' Jovem vero Dodoneum et Hammonem quis negaverit eundem esse, diverso licet cognomine? Consule Augustin. de Civit. Dei VII. 11.' *Stoeb.*—454 Scal. Delph. et vulg. omittunt præpositionem *in*. 'Sic auctore Gemblac. mutavit Scaliger. Consentit Lips. At voculam *in* neuter agnoscit.

NOTÆ

rum Dearumque quibus signa subjiciuntur. Itaque, *ut divina potentia surgat ingenio*, interpretor, ut Deorum ac Dearum vires per tutelas agnoscas.

452 *Exæquentque fidem, &c.*] I. e. utque mens humana tua possit comprehendere quicquid virium cœli protendunt et habent per sidera.

453 *Accipe divisas, &c.*] His 12. vss. docet Poëta quibus humani corporis partibus quæque signa dominentur. Quæ quidem non mediocriter faciunt ad horoscopum, cum valetudinis ac vitii locum invenire voluerimus. Res autem hæc tota patet in hac figura, quam ex Firmico II. 27. accepimus.

♈	♉	♊	♋	♌	♍
Caput	*Cervix*	*Humeri*	*Cor*	*Pectus*	*Venter*
♎	♏	♐	♑	♒	♓
Renes	*Inguina*	*Femur*	*Genua*	*Tibiæ*	*Pedes.*

454 *Figuris*] Signis, formis cœlestibus.

In quis præcipuas toto de corpore vires
Exercent. Aries caput est ante omnia princeps
Sortitus, censusque sui pulcherrima colla
Taurus; et in geminos æquali brachia sorte
Scribuntur connexa humeris; pectusque locatum
Sub cancro est; laterum regnum scapulæque leonis;
Virginis in propriam concedunt ilia sortem;
Libra regit clunes; et scorpios inguine gaudet;
Centauro femina accedunt; capricornus utrisque
Imperitat genibus; crurumque humentis aquarî

signis, in quibus membra exercent suas peculiares vires ex toto suo corpore. Aries primus assumsit sibi caput præ ceteris; et taurus formosissimas cervices, quæ sunt suæ sortis; et brachia juncta cum humeris ascribuntur geminis pari ratione; et pectus positum est sub cancro; et imperium laterum et dorsi venit in jus leonis; et intestina in propriam sortem virginis veniunt; libra gubernat nates; et scorpius dominatur genitalibus; coxæ contingunt sagittario; capricornus dominatur utrisque genibus; dominium crurum pertinet ad aquarium effundentem aquas; et pisces

At enim *hominis partes* vs. præced. et *membra* idem prorsus sonant. Quapropter malim sequi Cod. Paris. et, quibus ille præluxit, Editores Regiom. Ald. Rom. qui consensu ferunt, *parentia signa figur. parentia* h. l. accipiendum pro *apparentia*, quam notionem Lexicographi evincunt. Hoc vult Auctor: Astrologiæ cupido discendum esse tum quem in modum membra humana per Signa sint distributa (vs. 453.); tum quomodo Signa singula membri seu partis nobilioris speciem propriis figuris, i. e. characteribus Astrologicis, referant et designent. e. g. ♉ cervicem, ♐ femur, ♓ pedes, &c. Confer etiam, si lubet, quæ ad hosce Characteres commentatus est Nannius Miscell. Syllog. v. 3.' *Stoeb.*—458 Scal. Delph. et vulg. *et in geminis.* 'Codices *et in.* Repone *et in geminos.* ut sup. 268. 'Quattuor in partes scribuntur sidera terna.' *Bent.*—461 Scal. Delph. et vulg. *descendunt.* 'Cur autem *descendant*, magis quam *ascendant?*' Repone *concedunt.* ut III. 118. 'hoc totum partem concessit in unam.' *Bent.*—462 Scal. et vulg. *et.* 'Libri omnes *et.*' Bent.—

NOTÆ

455 *Toto de corpore*] Totis de viribus, fortiter, omnino.

456 *Caput*] I. e. faciem, oculos, aures: et morbos qui in capite generantur.

457 *Censusque sui, &c.*] Taurus sortitus est colla, i. e. cervicem et guttur, quibus præ ceteris animalibus potens est ac gaudet.

458 *Brachia*] Humeri, brachia, et manus ascribuntur geminis; quippe qui ambo sese brachiis complectantur: unde addidit Poëta, 'æquali sorte,' qua nempe taurus colla sortitus est.

459 *Pectusque .... Sub cancro est*] I. e. pectus, mammæ, splen, pulmo, venterque superior, ac costæ.

460 *Laterum regnum*] I. e. stomachus, ventriculus, cor, lateraque, et dorsi spina descendunt in propriam sortem leonis.

Scapulæque] Sup. regnum, i. e. dorsum, seu spina dorsi.

461 *Ilia*] Alvus, intestina.

462 *Inguine*] Pudendis, vesicaque.

Arbitrium est; piscesque pedum sibi jura reposcunt.
Quinetiam propriis inter se legibus astra
Conveniunt, ut certa gerant commercia rerum;
Inque vicem præstant visus, atque auribus hærent,
Aut odium fœdusve gerunt; conversaque quædam
In semet proprio ducuntur plena favore.

vendicant sibi sortes pedum. Præterea signa consentiunt inter se ex propriis juribus, et ferunt certas societates et quædam fædera rerum; et convertunt oculos in se invicem, et sese mutuo audiunt; aut ferunt inimicitiam, vel amicitiam; et quædam intuentia in se ipsa afficiuntur plena proprio amore. Ideo amicitia inest

464 Scal. Delph. et vulg. *Imperat in g. crurum fundentis a.* 'Vetusti quattuor, *Imperat et g.* Repone *Imperitat.* ut Horat. Serm. I. 64. 'Olim qui magnis legionibus imperitarent.' Notant hic interpretes *fundentis* absolute positum, ut supra 238. 'Parsque marina nitens fundentis semper aquari.' Sed et vs. iste spurius est, et hic mendosus. Repone *crurumque humentis a.* Ut Noster v. 444. 'Sed regione means Cepheus humentis aquari.'' *Bent.*—467 Rom. et vulg. *et certa gerunt.* Correxit Scal. ex Gemb. 'Sic Carrio quoque legit Emendat. II. 2. ex Cod. Gemblac. quod nescio cur Scaliger melius judicet, quam quod a Regiom. ceterisque non novitiis Editoribus, adstipulante Ms. Paris. vulgatum, *et certa gerunt;* præsertim cum præcedit *conveniunt*, et sequitur *præstant.*' Stoeb.—469 Scal. et vulg. *fædusque.* 'Veterrimi duo Gemb. et Lips. *fædusve.*' Bent.—470 Rom. et vulg. *plena furore.* 'Itane sunt quædam signa, quæ sibi inimica, et quidem furore in se convertuntur? Absurditatem tollit Gemblacensis, qui habet *plena favore.* Rectissime. Sunt quædam φιλαυτοῦντα, ut et quædam sunt αὐτοβλεπτοῦντα. *furore* pro *favore* interpolarat Bonincontrius, ut alia fere omnia, in quibus ejus textus a

NOTÆ

466 *Quinetiam, &c.*] His 19. vss. monet Poëta se acturum de altera signorum affinitate. Triplex quippe signorum affinitas distinguitur. Altera eorum, quæ ex trigono, tetragono, hexagono, opposito, conjunctoque aspectu cognata sunt; de quibus hactenus. Altera eorum quæ sese videntia, sese audientia, sese amantia, vel non amantia, i. e. ingrata, quæque sibi ipsa placentia dicuntur, de quibus jam est acturus ab hoc vs. 466. ad vs. 462. Tertia eorum, quæ imperantia et obedientia censentur; de quibus postea disputabitur. Interim monet hujusmodi sortem signis a Deo datam, cum mundum et astra conderet. Unde tales esse plerasque hominum naturas, qui genus ex astris ducunt, ut alii sese mutuo hilarioribus oculis intueantur; alii sibi invicem consulant et pareant; alii sese amore vel ingrato animo prosequantur; alii sibi ipsi toti placeant et indulgeant, pro varia ejusmodi signorum sorte, quam sigillatim expositurus est infra a vs. 485. ad vs. 516.

468 *Inque vicem præstant visus*] Sese videntia.

Auribus hærent] Sese audientia.

469 *Aut odium fædusve gerunt*] Amantia et vicissim non amantia, i. e. ingrata.

470 *Proprio ducuntur favore*] Sibi indulgentia.

Idcirco adversis nonnunquam est gratia signis;
Et bellum sociata gerunt: alienaque sede
Inter se generant conjunctos omne per ævum,
Utrique aut sorti pugnant, fugiuntque vicissim.
Quod Deus, in leges mundum cum conderet omnem,
Affectus quoque divisit variantibus astris,
Atque aliorum oculos, aliorum contulit aures;
Junxit amicitias horum sub fœdere certo,
Cernere ut inter se possent audireque; quædam
Diligerent, aliis noxas bellumque moverent:
His etiam propriæ foret indulgentia sortis,
Ut se diligerent semper, sibique ipsa placerent.
Sicut naturas hominum plerasque videmus,
Qui genus ex signis ducunt formantibus ortus.

aliquando signis contrariis, et contra signa concordia inferunt sibi bellum, et quæ sunt contraria loco inter se, gignunt homines amicos per totam vitam; et advertuntur huic utrique rationi, et alternatim cedunt. Ita Deus, quando creavit totum universum in certa jura, distribuit etiam certas affectiones signis mutantibus; et commiscuit visus aliorum, et aures aliorum, et conjunxit amicitias aliorum; sub certa concordia, ut alia queant videre sese, et alia audire sese, et ut amarent alia, et cierent odia et bella aliis; et ut amor propriæ suæ naturæ ita esset aliis, ut perpetuo seipsa amarent, et ipsa sibi indulgerent. Quemadmodum cernimus plerasque gentes hominum, qui trahunt naturas suas ex sideribus, quæ effingunt eorum mem-

scripta lectione dissentit.' *Scal.*—471 Scal. Delph. et vulg. et sic Paris. et Regiom. omittunt vocem *est*. Reposuit Bent.—473 'Lege et distingue *conjunctos omne per ævum, Utrique et sorti* (:) *pugnant*, &c. i. e. generant tales, qui semper tam natura quam sexu sunt conjuncti. Ms. Paris. in contextu *geminant*, in marg. *generant*, pro varia lectione.' *Stoeb.*—474 'A libris veteribus abest *et*. Lege *utrique aut sorti*.' Bent.—479 Scal. Delph. et vulg. *possint*, et mox *alia et*. 'Solus Gemb. *possent*. Recte, ut mox *diligerent*, *moverent*. Tum lege et distingue: *possent audireque; q. diligerent, aliis, &c.*' Bent.—

NOTÆ

471 *Adversis*] Contrariis, non quidem sede aut loco, sed natura ac genere.

472 *Sociata*] Scilicet natura ac genere.

Alienaque sede] Opposita loco et sede.

474 *Utrique sorti*] Nempe generis ac loci. Namque licet natura ac sexu similia signa sibi bellum gerant, ut dixit vs. 472. aliquando tamen non pugnant, sed cedunt amicitiæ et generis sorti: pariter licet opposita loco signa generant homines conjunctos amicitia per tempus; aliquando tamen in hoc non pugnant, sed et inimicos generant.

475 *Mundum*] Universum, vel ipsum tantum cœlum, 1. 9.

477 *Contulit, &c.*] Fecit ut sese viderent alia, alia sese audirent.

Consilium ipse suum est aries, ut principe dignum est,
Audit se, libramque videt: frustratur amando
Taurum; lanigero qui fraudem nectit, et ultra
Fulgentes videt, atque audit per sidera pisces,
Virgine mens capitur. Sic quondam vexerat ante

bra. Aries ipse sibi consulit, ut decet ducem, audit seipsum, et intuetur libram, sed decipitur in amore suo. Taurus, qui parat dolum arieti, et intuetur trans arietem pisces lucentes, et audit illos per astra, capitur amore virginis. Ita olim antea

484 Delph. *artus.* 'Membra, corporis partes, corpus. Ita restitui ad mentem Manilii vs. 83. 'Ducit ab æthereis terrena animalia signis.' At Gemb. *ortus*, i. e. nativitates, quæ lectio minus probatur.' *Delph.* 'Libri universi *ortus.* Operarum typographicarum erratum est in posteriore Scaligeri editione, quod pro emendatione Fayus arripuit.' *Bent.*—487 Scal. Delph. et vulg. *Taurus.* 'Gemblacensis, Lipsiensis, et Venetus *taurum.* Lege igitur et distingue, *frustratur amando Taurum: lanigero qui fraudem nectit. Frustratur*, quia taurus pro mutuo amore fraudem ei nectit. Ut *frustro* active, ita *frustror* passive. Priscianus, p. 793. Fenestella: 'frustratus igitur a spe, devictus in castra se recepit:' frustratus, ματαιωθείς. Laverius: 'frustramur, irridemur.' Noster I. 887. 'Ad juga mœrentes cogunt frustrata juvencos.'' *Bent.* 'Ita recte olim emendavit Carrio II. 7. Cod. Paris. et Regiom. *Audit sed libramque videt, &c.* Dicit Auctor: Arietem se ipsum audire. Libram vero videre, Taurum amare, a quo tamen frustratur. Monuit Carrio, hoc *nectit* in suis membranis deficere, neque aliam ullam vocem illius locum occupare. Optime autem vox *nectit* habet, cf. infra vs. 600. Agnoscit eam h. l. Cod. Paris. cum Lips. dedit Regiom. qui etiam legit, *Virgine mens capitur*, non *Mars*, neque *amans*, quod Scaligero et Fayo placuit. Sententia horum versuum eo redit: Taurum odisse Arietem, videre et audire Pisces, amare Virginem. Vs. 490. pro *retinentem* Cod. Paris. in marg. *renitentem.* Alterum magis probandum, concinente Ovidio mox citando.' *Stoeb.*—489 Rom. et vulg. *mens;* alii *amens.* Scal. et Delph. *amans.* 'Libri universi *mens;* quod mutare non debuit Scaliger; cum eadem utriusque sententia est. Ceterum 'taurus,' inquit Huet. 'videt virginem, non pisces: quod ignoresse Manilium haud credibile est. Quid igitur si legamus, *et ultra Fulgens haud videt, ast q. p. s. p.* Sane taurus videt virginem; ut ex schemate

NOTÆ

485 *Consilium ipse suum est aries, &c.*] His 31. vss. recenset jam Poëta quæ signa dicantur sese videntia; quæ sese audientia; quæ sese amantia, aut contra; quæque sibimet placentia. Istis autem 2. vss. prioribus ait arietem videre libram, audire seipsum, amare taurum, a quo tamen non vicissim amatur, immo a quo sibi fraus nectitur, vs. 487.

486 *Frustratur amando*] Amore suo decipitur. *Frustratur* enim passive sumitur hic.

487 *Taurus lanigero, &c.*] His 4. vss. docet taurum videre virginem, vs. 499. et audire pisces; amare virginem, et fraudes ac insidias parare arieti, a quo tamen amatur, vs. 485. not.

489 *Sic quondam vexerat, &c.*] Alludit Poëta ad fabulam Europæ virginis, quam Jupiter forma tauri albi indutus raptam dorso intulit per mare in Cretam, et ex qua Minoa filium suscepit.

Europam dorso retinentem cornua læva,
Indutusque Jovi est. Geminorum ducitur auris
Ad juvenem æternas fundentem piscibus undas,
Inque ipsos animus pisces, oculique leonem.
Cancer, et adverso capricornus conditus astro,
In semet vertunt oculos; in mutua tendunt
Auribus; et cancri captatur aquarius astu.

portaverat dorso suo Europam virginem, quæ sinistra arripuit cornua illius, et ipse induerat formam Jovis. Auris geminorum præbetur ad puerum, qui effundit perpetuas aquas piscibus; et cor eorundem ducitur in ipsos pisces; et oculi ducuntur in leonem. Cancer (æque ac capricornus, qui formatur in sidere opposito) convertit oculos in seipsum; et uterque sibi invicem præbet aures; sed aquarius ama-

videre est. Noster vero hic maluit se poëtam magis quam astrologum ostendere: et sciens prudens schema deseruit, ut Europam et Jovem induceret. Repone ex libris vetustis *vexerat.*' Bent.—491 Scal. Delph. et vulg. omittunt vocem *est.* 'Series ipsa orationis legendum monet *est.*' Bent. 'Dele τὸ *est.* Taurus, ait, Jovi indutus, i. e. circumpositus, circumdatus, vel, Jupiter forma tauri albi indutus vexerat ante Europam. Vide infra ad IV. 683. sqq. Ovidius Fastor. v. 607. de Europa cecinit: 'Illa jubam dextra, læva retinebat amictus.' Sed Nostro magis convenit cum Achille Tatio Eroticor. princ. *Geminorum ducitur auris, &c.*] Gemini audiunt Aquarium, (supra vs. 233. et 406.) amant Pisces, vident Leonem. Ita enim in posterioribus sunt verba collocanda: Animus Geminorum ducitur in ipsos Pisces, oculique Geminorum ducuntur in Leonem. Pro *auris* Cod. Paris. et Regiom. *aures.*' Stoeb. 'Male alii legunt *Impulsusque Jovi:* alii *Inductusque.*' Delph.—493 Paris. et Regiom. *animum ... oculosque.*—494 Rom. et vulg. et sic Paris. et Regiom. *conditur.* correxit Scal.—495, 96 Scal. Delph. et vulg. *Vertitur in semet oculis i. m. tendit*, et mox pro *at, et*, et pro *astu, astro.* 'Gemb. solus, *in semet vertunt oculosque:* ille vero et ceteri veteres *tendunt*, et *et* pro *at.* Repone *In semet vertunt oculos, i. m. tendunt A. et c. c. a. astu. Astro* versum abhinc alterum finierat. *Astu* captatur ut inf. 634. 'Sæpe est et subdolus astus.' *Bent.* 'Carrio leg. *qui in mut. tend.* Dicit Auctor: 'Cancrum et Capricornum esse Signa αὐτόβλεπτα, mutuo tamen se audire, Cancrum amare Aquarium, Capricornum vero Geminos.' Cod. Paris. et Regiom. *Vertitur in semet oculis.* pro *in mutua*, Paris. *immutataque*, Regiom. *in mutaque.* uterque *tendit*, non *ten-*

NOTÆ

490 *Europam*] Cadmi sororem, Agenoris regis filiam. De qua Ovid. Metam. I. et II.

491 *Indutusque Jovi*] *Jovi* scilicet pro *Jove*. Bene enim dicitur indutus Jove, vel Jovem. Revera autem Jupiter induerat formam tauri, ut Europam virginem raperet, Ovid. Metam. I. et II.

Geminorum ducitur auris] His 3. vss. docet geminos convertere oculos in leonem, audire aquarium, et amare pisces.

492 *Juvenem*] Aquarium, vs. 406.

494 *Cancer, et adverso, &c.*] His 3. vss. ait cancrum intueri seipsum, sicut capricornus, qui cancro oppositus est per sidera, intuetur pariter seipsum; et utrumque se mutuo audire; et cancrum capi amore aquarii.

At leo cum geminis aciem conjungit, et aurem
Centauro gemino, capricorni diligit astrum.
Erigone taurum spectat, sed scorpion audit,
Atque sagittifero conatur nectere fraudem.
Libra suos sequitur sensus, solumque videndo
Lanigerum, atque animo complexa est scorpion infra.
Ille videt pisces, oditque per omnia libram.

tur a sidere cancri. Verum leo confert oculos cum geminis, et binas aures cum sagittario, et amat sidus capricorni. Virgo aspicit taurum, sed audit scorpionem, et nititur parare dolum sagittario. Libra suum sibi est consilium, et comprehendit visu solum arietem; et corde scorpionem, qui infra seipsam jacet. Scorpius vero spectat pisces, et audit virginem, quæ est vicina libræ. Et sagittarius solitus

dunt. Regiom. post illum Carrio, quibuscum facit Cod. Lips. legunt *astro*; quod tantum abest ut *astrum*, in fine alterius abhinc versus recurrens, illud h. l. immutandum suadeat, quin potius vulgatum *astro* confirmet. Quod præcedit, *captatur*, pro varia lectione habet in marg. Cod. Paris. in textu *aptatur*.' Stoeb.—497 '*At leo*] Paris. superne, *Et leo*. pro *aciem*, Idem *animum*. Legendum autem, *conjungit aciem* scil. oculorum. i. e. Leo videt Geminos, audit Centaurum (.) Et hac distinctione sententia Carrioni recte finitur.' *Stoeb.*—498 Rom. et vulg. *Centaurus*. Correxit Scal. Scal. Delph. et vulg. *geminos*. 'Falsum hoc, capricornum amare geminos; amat enim leonem. Repone *C. gemino: c. d. a.* Ita inf. 552. 'geminumque sub arcu Centaurum.' *Bent.* 'Regiom. cum Paris. *Centauros geminos*. Legendum ergo, omissa interpunctione, cum Scaligero: *Geminos Capricorni diligit astrum*.' Stoeb.—502 Scal. et vulg. *intra*. 'In Gemblacensi verbum ultimum desideratur. Ceteri libri *infra*. Aut lege *infra*, quia scorpios sequitur libram; aut *scorpion acrem*, ut infra versu 513.' *Bent.* 'Libra amat Scorpium. Vocem *infra* negat Carrio in membranis legi. Habet vero, teste Fayo, Gemblac. Habent Paris. et Lips. Regiomontanus quoque in suo legit. Denotat autem Scorpium, qui *infra* Libram est, s. qui eam ordine sequitur.' *Stoeb.*—503 Scal. et vulg. *auditque per omnia*. Delph. *audit quæ est proxima l.* 'Falsum est, ait Scaliger, scorpion audire libram: audit enim virginem. Recte hoc: unde Bullialdus corrigit, *Ille videt pisces, audit quæ proxima libræ*. Sed dedit Auctor, *oditque per omnia libram*. ut taurus fraudem nectit arieti, ita pari ratione scorpios odit libram.' *Bent.* Pro

NOTÆ

497 *At leo, &c.*] His 3. vss. scribit leonem videre geminos, audire vero sagittarium, et amare ipsum capricornum.

498 *Centauro*] Sagittario, I. 270. et 406.

499 *Erigone taurum, &c.*] His 2. vss. ait virginem videre taurum; audire scorpionem, et fraudes nectere sagittario, a quo tamen amatur, ut dicetur vs. 507.

501 *Libra suos, &c.*] His 2. vss. monet libram videre arietem, a quo vicissim videtur, vss. 486. audire seipsam, sicut aries ipse se audit; et amare scorpionem, a quo tamen non amatur, sed a quo fraus sibi pariter non nectitur.

503 *Ille*] Scorpius, qui quidem videt pisces et audit virginem, quæ vicina est libræ. Pessime ergo Scaliger, *auditque per omnia libram*. Ne-

Necnon arcitenens magno parere leoni
Auribus, atque oculis sinum fundentis aquari
Conspicere assuevit, solamque ex omnibus astris
Diligit Erigonen. Contra capricornus in ipsum
Convertit visus; quid enim mirabitur ille
Majus, in Augusti felix cum fulserit ortum?

est obsequi forti leoni ex auribus, et spectare oculis sidus aquarii effundentis aquas: et amat virginem unam ex omnibus sideribus. At vero capricornus confert oculos in seipsum. (Quid enim ille admirabitur seipso majus, quippe qui adeo fortunatus fuerit, ut illuxerit ad nativitatem Augusti? Et excipit auribus

Ille, Paris. *Inde.*—505 'Potest legi *signum* pro *sinum*, et quidem melius.' *Scal.* et sic Delph. et vulg. 'Libri vetustiores *sinum*: quod retinendum. Respicit sinum, non totum signum. Ut enim sagittarius spectat sinum sive urnam aquarii, ita rursus aquarius vs. 513. spectat reducta tela sagittiferi. Atque hoc pacto *fundentis* non absolute ponitur: quippe *sinum* bis hic accipitur. Vide versum 525.' *Bent.* 'Paris. et Regiom. sic: *atque oculis* (:) *Signum*. Sed ex membranis suis Carrio *sinum*, quod etiam recte et eleganter dici affirmat. Non enim aliud est *sinus*, quam vas; quemadmodum Servius annotavit ad illud Virgilii In Bucolicis Ecloga VII. 33. 'Sinum lactis,' &c.' *Stoeb.*—507 Rom. vulg. Paris. et Regiom. *ipsam*. Correxit Scal.

NOTÆ

que enim libram ullatenus audire potest, quam pone sequitur, ut ex diagrammate signorum sese audientium satis patet infra p. 312. sed audit, suppl. *eam*, nempe virginem, quæ proxima est libræ, quippe quam virgo præcedit proxime, et quam virgo pariter audit, vs. 499. Nullum autem amat signum, cum tamen ametur a libra, vs. 501.

504 *Necnon arcitenens, &c.*] His 3. vss. docet sagittarium aspicere aquarium, audire leonem, a quo vicissim auditur, vs. 498. et amare virginem, quæ tamen ipsi fraudem vectit vs. 501.

507 *Erigonen*] Virginem, vs. 33.

Contra capricornus, &c.] His 4. vss. ait capricornum in seipsum convertere oculos, sicut cancer ex adverso in seipsum fert oculos; et audire cancrum, a quo pariter auditur, vs. 495.

509 *In Augusti, &c.*] Adulatur ex occasione Augusto Manilius, cum ait capricornum fulsisse in ejus nativitatem, quippe quod signum ex Firmico VIII. regem faciat et principem; si prima pars illius inventa fuerit in horoscopo. Nondum autem constat inter auctores, capricornusne fulserit in ortum Augusti. Alii enim affirmant, alii negant. Affirmant Germanicus in Arat. et Suetonius in Aug. c. 94. his verbis: 'nummum argenteum nota sideris capricorni, quo natus est, percussit Augustus.' Et c. 5. 'natus est Augustus IX. Kal. Oct. paulo ante solis ortum,' 23. die Septembris. Et c. 31. 'Sextilem mensem e suo cognomine nuncupavit magis, quam Septembrem, quo erat natus,' &c. Verum videtur ipse Suetonius contrarium loqui. Namque cap. 94. tradit natum esse Augustum sub capricorno: cap. vero 5. et 31.

Auribus et summi captat fastigia cancri.

cancrum, qui sublimis attollitur. Et aquarius nudatus præbet aurem geminis, et

ex Gemb.—510 Scal. Delph. et vulg. *at*. 'Libri universi *et*, recte. *At* vs. seq. inchoat. Porro capricornus ex schematis ratione leonem amat. Hoc Auctor oblitus est dicere.' *Bent*. 'Paris. et Regiom. *Et nud.* Sic accipe: Aquarius audit Geminos, videt Sagittarium, Cancrum amat, et a Cancro amatur.'

NOTÆ

ait natum esse mense Septembri, nimirum IX. Kal. Octob. i. e. 23. die Septembris, paulo ante solis exortum; cum tamen die 23. Sept. capricornus terris non surgat paulo ante solis ortum: immo non nisi multo post ortum solis ipse exoritur. Namque tunc temporis sol tenet virginis finem, et initium libræ. Unde prius et libra, et scorpius, et sagittarius exoriri debent, quam surgat capricornus sequens: quod quidem fieri non potest nisi intra sex horas aut circiter. Igitur non paulo, sed multo, ante solis ortum natus esset Augustus, si natus esset 23. die Septemb. horoscopante capricorno. Verum ut res æquo judicio accipiatur, (mea quidem sententia,) neque erravit Suetonius in eo, quod nativitatem Augusti referat in IX. Kal. Octob. ita enim omnes auctores tradunt, neque in eo, quod natum eum dixerit paulo ante solis ortum, cum id fieri potuerit, sed in eo, quod aut ex adulatione, aut ex mala interpretatione, dixerit natum esse sub capricorno, cum revera non natus, sed conceptus tantum fuerit sub capricorno. Ex adulatione locutus est cum Theogene Astrologo, qui cum genituram Augusti ab ipso Augusto resciret, ut ait Suetonius cap. 94. in IX. Kalend. Octob. incidisse, adulaturus exultaverit, et prædicaverit Augustum magnum fore principem, cujus in ortum fulserit felix capricornus, qui reges facit et principes, si in horoscopo fuerit inventus, teste Firmico VIII. Ex mala vero interpretatione dixit, si per vocem 'natus' non interpretatus sit 'conceptus.' Qua interpretatione vocis et Theogenis prædicatio et Suetonii fides bene consentiunt cum Augusti nativitate IX. Kal. Oct. Namque si natus sit Augustus 23. Septembris die, conceptus fuerit necesse est, ex usu recepto, 23. die Decembris, quo prima capricorni pars cum sole oriri incipit. At veteres astrologi non ad solum hominis ortum, sed et ad conceptum attendebant in horoscopo adornando. Ptolem. in Centiloq. Neque est cur altius Scaliger mensium ordinationem repetere tentaverit, ut ad illud, quod Juliani Kalendarii reformationem præcesserit, rem accommodaret. Qui enim omnes de Augusti nativitate scripserunt, ad Juliani Kalendarii rationem computaverunt. Sed de his consule A. Gell. v. 7.

510 *Summi fastigia cancri*] Ex priscorum vulgari et falsa opinione loquitur, qui, nullum signum cancro magis septemtrionale oriri putantes, eum alta cœli fastigia tenere dicebant. At et gemini æque alti feruntur per cœlum, cum æque distent a solstitio ac cancer. Vel saltem sublimem et summum vocat cancrum, in quem sol ingressus propius ad nos accedat versus septemtrionem, et altius cœlum videatur tenere.

At nudus geminis intendit aquarius aurem,
Sublimemque colit cancrum, spectatque reducta
Tela sagittiferi. Pisces ad scorpion acrem
Direxere aciem, cupiuntque attendere taurum.
Has natura vices tribuit, cum sidera fixit.

amat cancrum, qui in summo est cælo; et aspicit contractas sagittas sagittarii. Pisces converterunt oculos ad pugnacem scorpionem, optant audire taurum. Deus dedit istas vicissitudines singulis astris cum creavit ea. Qui nascuntur sub his signis,

Stoeb.—515 '*Vices*] Paris. superne, *vel vires.* Pro *fixit*, quod Paris. tuetur,


NOTÆ

511 *At nudus geminis, &c.*] His 2. vss. ait aquarium videre sagittarium, a quo vicissim videtur; audire geminos, a quibus auditur, vs. 492. et amare cancrum, a quo pariter amatur, vs. 496.

513 *Pisces ad scorpion, &c.*] His 2. vss. docet denique pisces videre scorpionem, a quo videntur, vs. 503. audire taurum, a quo audiuntur, vs. 488. nullum tamen amare sidus, cum a geminis amentur, vs. 512.

515 *Has natura vices, &c*] Hactenus de signis sese videntibus, aut non videntibus; de sese audientibus, aut non audientibus; deque sese amantibus, aut non amantibus. Quorum singulas vices his tabulis cernere est. In 1. sese videntia; in 2. sese audientia; in 3. sese amantia.

SESE VIDENTIA.




His orti similes referunt per mutua sensus,
Audire ut cupiant alios, aliosque videre:

habent pares animos erga se invicem, siquidem optant auscultare alios, et aspicere


Regiom. *finxit.* Vs. 516. *sensus*] Paris. *census.* vs. 517. *ut cup.*] Paris. et

NOTÆ

SESE AUDIENTIA.



SESE AMANTIA.



516 *His orti, &c.*] His 4. vss. concludit Poëta, natos sub his signis

Horum odio, nunc horum iidem ducantur amore:
Illis insidias tendant, captentur ab illis.
  Quin adversa meant et tota trigona trigonis:
Alteraque in bellum diverso limite ducit
Linea. Sic veri per totum consonat ordo.
Namque aries, leo, et arcitenens, sociata trigono

alios; et modo capiuntur odio aliorum, modo amore aliorum: nectunt fraudem aliis, et amantur ab aliis. Immo etiam triangula feruntur inimica triangulis, quæ scilicet alternus ductus trahit in odium per alium ductum. Ita autem ratio veritatis convenit in omnia: etenim aries, leo, et sagittarius, quæ sunt conjuncta trigono,

Regiom, *et cup.* vs. 518. pro *ducantur*, iidem *ducuntur*. vs. 519. *tendant*] leg. iidem *tendunt*, et *captantur* pro *captentur*.' Stoeb.—520 Scal. Delph. et vulg. m. *etiamque t. t.* '*Que* abest a Gemb. *Lego meant et tota t. t.*' Bent. Paris. *queant.*

NOTÆ

eorundem vicibus obnoxios esse, atque affectus sequi. Unde alii homines alios audiunt, alii alios intuentur; alii alios amant, aut oderunt, aliisve alii parant insidias.

520 *Quin adversa, &c.*] His 16. vss. aliud odii genus inter signa notat Poëta, nimirum primi trigoni signa inimica esse signis trigoni, quod alterno ductu describitur, i. e. tertii trigoni. Sic enim in exemplum profert arietem, leonem, et sagittarium, quæ primum adornant trigonum, esse inimica geminis, libræ, et aquario, quæ tertium instruunt trigonum, fig. p. 282. Hujus autem odii duplicem reddit rationem: 1. quia tria illa signa tribus his sint contraria; namque aries opponitur libræ; leo, aquario; sagittarius, geminis, fig. 2. p. 296. Quia quæ signa specie sunt ferina, iis inimica sunt, quæ humana condita sunt forma; quippe quia illa ab his fuerunt victa in terris antequam in cœlis essent collocata. Sic aries victus in terris, et aureo vellere spoliatus ab homine, collocatus est inter astra, I. 263. Sic leo victus ab homine et confossus tenet locum inter astra, I. 266. Sic sagittarius, qua parte equus est, victus et domitus ab homine lucet inter astra, I. 270. Verum hæc eadem odii ratio duplex non reperitur inter signa secundi et quarti trigoni, licet alterna pariter linea utrumque ducatur. Reperitur quidem oppositionis ratio; namque taurus, quod primum est signum secundi trigoni, opponitur scorpioni, quod secundum est signum quarti trigoni: virgo, quod secundum est secundi trigoni signum, opponitur piscibus, quod est tertium quarti trigoni signum: et capricornus, quod est tertium secundi trigoni signum, opponitur cancro, quod est primum quarti trigoni signum; res tota patet ex fig. Opposit. p. 296. At ratio ferinæ et humanæ formæ non reperitur utrimque opposita; namque in hoc utroque trigono signa omnia sub ferina forma condita sunt, præter unam virginem.

521 *Alteraque* [*altera qua*] Sic restitui; male enim omnes *alteraque*, ut patet ex superiori annot. Neque enim cuncta trigona trigonis adversa sunt, sed quæ altera linea ducuntur, i. e. quæ secundo seu alterno quoque ductu delineantur. Sic 1. et 3. 2. et 4. trigona opponuntur.

523 *Sociata trigono*] Ut patet ex fig. Trigon. p. 266.

Signa, negant chelis fœdus totique trigono,
Quod gemini excipiunt fundens et aquarius urnam.
Idque duplex ratio cogit verum esse fateri:
Quod tria signa tribus signis contraria fulgent,
Quodque æterna manent hominum bella atque ferarum;
Humana est facies libræ, diversa leoni.
Idcirco et cedunt pecudes: quod viribus amplis
Consilium est majus. Victus leo fulget in astris:
Aurea lanigero concessit sidera pellis.
Ipse feræ partis centaurus tergore cedit.

denegant amicitiam libræ et toti triangulo, quod gemini et aquarius effundens aquas, una cum libra efficiunt. Et duæ rationes faciunt ut confiteamur id esse verum. Primum, quia tria signa micant inimica tribus signis: secundo, quia odia hominum et belluarum sunt perpetua. Forma libræ est humana, sed leonis est ferina. Ideo feræ cedunt iis, quibus est major sensus ex magnis viribus. Sic leo lucet inter sidera, quia superatus fuit: sic vellus auratum dedit arieti locum inter astra: sic sagittarius ipse ex parte posteriori cedit suæ alteri parti anteriori.

Idem cum Regiom. *etiamque.*—525 Scal. Delph. et vulg. et sic Paris. et Regiom. *undas.* 'Repone *urnam.* Sic fundere pocula, pateram, carchesia, &c. Noster I. 272. 'Post hunc inflexam defundit aquarius urnam.'' *Bent.*—529 Scal. Delph. et vulg. et sic Paris. et Regiom. *leonis.* 'Immo *leoni.*' Bent.—530 Rom. et vulg. *quis viribus ampla.* 'Emendabamus *quia viribus ampla.* Sed Gemb. *quod v. amplis.*' Scal. Delph. *queis v. amplis.* 'Id est, cedunt iis quibus, &c. Ita restituo.' *Delph.*—532 Scal. et vulg. *A. lanigeri c. sidere p.* 'Nollem hoc a viro magno interpolatum. Libri universi *lanigero c. sidera.* Recte: concessit, hoc est, conciliavit. Noster I. 9. 'Concessumque patri mundum Deus ipse mereris.' *Bent.*—533 Scal. Delph. et vulg. *suæ.* 'Immo non cedit, qua homo est, *suæ* sive humanæ partis tergore; sed equinæ partis, qua pecus est. Sic Noster I. 425. 'et duplici centaurus imagine fulget, Pars juvenis tergo pectus commissus equino.' II. 444. 'Venantem Diana virum, sed partis equinæ.' Repone igitur *feræ partis.* II. 189. de eodem 'fera tergo membra rigentem Excipiunt hiemem.'' *Bent.* 'Libri omnes, *suæ part.*

NOTÆ

524 *Chelis*] Libræ, I. 609.

529 *Humana est facies libræ*] Libripens quippe olim homo figurabatur in astris. Nonnulli autem volunt Astræam fuisse, quæ libram, qua jus dabat in terris, dextra gerat in cœlis, I. 267. Alii ex adulatione libram tradiderunt Augusto in cœlis, ex eo, quod Augusti natalis dies inciderit inter finem virginis et libræ initium. In veteribus Kalendariis Rustico et Romano pingitur libræ sidus sub virginis forma libram dextra gestantis.

Diversa] Sup. ab humana, i. e. ferina.

531 *Victus leo*] Nimirum ab Hercule, vs. 32.

532 *Aurea lanigero, &c.*] Aries enim, aureo vellere spoliatus a Phryxo, lucet in cœlis, vs. 34. Male Scaliger *lanigeri.*

533 *Ipse feræ partis, &c.*] Sagittarius enim, qua parte equus est, victus ac domitus fuit ab homine, cujus formam a superiori parte gerit, I. 270.

Usque adeo est hominis victus, quod mirer ab illis
Nascentis libræ superari posse trigonum.
Quinetiam brevior ratio est per signa sequenda.
Nam quæcumque nitent humana condita forma
Astra, manent illis inimica et victa ferarum.
Sed tamen in proprias secedunt singula mentes,
Et privata gerunt secretis hostibus arma.
Lanigero genitis bellum est cum virgine natis,
Et libra, et geminis, et si quos protulit urna.

Tanta est potentia hominis! Quod facit ut admirarer trigonum libræ suborientis posse vinci a trigono illorum. Præterea facilior via tenenda est in signis istis observandis: namque signa pecudum sunt inimica et victa cedunt illis signis, quæ formata sub humana specie fulgent. At quæque signa abeunt in proprios sensus, et inferunt bella propria occultis hostibus. Nati sub ariete bella gerunt cum genitis sub virgine, et libra, et cum iis quos aqua duplicis piscis genuit. Corda ge-

tergore cedit] Lips. *tergo recedit.* Sensus: Ipse, de quo minus credendum, Sagittarius cedit propter tergus equinum, quod partem ejus constituit.' *Stoeb.* —534 Rom. et vulg. *hominis victus quod mirer.* Mutavit Scal. et sic Delph. et recentiores, *h. virtus! Quo m.* ' *Virtus, quo* a Scaligero sunt. Libri enim omnes: *victus, quod mirer.* At postquam sic interpolaverat, *Usque adeo est hominis virtus:* novum, inquit, genus loquendi. Immo et novum et mirum. *Quo mirer;* hoc est, ait, quo magis mirer: et addit, sic non raro loqui Tertullianum. Indignor profecto nebulonem aliquem falsarium tanto viro imposuisse. Versus spurii sunt et barbari. *Victus* vera lectio est; præfert enim tenebrio victum humanum illi bestiarum. Quid vero est *Nascentis libræ trigonum?* Quid, *Quo mirer superari posse?* cum nec trigonum una nascatur; et ab altera superari numquam possit.' *Bent.* ' In hac lectione Veteres omnes conspirant. Verto: Eatenus vel in tantum vincitur ab humana figura, nempe Geminorum, quibus inimicus est Sagittarius. *quod mirer*] Gembl. et Lips. *quo mir.* i. e. quo magis mirandum. *ab illis*] scil. primi Trigoni Signis, Ariete, Leone, et Sagittario.' *Stoeb.*—538 Rom. et vulg. *juncta.* Correxit Scal.—542 Scal. Delph. et vulg. *gemini piscis q. p. unda.* ' Libri *pisces.* Repone,

NOTÆ

536 *Quinetiam brevior, &c.*] His 3. vss. hoc idem odii genus inter signa alia breviori ratione noscendum tradit Poëta, dum ait, quæcumque nitent sub forma humana, iis inimica esse quæ sub ferina specie condita sunt.

539 *Sed tamen in proprias, &c.*] His 31. vss. seqq. tandem monet Poëta signa non solum inter se pugnare ratione trigonorum, aut humanæ ferinæque formæ, ut hactenus disputatum est a vs. 520. sed etiam privata quæque suis certis privatis signis esse inimica. Cujus tamen inimicitiæ causam tacet. Horum autem censum ex ordine instruit, cujus ad intelligentiam nos hanc tabulam pag. seq. excudi curavimus, in qua singulis duodecim signis zodiaci sua privata inimica signa e regione per classes disponuntur. Sic v. g. aries pugnat cum virgine, libra, et aquario; et ita de singulis ex ordine.

NOTÆ

SESE ODIO HABENTIA.

♈	*Odit*	♍ ♎ ♒
♉	*Odit*	♋ ♎ ♏ ♓
♊	*Odit*	♈ ♌ ♐
♋	*Odit*	♑ ♎ ♍ ♉
♌	*Odit*	♍ ♎ ♒
♍	*Odit*	♉ ♐ ♓ ♑
♎	*Odit*	♈ ♉ ♋ ♌ ♑
♏	*Odit*	♈ ♌ ♐ ♒ ♊ ♉ ♍ ♎
♐	*Odit*	♊ ♎ ♍ ♒
♑	*Odit*	♊ ♎ ♍ ♒
♒	*Odit*	♈ ♉ ♋ ♌ ♏ ♑ ♓
♓	*Odit*	♒ ♊ ♍ ♐

In partus tauri sub cancro nata feruntur
Pectora, et in chelis, et quæ dat scorpios acer,
Et pisces. At quos geminorum sidera formant,
His cum lanigero bellum est ejusque trigono.
In cancro genitos capricorni semina lædunt,
Et libræ partus, et quos dat virginis astrum,
Quique sub aversi numerantur sidere tauri.

nita sub cancro, et sub libra, et quæ pugnax scorpius profert, et quæ generant pisces, surgunt adversus partes tauri. Sed quos astra geminorum generant, ii bella gerunt cum ariete, et cum ejusdem triangulo. Partus capricorni, et nati sub libra, et ii qui censentur sub signo tauri infesti cancro, pugnant cum natis sub cancro.

quod ex adverso trigono colligas, *Et l. et geminis, et si quos p. urna.* Nam supra 525. aries bellum gerit cum libra, geminis, et aquario ratione trigoni; virgo hostis secretus: et *gemini piscis* male, cum alias dicat *geminos pisces*: unda vero piscium nusquam in cælo est; 'urna nati' mox 561.' *Bent.* 'Signi cujusvis adversarios persequitur, eodem ordine quo menses in anno permutant. Hic solius Arietis æmuli traduntur et sub Ariete natorum, scilicet non Virgo tantum, sed et Libra et Pisces. Itaque scripsit Manilius: *cum Virgine natis Et Libra et geminis quos Pisces protulit unda*, i. e. cum iis qui sub Virgine, sub Libra, et sub gemino Pisce nati sunt. Regiom. cum Paris. *pisces quos.* Lips. male, *pertulit.*' Stoeb.—543 Scal. Delph. et vulg. *partes.* 'Recte Gronovius Observ. II. 5. *partus.* Ut mox 548. 'Et libræ partus;' et sæpe alibi.' *Bent.* 'H. e. adversus eos qui sub Tauro nati sunt. Paris. et Regiom. leg. *partis* pro *partes.*' Stoeb.—545 Rom. et vulg. *Et pisces atque hos.* 'Legunt sine distinctione Paris. quidem, *Et pisces et quos.* Regiom. parum diversus, *Et pisces atque hos.* Mutavit et distinxit Scal.—549 Scal. Delph. et vulg. *adversi numerantur.* 'Muta distinctionem, et lege, *Quique sub aversi numerantur s. t. Numerantur* libri om-

NOTÆ

540 *Privata*] Proprie; suo proprio nomine; non aliis sociata.

541 *Lanigero genitis, &c.*] Eodem quippe modo se habent ad se invicem nati homines sub signis, quo ipsa se signa mutuo habent. Nam quæ inimica censentur signa, sub his nati homines inimicitias sibi gerunt.

542 *Et libra, et geminis, &c.*] Cum igitur sicut tauro, geminis, cancro, et ceteris signis zodiaci, ita arieti suos proprios et secretos esse hostes enumeret; his sane duobus primis versibus explicat quæ signa sint arieti inimica, nempe virgo, libra, et aquarius. Unda quippe gemini piscis, i. e. aquarius: is enim perpetuas effundit aquas duobus piscibus, quas gemini piscis undas vocat I. 272.

543 *In partus tauri, &c.*] His 2. vss. ait cancrum, libram, sagittarium, et pisces adversari tauro.

544 *Chelis*] Libra, vs. 524.

545 *At quos geminorum, &c.*] His 2. vss. tradit geminis adversari arietem, arietisque trigonum, i. e. leonem et sagittarium, qui duo cum ariete trigonum arietis efficiunt, vs. 352.

547 *In cancro genitos, &c.*] His 3. vss. docet cancro adversari capricornum, libram, virginem, et taurum.

549 *Aversi* [*adversi*] Inimici, hostis, nempe cancro.

Lanigeri communis erit rabidique leonis
Hostis, et in totidem bellum subscribitur astra.
Erigone cancrumque timet, geminumque sub arcu
Centaurum, et pisces, et te, capricorne, rigentem.
Maxima turba petit libram, capricornus et illi
Adversus cancer, chelis quod utrumque quadratum est;
Quæque in lanigeri numerantur signa trigonum.

Hostis arietis et furiosi leonis erit communis, namque bellum iis indicitur a totidem signis. Virgo autem metuit et taurum, et sagittarium, qui sub duplici forma gerit arcum, et pisces, et te, o capricorne, frigentem. Maxima multitudo oppugnat libram, et præterea capricornus, et cancer, qui huic opponitur, quia uterque tetragonus est libræ. Et quæ signa censentur in triangulo arietis, in eadem totidem

nes. *Aversi* corrigunt Salmasius, Gronovius, Huetius.' *Bent.* 'Paris. et Regiom. *adversi.* Horum commutatio fere perpetua in Libb. Vett. quemadmodum vicissim 'averso scuto' pro 'adverso' in Veget. II. 18. bis legi observavit Stewech. ad loc. vs. 500. *rabidi*] Et hoc sæpius confunditur cum *rapidi*, quod habet Regiom. alterum *rab.* Paris. agnoscit.' *Stoeb.*—551 Scal. Delph. et vulg. *sed t. b. s. astris.* 'Gronovius, *Hostis et a totidem:* Huetius, *et in totidem.* Lego, *et in t. b. s. astra.* ut versu 557. 'in totidem fecundus creditur hostes.'' *Bent.* 'Regiom. cum Paris. et ceteris: *sed totidem bellum subscribitur Astris,* pro *abs totidem astris.* In eandem sententiam redit emendatio Gronovii, *et a totidem . . . astris.* Leoni, Manilius ait, totidem eademque Signa obtrectant, quot et quæ Arieti, Virgo nempe, Libra, et Pisces.' *Stoeb.*—552 Scal. Delph. et vulg. *taurumque.* 'Quomodo virgo taurum timet, qui in virginis ipsius trigono est? Vides viros maximos in harum nugarum rationem non descendisse. Repone *cancrumque.* Cancer enim, centaurus, et pisces in opposito virgini trigono sunt. Quin et supra 543. taurus non inimicus virgini est: et 547. cancer ei inimicus est.' *Bent.* 'Cod. Paris. Regiom. et ceteri probæ Editionis Architecti conjecturæ Gronovii cum primis favent: *Erigone Taurumque timet.* Pro *geminumque,* Paris. et Rom. *geminique.*' Stoeb.—553 Scal. Delph. et vulg. *at te.* 'Libri omnes, *et te.* Quod mutata distinc-

NOTÆ

550 *Lanigeri communis, &c.*] His 2. vss. memorat leoni eadem adversari signa, quæ arieti, nempe virginem, libram, et aquarium.

552 *Erigone cancrumque* [*taurum*], *&c.*] His 2. vss. dicit virgini adversari taurum, sagittarium, pisces, et capricornum.

554 *Maxima turba, &c.*] His 2. vss. ait libræ adversari majorem turbam signorum, quam virgini, et ceteris quinque supra dictis arieti, tauro, geminis, cancro, et leoni. Namque arieti tria; tauro, quatuor; geminis, tria; cancro, quatuor; leoni, tria; et virgini quatuor tantum inimica signa, ut patet ex tabula p. 316. At libræ adversantur aries, taurus, cancer, leo, scorpius, sagittarius, et capricornus, ut ex eadem tabula patet, in qua cernere est quibus signis adversetur libra. Vel per maximam turbam, intelligit turbam ferarum, quarum signa plura sunt quam hominum.

555 *Chelis quod utrumque quadratum est, &c.*] Cancer enim et capricornus formant quadratum cum chelis, i. e. Libra, vs. 544. et cum ariete, vs. 295.

556 *Quæque in lanigeri, &c.*] His 4.

Scorpios in totidem fœcundus creditur hostes:
Æquoreum juvenem, geminos, rabidùmque leonem,
Erigonen, libramque fugit, metuendus et ipse.
Quique sagittarî veniunt de sidere partus,
Hos geminis nati libraque et virgine et urna
Depressisse volunt: naturæ et lege jubente
Hæc eadem, capricorne, tuis inimica feruntur.
At quos æternis perfundit aquarius undis,

scorpius ferox æstimatur inimicus; et ipse timendus metuit puerum aquosum, geminos, taurum, et leonem, et virginem, et libram. Et nati sub geminis et libra, et virgine, et amphora, cupiunt oppugnasse fœtus qui nascuntur sub signo sagittarii, Deo quippe et lege naturæ auctore. Eadem hæc signa dicuntur adversa natis sub te, o capricorne. Et quos aquarius sub aquis suis perpetuis profert, hos petit mul-

tione reponendum. Vidit hoc et Gronovius.' *Bent.*—557 Scal. Delph. et vulg. *hostis.* 'Lege *hostes. Hostis* hic in veteribus membranis notat accusativum plurali.' *Bent.*—558 Scal. Delph. et vulg. et sic Paris. et Regiom. *taurum atque.* 'Scorpios, inquit, totidem hostes habet, quot libra. Atqui libra quinque hostes habuit; scorpios hic habet sex. Repone igitur pro *taurum atque, rabidumque,* ut supra 211. 'sagittarî signum rabidique leonis.' Mox, 'fugit, metuendus et ipse:' scorpios illos fugit, metuit, et vicissim ipse metuitur.' *Bent.*—559 Hic Stoeb. 'Sententia postulat, ut legas *ipsi,* sc. Libræ. Scorpius enim Libræ adversarius. Alioquin hæc uno minus hoste pateretur, quam Scorpius; quod contra vs. 557. Mox, vs. 560. pro *sagittarî,* quod Paris. agnoscit, Regiom. *sagittiferi.*' et sic Delph. et vulg. passim.—560 Paris. et Regiom. *decedunt.*—562 Rom. et vulg. et sic Paris. et Regiom. *legem et natura jubentem.* 'Emendabamus olim, *Depressisse volunt naturæ lege jubente.* nisi præfers lectionem Gembl. codicis, *natura et lege jubente.* ἓν διὰ δυοῖν. Alioquin eadem est sententia. Natura Centauri a Geminorum, Virginis, Libræ, et Aquarii diversa. Hæc enim quatuor λογικά: ille ex utroque mixtus, ἐκ τοῦ λογικοῦ καὶ τοῦ ἀλόγου.' *Scal.* 'Tres veterrimi, Gemb. Lips. Venet. *natura et lege jubente.* Lege, distinctione mutata, *D. volunt: naturæ et lege jubente.* Iidem, inquit, capricorno hostes, qui centauro: idque lege naturæ: non naturæ rerum, sed naturæ in utroque signo duplicis, hominis equo, capri pistrici juncti. Ovid. Met. XII. 394. de Cyllaro centauro: 'Nec te pugnantem tua, Cyllare, forma redemit. Si modo naturæ formam concedimus illi.' Et rursus 508. Monychus centaurus de sua gente: 'Quid geminæ vires? quid quod fortissima rerum In nobis natura duplex animalia

NOTÆ

vss. scribit scorpioni adversari trigonum arietis, i. e. arietem, leonem, et sagittarium: et præterea aquarium, geminos, taurum, virginem, et libram fugere, quasi sibi infesta signa.

557 *Fœcundus*] I. e. satis potens.

558 *Æquoreum juvenem*] Aquarium. vs. 406.

560 *Quique sagittarî, &c.*] His 3. vss. docet sagittario adversari geminos, libram, virginem, et aquarium.

563 *Hæc eadem, &c.*] Hoc vs. tradit capricorno adversari eadem signa, quæ sagittario.

564 *Et quos æternis, &c.*] His 2. vss.

Ad pugnam Nemeæus agit, totumque trigonum;
Turba sub unius juvenis virtute ferarum.
Piscibus exortos vicinus aquarius urget,
Et gemini fratres, et quos dat virginis astrum,
Quique sagittari descendunt sidere nati.
Nec sola est ratio, quæ dat nascentibus arma,
Inque odium generat partus, et mutua velle.:
Sed plerumque manent inimica tertia quæque

titudo ferarum descendens ad certamen, et petit pariter totum triangulum aquarii sub viribus solius pueri. Aquarius, qui proximus est piscibus, vexat natos sub illis, et quos gemini fratres, et sidus virginis generant, et eos qui geniti sunt de signo sagittarii. At vero non hæc sola ratio est, quæ sumministrat arma nascentibus, et quæ gignit fœtus in inimicitiam et in mutuam amicitiam: sed signa cuncta, quæ

•••••••••••••

junxit?'' *Bent.*—565 Scal. Delph. et vulg. *A. p. veniens agitat.* 'Libri veteres, *ad pugnam nemeus agit*. Librarii posteriores pro *nemeus* dederunt *veniens*; inde versus gratia interpolatum *agitat*. Atqui corrigendum erat, *Ad p. Nemeæus agit*. Ita sæpe alibi, ut v. 206. 'Cum vero in vastos surget Nemeæus hiatus.' Leo, inquit, et totum ejus trigonum, hoc est, aries et centaurus: turba ferarum; leo, aries, equus, sub humana parte centauri.' *Bent.* 'Sic Cod. Lips. et Venetus, teste Gronovio. Paris. *veniens agitat*; Regiom. *veniens cogit*. Trajectio est sequentium verborum, ut intelligas, quos cœlestibus undis Aquarius rigat, seu qui sub Aquario nascuntur, iis et Trigono toti (qui sub unius juvenis, Aquarii nempe, virtute est) Leonem et turbam ferarum pugnam intentare: vel, unus ille juvenis, sub cujus virtute turba ferarum censetur, est semifer Centaurus.' *Stoeb.*—567 Rom. et vulg. *Pisces exortos*. 'Ratio postulat *Piscibus exortos*.' Scal. 'Rectius Paris. et Regiom. *Pisces exortos* . . . *urget*. Lips. *pisces exortus*, quod simul cum hoc, *vicinus*, ad Aquarium

NOTÆ

ait aquario adversari totum ferarum agmen, nempe arietem, taurum, cancrum, leonem, scorpionem, sagittarium, capricornum, et pisces. Nisi forte per 'ferarum turbam' intellexeris tantum signa, quæ sub ferarum, non vero pecudum, forma condita sunt: quæ sunt cancer, leo, scorpius, et sagittarius. Cetera enim pecudum sunt aut reptilium, scilicet aries, taurus, capricornus, et pisces.

565 *Totumque trigonum*] Nempe aquarii, i. e. geminos et libram, quæ cum aquario trigonum reddunt.

566 *Juvenis*] Aquarii, vs. 406.

567 *Piscibus exortos, &c.*] His 3. vss. tandem scribit piscibus adversari aquarium, geminos, virginem, et sagittarium. De his autem omnibus consule tabulam supra p. 316.

570 *Nec sola est ratio, &c.*] His 9. vss. monet non solum dari amicitiam aut odium signis ex eo, quod aut trigona trigonis, aut quadrata quadratis, aut humana ferinis concordent aut adversentur, ut hactenus disputatum est; sed etiam adversari signa signis ex eo quod hexagona sint et opposita invicem.

571 *Mutua velle*] Mutuam amicitiam et concordiam.

572 *Tertia quæque*] Hexagona, quæ tertio quoque loco a se distant. Sic aries et gemini; taurus et cancer;

Lege, in transversum vultu defixa maligno;
Quoque manent quæcumque loco contraria signa,
Adversosque gerunt inter se septima visus,
Tertia quæque illinc utriusque trigona feruntur.
Ne sit mirandum si fœdus non datur astris,

tertio loco a se distant, contraria sunt ex hostili ratione, quia convertunt visus inimicos in obliquum; inimica sunt etiam signa, quæ opposita sunt quocumque loco, et quæ septima sede posita ferunt oculos inimicos inter se, et quæ tertio loco posita dicuntur trigona illis utrisque septimis. Neque oportet ut sit mirum, si ami-

pertinet.' *Stoeb.*—571 Paris. *generet.*—576 Scal. Delph. et vulg. *illis utrisque.* 'Libri universi, *utriusque.* Repone, *T. q. illinc utriusque t. f. Illinc,* ut respondeat τῷ *quo loco. Utriusque trigona,* ut supra versu 546. 'His cum lanigero bellum est ejusque trigono.' Res ex diagrammate constat: sume quævis signa contraria sive opposita, cancrum et capricornum; tertia quæque a cancro, hinc taurus, illinc virgo, sunt trigonum capricorni. Similiter tertia quæque a capricorno, pisces et scorpios, sunt cancri trigonum. Porro trigona cancri et capricorni adversa inter se sunt, ut supra versu 520. arietis et libræ.' *Bent.* 'Libri omnes cum Paris. *illis,* scil. septimis. Quæ enim signa tertia sunt a septimis, ea quoque opposita sunt: v. g. Aries et Libra duo sunt septima et opposita Signa; at Gemini, quod tertium est Signum ab Ariete, et Trigonum Libræ, opponitur Sagittario, quod tertium est Signum a Libra, et Trigonum Arieti. Itaque tertia quæque Signa a septimis duobus Trigona sunt utrisque septimis, et ipsa sibi opposita.' *Stoeb.*—577 Rom.

NOTÆ

gemini et leo; cancer et virgo, &c. Quod videre est in fig. Hexag. vs. 358.

574 *Quoque manent . . . contraria, &c.*] I. e. opposita, quæ scilicet septimo loco a se distant. Sic aries et libra; taurus et scorpius; gemini et sagittarius, &c. Namque libra septimum est signum ab ariete, et aries vicissim septimum a libra, taurus septimum pariter a scorpione, et scorpius vicissim septimus a tauro, &c. fig. Oppositorum pag. 284.

576 *Tertia quæque, &c.*] Oppositorum ordinem explicat, sed obscurioribus sane verbis. Quæ enim signa tertia sunt a septimis, ea quoque opposita sunt: v. g. aries et libra duo sunt septima et opposita signa; at gemini, quod tertium est signum ab ariete, et trigonum libræ, opponitur sagittario, quod tertium est signum a libra, et trigonum arieti. Itaque tertia quæque signa a septimis duobus trigona sunt utrisque septimis, et ipsa sibi opposita. Consule figuram trigonorum pag. 266.

577 *Ne sit mirandum, &c.*] I. e. nec mirum sit, si fœdus non datur iis signis trigoni quæ juncta sunt et sociata cum signis adversis alterius trigoni. Sic v. g. sagittario, quod est signum trigoni arietis; et geminis, quod est signum trigoni adversi trigono arietis, ut patet ex dictis vs. 520. not. his, inquam, duobus signis, sagittario et geminis, non datur fœdus, quia opponuntur. Sic leoni et aquario fœdus quoque non datur, quorum ille ex trigono est arietis, hic vero ex trigono geminorum, quod opponitur trigono arietis. Sic virgini, capricorno, et cancro non datur fœdus, quorum alter trigonus est tauro, alter vero ex trigono opposito

Quæ sunt adversi signis cognata trigoni.
Per tot signorum species contraria surgunt
Corpora; totque modis, totiens inimica creantur.
Idcirco nihil ex semet natura creavit

citia non tribuitur signis trianguli, quæ sunt sociata signis oppositis. Quoties homines generantur inimici, fiunt inimici per tot formas adversas signorum, et per totidem modos. Ideo natura parens nunquam produxit ex seipsa quicquam præstan-

---

et vulg. Paris. et Regiom. *Phæbus.* Correxit Scal.—578 Gemb. Paris. et Regiom. *adversis.* 'Legimus *adversi.* Sed aliam lectionem præfert Gemb. non male. Utrum melius, adhuc delibero.' *Scal.*—580 Scal. Delph. et vulg. *quotiens.* 'Quid miri si tot modis contraria corpora creantur, quotiens inimica? 'Contraria' enim id ipsum est quod 'inimica.' Repone, *C. totque m. totiens i. c.*' Bent. 'Paris. Lips. Regiom. et ceteri omnes, *quotiens;* quod malim retinere.' *Stoeb.* 'Post hunc versiculum expungendi octo seqq. et continuandus hic cum illo, 'Perque tot ætates hominum:' rationibus supersedeo. Res ipsa locuples auctor erit, si integrum locum apposuero: *Per tot signorum species contraria surgunt Corpora, totque modis, quoties inimica creantur: Perque tot ætates hominum, tot tempora et annos, Tot bella, et varios etiam sub pace labores, Quum fortuna fidem quærat, non invenit usquam.* Hinc fit, inquit, ut tot diversi mores nascantur, tot odia, tot bella, tot labores, et nulla adeo fides inveniatur. Nimirum hoc accidit propter tot Signorum species. Horum versuum hanc sedem esse nemo negaverit, nisi imperiti et ζηλότυποι, quos quotidie ridemus simiolos Cercopas.' *Scal.* 'Hunc versum et septem sequentes ex suo, quem in omnibus codicibus tenent, loco temere detruserat Scaliger in priore editione post versum 607. nec in altera, quamvis admonitus, sententiam mutare voluit. Omnino recte se habet qui in membranis est ordo: tot modis totiesque, ut supra ostensum, inimici creantur homines: idcirco nihil unquam dedit natura fido amicitiæ pectore majus aut rarius.'

NOTÆ

tauri trigono. Et ita de ceteris ex ordine.

579 *Per tot signorum, &c.*] His 21. vss. concludit eleganti carminum serie casus varios, clades, calamitates, scelera, cædesque, quæ hominibus in vita contingunt, ex variis signorum dissidiis contingere, utque sibi cœlum, sic terram sibi dissidere. Hinc in terris rara fides, rara concordia, paxque rara.

580 *Corpora*] Sup. humana, i. e. homines.

581 *Idcirco nihil, &c.*] His 8. vss. concludit a contrariis nihil majus aut præstantius esse amicitia, quia nihil rarius. Vix enim veræ amicitiæ datum est per sæcula exemplum: nisi Pylades unus, et unus Orestes, qui mutua inter se amicitia conjuncti, non dubitarunt alter pro altero mortem subire. Scil. Pylades Agamemnonis una cum Oreste ex Clytæmnestra filio fuit educatus, unde a pueris intercessit inter eos amicitia. Orestes vero paternæ necis vindex matrem Clytæmnestram interemit. Quo facto furiis agitatus huc illuc errare cœpit, fidumque periculorum suorum comitem ac socium Pyladem habuit. Forte vela faciunt ad Mœotidis paludis oras, quibus regnabat Thoas, ad quem Iphigenia, Orestis soror, olim quoque confugerat, et apud quem magna sacerdos constituta fuerat. Mos autem fuit apud illas

Pectore amicitiæ majus, nec rarius unquam.
Unus erat Pylades; unus qui mallet Orestes
Ipse mori. Lis una fuit per sæcula mortis:
Alter quod raperet fatum, non cederet alter.

tius, nec rarius, quam cor amicum. Unus fuit Pylades, unus fuit Orestes, qui majori ardore ipse cuperet mortem obire: una hæc fuit contentio de morte in anteactis temporibus, ut alter lubens mortem acciperet, nec alter alteri cederet. Et hæc duo

Bent.—583 Scal. et vulg. *erit.* ‘ Cod. Voss. cum duobus aliis *erat.* Recte. Si enim *erit*, non *mallet* erat dicendum, sed *malet*, vel *malit.*’ Bent. ‘ Non debuit mutari *erit*, quod ad raritatem notandam multo est validius, et Codicum auctoritate firmatur.’ *Stoeb.*—584 Rom. et vulg. *levis una fuit per sæcula mortis.* Obscuravit luculentam sententiam parva mutatio. Nam Manilius scripsit: *lis una fuit per sæcula mortis, Alter quod raperet fatum, non cederet alter.* Subintelligendum autem *τὸ quibus.* Quibus una lis fuit mortis. Ut ‘ Exiguum natura dedit.’ Cui exiguum natura dedit. Maniliana ἔλλειψις jam tribus locis a nobis animadversa. Ibid. *levis una*] Hæc est scriptorum Codicum, et textus Bonincontrii, et vetustiorum editionum lectio. Editio Lugdunensis omnium recentissima *urna* pro *una* innovavit, ineptissime. unum par, inquit, amicorum succurrit, quibus nullum jurgium intercessit, præter unam litem mortis: quum alter alteri mortis caussam præripere vellet. Ovidius II. de Ponto iisdem verbis de eadem re: ‘ Extitit hoc unum, quod non convenerit illis, Cætera pars concors et sine lite fuit.’ Diceres alterutrum ab altero mutuatum esse. Martialis illud simile in uno pari fratrum: ‘ Nobilis hæc esset pietatis rixa duobus, Quod pro fratre mori vellet uterque prior.’ Porro *levis* est vestigium priscæ lectionis Archetypi, unde omnia sequioris notæ Maniliana exemplaria propagata sunt. Nam *leis* scriptum fuit. Veteres enim *leitem, veitem*, et similia, pro *litem* et *vitem* dicebant, ut nemo paulo eruditior ignorat. Ergo ex illo *leis* factum *levis.* Notum illud: ‘ quam leitem, sive rem.’’ *Scal.* ‘ Ita Scaliger ex conjectura. At Scripti Cusique omnes *levis una*, pro quo scriptum fuisse puto *laus* scil. *utrique, fuit, &c.* Certissimam esse hanc emendationem, patet ex vs. seq. ubi Noster causam addit, quamobrem æquam uterque mortis laudem tulerit per sæcula, non sua tantum, i. e. per ætatem suam, uti Scaliger interpretatur, verum per omnia omnino sæcula.’ *Stoeb.*—585 ‘ Hoc *raperet* est in Ms. Paris. Non memini autem illud tam clementi significatu unquam legisse. Magis placet *caperet*, quod dedit Regiom. qui tamen

NOTÆ

regiones, ut quotannis advena virginis sacerdotis gladio caderet ad aras. Captus uterque fuit Orestes et Pylades, quorum alter ad aras Dianæ mactandus fuit. Dum sacra parat Iphigenia, rescivit horum alterum Orestem fratrem suum esse. Itaque ut moras necteret, jubet horum alterum in patriam suam nuntium abire. Hinc inter utrumque lis amoris enituit. Pylades mori mallens ire jubet Orestem: Orestes negat: lisque sine fine fuit. Interea Iphigenia fratris sortem miserata utrumque morte liberavit, et una cum iis clam, occiso Thoante rege, aufugit, Dianæque simulacrum de templo rapuit. Cic. Off. II. Virg. Æn. IV. 471. Ovid. vero fusius Pont. III. 2.

585 *Fatum*] Mortem, I. 1.

Et duo qui potuere sequi vestigia; tum cum
Optavitque reum sponsor non posse reverti;
Sponsorique reus timuit, ne solveret ipsum.
Perque tot ætates hominum, tot tempora et annos,

fata, quæ potuerunt evenire, vix erant digna suppliciis; et qui vas factus erat alterius, cupivit eum, qui accusabatur, non posse redire; et vicissim, qui accusatus fuit, metuit eum, qui promiserat vadimonium, ne liberaret ipsum. Et si per tot æva,

cum Paris. minus bene statim *crederet*, pro *cederet* sc. alteri fide, amore et mortis subeundæ animo constante.' *Stoeb.*—586 Rom. et vulg. *sequi vix noxia pœnis.* 'Omnino historia et ductus literarum legendum clamat, *sequi vadimonia sponsi.* Quid erat 'vix noxia pœnis?' Vere fungi sunt qui hæc non agnoscunt.' *Scal.* 'Ita Scal. ex conjectura; cum libri universi habeant, *sequi vix noxia pœnis.* Atqui nec *vadimonia sponsi* bene Latine dicas, nec *sequi vadimonia.* Quin et neminem, duobus illis Damone et Phintia exceptis, obire vadimonia potuisse falsissimum est. Denique hiat oratio: quæ conjunctionem flagitat, *cum* sponsor optavit. Experiamur, an nobis melius cedat conjectatio, *E. d. q. p. s. vestigia; tum cum O. q. r. s.* Duo soli, qui Orestis et Pyladæ *vestigia sequi*, sive exemplum imitari, potuerunt. *Tum cum;* ut Ovid. Her. I. 5. 'O utinam tum cum Lacedæmona classe petebat;' et sæpe alias. *Vix noxia pœnis* librarii sumpserunt ex vs. 602. 'pœnas jam noxia vincit.' *Bent.* 'Fugit hanc Bentleii scripturam ratio; abhorret eam Manilius, qui duobus monosyllabis, unisonis puta, ultimum pedem nunquam absolvit. Restituenda vetus lectio, quæ, si recte intelligatur, satis bene habet. Cod. Lips. cum Paris. postque hos Regiom. et ceteri ita: *Et duo qui potuere sequi vix noxia pœnis:* ubi pro *qui*, lege *quæ*, aut illud ad τὸ σημαινόμενον referendum sc. fideles amici. Sic apud Phædr. calvus ad muscam: 'te, contempti generis animal, quæ delectaris,' &c. Nostri hæc est sententia: *Et duo* alia pectora amicitiæ (vs. 582.) *quæ potuere sequi* scil. unum alterum ad mortem, vel *sequi*, i. e. amico obtemperare, in obeundo vadimonio, *vix* i. e. *non noxia*, pro *obnoxia*, sc. erant *pœnis*, quemadmodum Orestes matricida. *Vix* dici pro *non*, Barth. docuit in Adversar. et Lexicographi fidem faciunt. *Noxius* eodem fere sensu apud Plaut. Mercat. IV. 3. 26. Apud Nostr. mox vs. 587. *sponsor*, pro quo Cod. Paris. *sponso.* vitiose.' *Stoeb.*—588 Scal. Delph. et vulg. *Sponsoremque.* '*Timuit sponsorem, ne:* hoc est, *timuit ne sponsor.* 'Notus,' ait Scal. 'Hellenismus.' Plauto quidem et Terentio notus, ut Eunuch. III. 5. 'metuo fratrem, Ne intus sit; porro autem patrem, ne rure redierit jam.' Sed frustra apud posteriores quæras. Repone *Sponsorique:* hoc est, pro sponsore timuit, ne suam vicem occideretur.' *Bent.* 'Tantum distat hæc lectio a manu Manilii, quantum hic a falsa, de sequiore ipsius ætate, sententia. Libri omnes *Sponsoremque*, quod dare omnino potuit vel suo genio obsecutus, vel Terentium imitatus, si vel maxime illo sæculo, quod tamen negamus, inferior fuisset. Eunuch. III. 5. 'metuo fratrem Ne intus sit; porro autem patrem, ne rure redierit jam.' Plaut. Asinar. I. 1. 98. 'Profecto nemo est, quem jam dehinc metuam, mihi Ne quid nocere possit.' uterque mortis laudem tulerit per sæcula non sua tantum, i. e. per ætatem suam, uti Scaliger interpretatur, verum per omnia

NOTÆ

586 *Et duo, &c.*] Sup. fata, i. e. mortes duæ, scil. Pyladis et Orestis.

589 *Perque tot ætates, &c.*] Hos 19. vss. ingeniose Scaliger ex aliena sede in suam restituit. Bene enim ad

Tot bella, et varios etiam sub pace labores,
Cum fortuna fidem quærat, vix invenit usquam.
At quanta est scelerum moles per sæcula cuncta?
Quantum onus invidiæ non excusabile terris?
Venales ad fata patres, matrumque sepulchra.
Imposuit Phœbus noctem, terrasque reliquit.
Quid loquar eversas urbes, et prodita templa?
Et varias pacis clades, et mixta venena?
Insidiasque fori, cædesque in mœnibus ipsis,
Et sub amicitiæ grassantem nomine turbam?
In populo scelus est, et abundant cuncta furore.
Et fas atque nefas mixtum; legesque per ipsas

sæcula, annos, si per tot bella, et diversas calamitates acceptas etiam in tempore pacis, fortuna petat rationem, vix aliquando reperit. Heu! quam magnus est acervus criminum in omnibus sæculis, et quam difficile est expellere e terris pondus invidiæ! Patres et matres venundati sunt ad mortem et sepulturam: et sol ex horrore scelerum injecit tenebras, et deseruit terram. Quid memorem civitates dirutas, et ædes sacras violatas, et diversas calamitates tempore pacis acceptas, et venena data in potum, et fraudes in foro factas, et neces perpetratas intra muros ipsos, et multitudinem hominum sævientem sub titulo amicitiæ? Est etiam crimen in plebe, et omnia plena sunt rabie; et justitia et injustitia permiscentur, et libido grassatur

omnino sæcula.' *Stoeb.*—592 Scal. Delph. et vulg. *Ah.* '*Ah* a Scal. est: libri universi *at.* Quid planius ista oppositione? Fides per tot sæcula vix usquam inveniri potest: at scelerum quanta est moles? Ceterum Gemb. mendose, *at quantæ scelerum mortes?*' Bent.—593 Scal. Delph. et vulg. *Quamque o. i. n. excussabile.* 'Illud *excussabile*, quod nusquam alias legitur, a Scaligero venit: libri omnes *excusabile:* quod retinet et egregie explicat Gronovius Observ. II. 13. Repone igitur, *Quantum o. i. non excusabile t.?* *Non excusabile*, quod purgari, excusari, expiari non potest. Phyllis Demophoonti, apud Nasonem Heroid. II. 75. 'De tanta rerum turba, factisque parentis, Sedit in ingenio Cressa relicta tuo. Quod solum excusat, solum miraris in illo: Hæredem patriæ, perfide, fraudis agis.' *Onus invidiæ*, ut idem Metam. XII. 626. 'A se Tantalides onus invidiamque removit.'' *Bent.* 'Libri nostri *Quamque*, Gronovio etiam probatum. Particula hæc sententiæ nervum intendit magis. Quam terræ et sæcula excusare se ab hoc onere invidiæ, quam purgare hoc onus et crimen non possunt!' *Stoeb.*—594 'Hunc et sequentem pro spuriis habe.' *Bent.*—598 Particula *que* deest in Scal.

NOTÆ

rem faciunt. Quanquam non inconcinna videtur lectio Gemb. et Rom. Artificium enim est Manilianum ex contrariis rem institutam illustrare.

595 *Imposuit Phœbus noctem, &c.*] Sol retrogressus est in tenebras. Notat Poëta facinus impium Atrei, quod ipse Sol non ferens terris noctem imposuit, quod longo carmine memorat Poëta, III. 17. et seqq.

599 *Et sub amicitiæ, &c.*] Sic J. Cæsar in curia ab amicis occisus fuit. Sueton. in vita J. Cæs.

Sævit nequities: pœnas jam noxia vincit.
Scilicet in multis quoniam discordia signis
Corpora nascuntur, pax est sublata per orbem;
Et fidei rarum fœdus, paucisque tributum.
Utque sibi cœlum, sic tellus dissidet ipsi;
Atque hominum gentes inimica sorte feruntur.
  Si tamen et cognata cupis dignoscere signa,
Quæ jungant animos et amica sorte ferantur;
Lanigeri partus cum toto junge trigono.
Simplicior tamen est aries, meliusque leone
Prosequitur genitos, et te, centaure, creatos,

inter ipsas leges. Et scelus superat jam supplicia. Nimirum, quia homines nascuntur inimici sub multis signis, concordia subtracta est per terrarum orbem, et pactum fidei pacisque datum est raro in terris. Et sicut cœlum discordat sibi, ita terra ipsa sibi discordat; et homines pari odio dissident. Si tamen vis etiam cognoscere signa amica, quæ conjungunt mentes, et quæ ducuntur concordi ratione; adde fœtus arietis toti ejus triangulo. Quanquam aries mitior est, et melius foret genitos et natos sub se quam ipse leo, et quam tu, o sagittari. Etenim sidus est

Delph. et vulg. et sic Paris. Restituit Bent. ex Vossiano.—602 'Pro *Sævit*, quod Paris. sic, Regiom. *Scævit:* uti *scævus* pro *sævus*, ubivis fere.' *Stoeb.*—603 Pro *signis*, Cod. Paris. et Regiom. *vincit.*—604 Regiom. Paris. *pars et sublata.*—605 Scal. Delph. et vulg. et sic Paris. et Regiom. *pacisque.* 'Quid est *tributum pacis?* Quidve *pacis* hic facit; cum in præcedente versu habuerimus *pax?* Repone, *Et f. r. f. paucisque t.* Paucis a natura concessum.' *Bent.*—606 Scal. Delph. et vulg. *ipsa.* et sic Paris. et Regiom. 'Si *ipsa* legimus, hæc surget sententia: Ut cælum sibi dissidet, ita ipsa tellus dissidet cœlo: quod Nostro et astrologis falsum habetur. Repone igitur, *Utque s. c. sic t. d. ipsi.* *Ipsi*, hoc est, sibi, ut passim Auctor τὸ *ipse* usurpat. Terra suas inimicitias ex signorum inimicitiis trahit.' *Bent.*—607 'Versus illos, quos supra dispunximus, cum hoc continuandos esse, te ipsum judicem fero, nisi aut bardus aut malignus es. Vide sententiam: *Atque hominum gentes inimica sorte feruntur. Iccirco nihil ex semet Natura creavit Pectore amicitiæ majus.* De odio dixit. Sequitur de amicitia.' *Scal.*—608 Paris. et Regiom. *cognoscere.*—611 'Regiom. *meliorque* (:) Paris. *molliorque*, deleta post distinctione.' *Stoeb.*—612 'Regiom. *creatis*, ut sit sensus: Et quam coli-

NOTÆ

608 *Si cognata cupis, &c.*] His 34. vss. docet ex signis pacem et odium colligere inter homines. Eadem enim sorte feruntur invicem homines, qua signa sub quibus nascuntur illi.

610 *Lanigeri partus, &c.*] His 15. vss. primum docet primi trigoni signa esse amica, hominumque animos sub illis genitorum amicitia jungere, non tamen æquali sorte amicitiæ ferri. Aries enim, quia mitiori natura constat, mitius pariter est astrum: leo vero et sagittarius, quia illis est feritas, minus amica sunt sidera, alterque altero magis bella gerit, nempe sagittarius, licet non ex una solum ferina, sed ex humana et ferina natura constet.

Quam colitur: namque est natura mitius astrum,
Expositumque suæ noxæ; nec fraudibus ullis,
Nec minus ingenio molli, quam vellere, constans.
Illis est feritas signis, prædæque cupido,
Venalisque animus, nonnunquam et vendere cogit
Commoditate fidem, nec longa est gratia facti.
At cum lanigeri partu sub utroque trigono

maxime mansuetum ex natura, qua colitur, et obnoxium injuriæ suæ, sine ullis dolis; neque habet animum minus mitem, quam corpus molle. Alia vero duo signa ferina sunt et avida prædæ, et mens eorum venalis facit ut aliquando fides utilitate propria violetur, et ut ratio beneficii præstandi non sit diuturna. Verum quando feritas utriusque illius signi triangularis non parcit natis sub ariete, sed aliquando

---

tur a tuis, centaure, natis.' *Stoeb.*—613 Scal. Delph. et vulg. *Qua.* '*Qua colitur*, inquit Scaliger, hoc est, Quatenus cicur est animal et cultus patiens, eatenus est mitius. Immo natura mite est, non cultu et arte mansuescit. Repone ex libris universis, *Quam colitur*. Ordo est, aries melius prosequitur leonem et centaurum, quam ab iis colitur: quia ipse mitis et simplex, illi feri et prædatores. *Colitur*, ut supra II. 512. de aquario: 'Sublimemque colit cancrum.'' *Bent.*—614, 15 Scal. Delph. et vulg. *sine f. u. . . . . corpore constat.* 'Libri omnes, *nec fraudibus*, et vetusti quattuor *constat*. Repono, *nec f. u. Nec m. i. m. q. vellere, constans.* Sic passim de ariete loquens, *vellera, vellere* Noster usurpat.' *Bent.* 'Libri meliores, *quam corpore constat.* Idem sensus: Non minus ingenium mite illi est, quam lana ipsa, quam gerit.' *Stoeb.*—617 Scal. Delph. et vulg. *excedere.* '*Excedere fidem*, postulante sententia, idem hic erit ac rumpere, prodere: quod tamen Latine dici nequit. Nam *excedere* cum accusativis est ultra ire; et *fidem excedere* est omnem fidem exsuperare; majus quid esse, quam ut credi possit. Ovid. Met. VII. 166. 'Excessitque fidem meritorum summa tuorum.' Plinius Hist. VII. 21. 'Oculorum acies vel maxime fidem excedentia invenit miracula.' et XXVIII. 13. 'Excedit fidem impudens cura.' Suetonius Claud. 29. 'Nam illud omnem fidem excesserit.' Repone igitur, *V. que a. n. et vendere c. C. f.* Tibullus I. 9. 'Tum mihi jurabas nullo te divitis auri Pondere, non gemmis, vendere velle fidem.'' *Bent.* 'At libri vetusti *excedere*, quod est exire, oblivisci. De quo Lexicographi.' *Stoeb.*—619 'Locus insigniter fœdatus. Ita restitue: *At cum Lanigeri partu sub utroque trigono Non partis: sed rara gerit pro tempore bella. Partis*, ἀρχαϊκῶς *Partes*. Partes pro factione poni alibi docuimus.' *Scal.* 'Hic et duo sequentes spurii sunt. Libri habent *non parcit*: unde Scaliger refinxit *non partes*, hoc est, factionem. Idem adscisit Huetius; et insuper *gerunt* reponit pro *gerit*. Frustra uterque in adulterinis conjecturas perdunt. Nihil enim in his tribus est, quod non antea dictum sit. *Partes* vero *gerere* quis umquam dixit? Quid, quod, *sub utroque trigono*, barbare dictum, pro utroque angulo unius trigoni? Denique *pro tempore bella*,

NOTÆ

612 *Centaure*] Sagittari, vs. 241.

614 *Expositumque suæ noxæ*] I. e. cui facile noceri potest; quod injuriis obnoxium est; hoc est, simplex, mite; qualis est ovis seu aries.

616 *Illis*] Leoni et sagittario.

620 *Utroque trigono*] Leone et sagittario, qui triangularia sunt signa cum ariete.

Non partis: sed rara gerit pro tempore bella,
Quod feritas utriusque magis pro tempore cogit.
Plus tamen in duplici numerandum est roboris esse,
Cui commixtus homo est, quam te, Nemeæe, sub uno.
Idcirco et pax est signis, et mixta querela.
Quinetiam tauri capricorno jungitur astrum;
Nec magis illorum coëunt ad fœdera mentes.

pro tempore bella facit, (quam rem magis facere pro tempore cogit utriusque feritas), plus tamen virium censendum est esse in eo, quod duplici constat natura, nempe in eo cui homo junctus est, quam in te, o leo, qui una constas forma. Ideo in signis istis pax et odium intermiscetur. Similiter sidus tauri conjungitur cum capricorno; neque enim mentes eorum alteræ alteris magis conveniunt ad amici-

et continno *pro tempore cogit,* inficete et putide.' *Bent.* 'Libri Vetusti cum Cod. Paris. et Lips. *partus,* Nominat. Sing. *sub utroque Trigono*] scil. Signo, Leone puta, et Sagittario.' *Stoeb.* Delph. *partui.* 'Supp. feritas leonis aut sagittarii non parcit. Ita restituo. Male enim vulg. *partus.* Male et Scal. Quid enim bella partis?'—620 Paris. Lips. et Regiom. *parcit,* Rom. et Ald. *partit.* Suspicor scriptum esse *patitur,* quod sententiæ ratio postulat.' *Stoeb.*—621 'In fine tollenda distinctio, et totus versus in parenthesi legendus. *pro tempore*] ex vs. præced. quæ Librariorum est negligentia, irrepsit. Puto legendum, *quam cetera,* quoad meliora probati Codices docebunt. Horum versuum nexus cum sequentibus duobus hoc potissimum ordine constat: At cum nati sub Ariete non passive se habent ad cetera duo ejus Trigoni Signa, sed subinde cum illis bellum gerunt; (quod feritas Leonis et Sagittarii magis, quam quævis alia causa, exigit;) plus tamen negotii illis facessit robor Sagittarii, cui conjunctæ vires sunt, quam solius Leonis. Ad firmandam hanc sententiæ rationem et connexionem plurimum faciunt, quæ statim sequuntur.' *Stoeb.*—624 Deest *et* in Scal. Delph. et vulg. 'Rectius libri vetusti: *Idcirco et pax est.*' Bent. 'Recte cum Cod. Lips. *et pax;* i. e. modo pax, modo mixta querela. Paris. illud *et* non legit.' *Stoeb.*—626 Scal. *Et.* 'contrarium menti suæ dicit. Aut legendum *Nec minus,* aut *Et magis.*' 'Libri universi *nec magis. Et* a Scal. est, quia *nec,* inquit, contrarium Auctoris menti est. Festinabat vir magnus, cum hoc scriberet. Taurus et capricornus in eodem trigono sunt: *non* tamen *magis* concordes sunt, quam aries et centaurus: quia hinc

NOTÆ

622 *In duplici*] In sagittario, qui duplici forma constat, equina et humana. vs. 241.

623 *Nemeæe*] Leo, a Nemea sylva Achaiæ, in qua Hercules immanem leonem interfecit. Theocr. Eiδ. xxv. Unde a Syl. lib. iv. is Leo dicitur, 'Nemees frondentis alumnus.' Senec. in Fur. 'Nemeæ timor,' et 'Nemæa pestis.' In cujus rei memoriam Argivi quotannis Nemeæa sacra instituebant, isque ager, in quo fuit ille leo interfectus, Herculi sacer fuit.

625 *Quinetiam, &c.*] His 4. vss. ait secundi trigoni signa partubus suis esse amica, non quidem æquali sorte. Taurus enim et capricornus ducunt quidem semper in fœdus amicitiæ; sed virgo nonnunquam rixas et querelas aspergit.

Virgineos etiam partus, quicumque creantur
Tauro, complecti cupiunt: sed sæpe queruntur.
Quosque dabunt gemini chelæque et aquarius ortus,
Unum pectus habent, fideique immobile vinclum:
Magnus erit geminis amor, et concordia duplex.
Magnus et in multos veniet successus amicos.
Scorpios et cancer fraterna in nomina ducunt
Ex semet genitos: nec non et piscibus orti
Concordant illis. Sæpe est et subdolus astus;
Scorpios aspergit noxas sub nomine amici.

tiam: et qui nati sunt sub tauro optant amplexari natos sub virgine: plerumque tamen querelas miscent. Et ii partus quos libra creabit, et ii quos aquarius creat, habent unum et idem cor, et immutabilem nexum fidei. Gemini habebunt magnum amorem, et geminam concordiam: et magna prosperitas veniet ab iis in plures amicos. Scorpius et cancer faciunt ut ex seipsis nati coëant in amicitiam fraternam. Scorpius tamen intermiscet rixas istas istis partubus sub titulo amicitiæ (namque

signa singula sunt, illinc duplicia.' *Bent.*—629 Scal. Delph. et vulg. *chelæ et quos dat a. o.* Versus abhinc tertius in nullo Ms. est: a Boniucontrio, opinor, additus, ad trigonum supplendum. Repone igitur, *Q. q. d. gemini chelæque et a. o.* Error inde natus quia notis, non literis, olim hæc scribebantur.' *Bent.* 'Regiom. optime: *Quosq. dab. Chelæ et quos præbet Aquarius ort.* Vs. 630. *vinclum*] Libri nostri, *junctum*.' Stoeb.—631 'Libris nostris non legitur: at vel ideo non expungendus. Pertinet enim ad tertium Trigonum explendum, eo quod sequens versus de Libra et Aquario prædicari minime potest. Neque enim Manilius modum servavit, ut totum Trigonum uno versu concludat; quod ex sequente patet, ubi de Piscibus seorsim.' *Stoeb.*—635 Scal. Delph. et vulg. *nam s. e. s. actus.* 'Libri veteres *et* pro *nam.* Lege et distingue: *C. i. S. e. et s. astus. Astus* etiam Heinsius ad Ovidium et Huet. vidit. Scorpios infidos et subdolos parit; pisces varios et inconstantes.' *Bent.* 'Regiom. juxta cum Gemblac. Paris. et Lips. distinguit *Concordant* (.) quam distinctionem tollit Paris. Pergit autem, *illos nam sæpe est subdolus actus*; mel. *astus.*' Stoeb.—636 'Paris. et Regiom. qui superiore vs. legunt *illos*, hic *noxis. nomine amici*] Mel. *amico*, quod non debuit a Scaligero mutari. Supra vs. 633. *fraterna nomina.* Vide Heins. ad Art. Amat. I. 585. Is eandem Ovidio lectionem restituit in illo qui huc maxime facit versu, 'Tuta frequensque via est per ami-

NOTÆ

629 *Quosque dabunt, &c.*] His 4. vss. scribit tertii trigoni quoque signa esse amica suis natis: plus tamen amicitiæ inesse geminis, (quia duo sunt,) quam libræ aut aquario.

Chelæ] Libra; vs. 178.

633 *Scorpius et cancer, &c.*] His 7. vss. explicat quarti trigoni signa non omnia esse amica pari sorte. Scorpius enim aliquando rixas intermiscet sub amici nomine: pisces vero interdum etiam fœdus amicitiæ rumpunt, nec in eadem animi sententia constare sinunt.

At quibus in lucem pisces venientibus adsunt,
His non una manet semper sententia cordi.
Commutant animos interdum, et fœdera rumpunt,
Ac repetunt: tectæque lues sub fronte vagantur.
Sic erit e signis odium tibi paxque notanda:
In terris geniti tali sub lege creantur.
Nec satis hoc tantum solis insistere signis:
Contemplare locum cœli, sedemque vagarum.
Parte genus variant, et vires linea mutat.
Nam sua quadratis veniunt, sua jura trigonis,
Et quæ per senos decurrit virgula tractus,
Quæque secat medium transverso limite cœlum.

plerumque dolosa est actio). Verum illi homines, quibus nascentibus pisces favent, non perstant semper in eodem animi sensu: aliquando enim mutant mentes, et dissolvunt amicitias, et iterum reposcunt; et pestes occultæ sub eorum vultu feruntur. Ita inimicitia et concordia observanda tibi erit ex signis. In terris nati generantur sub pari conditione. Nec sufficit morari solum in singulis signis privatim. Observa partem cœli, et locum planetarum. Hi namque mutant rem ex ratione loci; et virgula mutat vires siderum. Namque sua sunt dominia quadrangulis signis, et sua triangulis, et iis, quæ linea describit per sex lineas, et iis quæ interse-

cum fallere nomen.'' *Stoeb.*—639 'Regiom. sic distinguit, *animos* (:) *interd.* Paris. vero nullam hic agnoscit distinctionem. Vs. 640. *tectæque*] Paris. Regiom. *recteque*, minus recte. Consentit quoque Paris. in his: *sub fronte*, pro quo Regiom. *in fronte.* Vs. 642. *lege*] Paris. *luce.* Vs. 643. *hoc tantum*] Uterque, *est tantum.*' Stoeb.—642 Scal. *ternis.* 'Sane bene *in terris.* Nam profecto homines non in cælo nascuntur. Imperite fecerunt, qui mutarunt. Manilius enim scripsit *in ternis.* Est enim epilogus trigonorum, sive triplicitatum. Tali sub lege, inquit, nascuntur in trigonis.' *Scal.*—643 Scal. Delph. et vulg. *est tantum.* 'Vetusti quattuor, *Nec satis hoc tantum.*' Bent. —644 'Versus spurius. Vid. ad vs. 651.' *Bent.* 'Ald. et Rom. *vagantum*, non diverso sensu. Supple *stellarum*, i. e. Planetarum, vel signorum Zodiaci, ut adeo legere possis cum Paris. *vagorum.* Sententia inde a vs. 643. sic concipienda: Non satis est sola ipsa Signa per se considerare. Nam variant aut Planetarum commixtione, aut alia configuratione. Trigona enim amicantia accessione maleficarum stellarum odium generant, et Signum Trigoni lege consideratum, quadrati aut diametri lege, alias vires habet.' *Stoeb.*—648 Paris. *secant.*—649 Rom. Paris. Regiom. et vulg. *detrahit.* Correxit Scal. ex Gemb.—

NOTÆ

643 *Nec satis, &c.*] His 11. vss. monet non unis signis tantum esse attendendum; sed et varias cœli partes, variosque per signa fines ac terminos esse observandos. Aliud quippe jus datur partibus cœli quadratis, aliud trigonis, aliud hexagonis, aliud oppositis: aliæ pariter signorum vires sunt, pro variis per ea planetarum terminis. Quæ singula sigillatim explicaturus est.

644 *Vagarum*] Sup. stellarum, i. e. planetarum, I. 15.

Hinc modo dat mundus vires, modo deterit idem:
Quæque illic sumunt iras, huc acta reponunt.
Distat enim, surgantne eadem, subeantne, cadantne.
Crebrius adversis odium est: cognata quadratis
Corpora censentur signis, et amica trigonis.
Nec ratio obscura est: nam quartum quodque locavit

cant medium cœlum ex linea diametrali. Inde nunc cœlum tribuit vires, nunc idem eripit illas. Et quæ signa capiunt odium in una parte cœli, reddunt illud in alia parte quo moventur; differt enim an oriantur, an ascendant, an occidant. Sæpius inimicitia inest signis oppositis: affines partus tribuuntur signis quadrangularibus et amici triangularibus. Neque causa est latens; namque auctor naturæ posuit in

650 Scal. Delph. et vulg. *hic.* '*Hic acta* σολοικίζει. Repone ex libris veteribus *huc.*' Bent. Regiom. et Paris. pro *iras, vires.*—651 'Versus irreptitius et ineptus: *surgant* enim et *subeant* eodem sunt sensu. Præterea omnes omnino codices numero singulari habent, *surgatne, subeatne, cadatne.* Mutatum credo a Bonincontrio; ut præcedenti versui hunc adaptaret. Atqui interpolator olim aliquis binos versus addiderat: 'Contemplare locum cœli sedemque vagarum: Distat enim surgatne eadem, subeatne, cadatne:' hoc est, eadem vaga stella: quorum versuum alter, quod in angustiore margine uterque longo spatio scriberentur, ab altero separatus est; cum ab ignaris librariis in textum inducerentur. Nondum quicquam de planetarum aspectibus Auctor narraturus erat.' *Bent.* 'Regiom. adstipulante Paris. *surgatne eadem, subeatve cadatque:* Lips. *subeatne cadatne.* quæ 'lineam' respiciunt vel virgulam ex anteced. *surgat*, i. e. ascendat perpendiculariter, ut in Signis e diametro oppositis. *Subeatve cadatque* in Trigonis, Tetragonis, et Hexagonis, ubi diversitas Signorum dexterorum, quæ altero prius cadunt s. occidunt, et sinistrorum quæ subeunt s. oriendo alterum præcedunt, observanda.' *Stoeb.*—654 '*obscura est*] Sic Paris. *est* non legit Regiom. *quodque*] Paris.

NOTÆ

649 *Mundus*] Cœlum, I. 9.

650 *Acta*] Mota; signa enim alias aliis in partibus cœli sumunt aut deponunt affectiones.

652 *Crebrius adversis*] His 2. vss. docet signis oppositis tribuendos esse hostes; cujus rei nullam reddit causam, nisi quia adversa sunt signa. Signis autem quadratis cognatos seu affines, vicinos, et hospites; cujus rei singulas causas jam redditurus est. Signis vero trigonis amicos; cujus rei rationem quoque dabit.

654 *Nec ratio obscura, &c.*] His 26. vss. explicat primum quæ signa dicantur proprie et improprie quadrata; docetque triplex quadratorum esse genus. 1. est proprie dictum, quod adornant aries, cancer, libra, et capricornus. 2. et 3. est improprie dictum, quorum alterum efficiunt taurus, leo, scorpius, et aquarius: alterum gemini, virgo, sagittarius, et pisces. 1. est signorum tropicorum, seu mobilium, quia dum ea sol ingreditur, nova fit temporis mutatio; in ariete enim fit mutatio temporis hyberni in vernum; in cancro, verni in æstivum; in libra, æstivi in autumnale; in capricorno, autumnalis in hibernum; unde quadratum hoc dicitur proprie et tempore. 2. est signorum simplicium, i. e. eorum quæ una et simplici forma constant, nempe

Ejusdem generis signum natura per orbem.
Quatuor æquali cœlum discrimine signant,
In quibus articulos anni Deus ipse creavit.
Ver aries, Cererem cancer, Bacchumque ministrans
Libra, caper brumam genitosque ad frigora menses.
Necnon et duplici quæ sunt connexa figura,

circulo zodiaci unum quodque signum quartum ejusdem generis. Quatuor igitur signa notant cælum pari intervallo, in quibus ipse Deus fecit quatuor cardines anni. Aries dat ver; cancer æstatem; libra autumnum: et capricornus atque pars ejus piscis genita ad frigus dat hyemem. Quinetiam signa, quæ composita sunt ex ge-

---

quoque. Vs. 658. *cancer*] Regiom. *taurus.* et pro *ministrans,* Paris. *ministrat.*' Stoeb.—659 Rom. et vulg. *genitosque ad frigora pisces.* 'Corrige ex Gemb. *genitusque a. f. piscis.*' Scal. et sic Delph. et recentiores. "'Id est, caper,' inquit Scal. 'idemque piscis: est enim pars caper, pars piscis.' Hanc interpretationem secuti sunt alii. Sed sine dubio tacitis sententiis damnarunt poëtam tam absurde et incondite loquentem. Codex Vossianus, *genitosque pisces.* Repone, *L. c. b. genitosque ad f. menses.* hoc est, menses hibernos. Claudian. Pros. III. 224. 'Quod gelidi rubeant alieno germine menses.'" *Bent.* 'Rescribe ex Gemblac. et Paris. *genitusque ad frigora Piscis.* Neque tamen corrigendi Regiom. Ald. et Rom. qui legunt *genitosq. piscis,* pro *es.*'

NOTÆ

tauri, leonis, scorpionis, et aquarii; quod quidem quadratum non nisi numero et improprie dicitur. 3. est duplicium, i. e. eorum signorum quæ duplici aut gemina forma constant, nimirum geminorum, virginis, sagittarii, et piscium. Quod etiam quadratum nonnisi numero pariter et improprie dicitur. Deinde docet Poëta 1. quadratum, quod est tropicorum, tribui cognatis et affinibus, seu consanguineis; quia sicut ea quatuor signa ejusdem sortis ac generis videntur esse, ita tribui debent natis ejusdem gentis ac familiæ. Unde hoc quadratum ceteris duobus valentius æstimatur, vs. 685. At 2. quadratum, quod est simplicium, attribuit hospitibus, quia sicut ea quatuor signa magis removentur a tropicis, nec nisi numero quadratum efficiunt, ita remotioribus gradibus tribuenda sunt, vs. 682. Quadratum vero 3. quod est duplicium, dat vicinis, qui propius accedunt ad gradus affinitatis, sicut signa duplicia propius et magis proprio numero accedunt ad signa tropica, vs. 680. Vide autem quæ supra de tropicis signis annotatum est vs. 156.

655 *Natura*] Deus, auctor naturæ.

657 *Articulos anni*] Quatuor cœli cardines, seu puncta cardinalia, vs. 156.

658 *Cererem*] Æstatem. Ceres enim, quia Dea frugum creditur, pro ipso tempore, quo segetes maturescunt et metuntur, a poëtis usurpatur.

Bacchumque] Autumnum. Bacchus enim, quia vini Deus est, pro ipso vindemiæ tempore solet usurpari.

659 *Genitusque ad frigora menses* [*piscis*] Pars enim posterior capricorni desinit in caudam piscis, quæ in se reflectitur, quasi frigore contracta, I. 272.

Quartum quæque locum retinent. Duo cernere pisces,
Et geminos juvenes, duplicemque in virgine formam,
Et duo centauri licet uno corpora textu.
Sic et simplicibus signis stat forma quadrata.
Nam neque taurus habet comitem, nec jungitur ulli
Horrendus leo, nec meruit sibi nectere quenquam

mina forma, occupant etiam quartam quamque sedem. Fas est videre duos pisces, videre pariter duos pueros, et geminam figuram virginis, et duos mixtos in uno corpore sagittarii. Atque ita illa signa simplicia efficiunt figuram quadrangularem. Etenim neque taurus habet socium; neque timendus leo jungitur alteri; neque scor-

Stoeb.—661 Scal. Delph. et vulg. *quemque locum.* 'Atqui hoc falsum, duplicia signa quartum *quemque* locum retinere: tum enim omnes duodecim tenerent, quorum quivis diverso respectu quartus esse potest. Repone igitur, *Q. quæque l. r.* Hoc est, *quæque signa*, ut versu 654. 'nam quartum quodque locavit Ejusdem generis signum.'' *Bent.* '*Quartum*] Hoc notavit altera manus in Cod. Ms. Paris. qui legit *Quarum*.' Stoeb.—663 Rom. et vulg. *Et duo Centauri licet uno corpore texti.* 'Sine dubio legendum *textos. Duo* quarti Casus. Virgilius: 'Si duo præterea tales Idæa tulisset Terra viros.' Licet, inquit, cernere duos contextos in uno corpore Centauri. Est enim διφυής. Gemblacensis hac in parte sanus non est: *Et duo Centauri licet uno in corpore textum.*' Scal. '*Textos* a Scaligero est: 'licet,' inquit, cernere duo contextos in uno corpore centauri.' Atqui nec ordo vocabulorum probus est; nec *duo textos* placet; quasi duo isti integra essent animalia, non unius partes. Gemblacensis, *uno in corpore mixtum;* et superne pro varia lectione *textum.* Ceteri tres non agnoscunt *in*, et in ipso textu habent *textum.* Repone, *Et d. c. l. u. corpora textu. Duo corpora centauri uno textu*, hoc est, una commissa, connexa, contexta. *Textus*, usitatum Auctori vocabulum: ut II. 428. 'Temporaque efficiunt, simili concordia textu.' III. 270. 'venietque suo per carmina textu.' IV. 415. 'et vario consurgunt sidera textu.'' *Bent.* At Stoeb. 'Regiom. *uno corpore texti*, pro quo *mixti* Paris. Id. vult: Centaurus pro duplici Signo habetur, licet uno tantum corpore, sed diversæ speciei, constet. Vs. 665. pro *jungitur*, Paris. et Regiom. *pingitur.*' et sic Rom. et vulg. 'Repone *jungitur* ex Gemb.' *Scal.*—666 Scal. Delph. *metuit sine corpore.* 'Ostendit taurum, leonem, scorpion, et aquarium signa esse simplicia. Quo igitur pertinet, *scorpion neminem metuere?* Aut quid omnino est, *quemquam sine corpore? Sine corpore*, inquit Huetius, subaudi *adjuncto.* Atqui nec illud jure potest subaudiri, nec quicquam sententiam juvat. Restituo tibi verba Auctoris: *nec meruit sibi nectere q. S.* Errori ansam dedit compendiosa scriptio, *si nectere, si necpore.* Non meruit scorpios, utpote totus venenosus, quemquam habere sibi connexum, quo duplex signum fieret.' *Bent.* 'Libri universi, *nec metuit sine corpore quemquam.* Quæ quidem si ad mentem Auctoris, quod dicimus rite, explicantur, ne levicula quidem illa mutatione opus habent, quam tentavit Cl. D'Orvill. ad Charit.

NOTÆ

662 *Duplicemque in virgine formam*] Virginis, nimirum et spicæ, quam dextra gerit virgo, I. 265. Quanquam vs. 174. docuit alia de causa duplicem dici formam in virgine.

663 *Centauri*] Sagittarii, vs. 170. et 241.

Scorpios, atque uno censetur aquarius astro.
Sic quæcumque manent quadrato condita templo
Signa, parem referunt numeris aut tempore sortem.
Hæc veluti cognata manent sub fœdere tali:
Idcirco affines signant, gradibusque propinquis
Accedunt, unoque tenent ab sanguine natos.
Proxima vicinis subscribunt; tertia quæque

pius timet aliquem, licet videatur esse sine viribus: et aquarius habetur constans unico sidere. Ita hæc omnia signa, quæ posita sunt in arcu quadrangulari cælorum, similia sunt aut numero aut tempore, et videntur quasi affinia sub tali lege: ideo designant propinquos, et proxima sunt gradibus affinitatis, et continent natos sub eadem similitudine. Quotcumque signa feruntur ex proprio quadrato vicina arti-

p. 285. pro *corpore* legens *compare*. Sensum enim ita concipimus: Nec Scorpius metuit quemquam *sine corpore* scil. *alio*, i. e. *solus* licet: nimirum, quoniam satis præsidii ad se tuendum a natura habet, qui, quod est in fabula, vel ictu Orionem necavit. Conf. Nostr. supra vs. 32. 213. &c.' *Stoeb.*—667 Scal. Delph. et vulg. *censentur*. 'Priore versu jam emendato, quis non videat legendum esse, *censetur?* Ita Vossianus, et ex recentioribus multi.' *Bent.* Scaliger rectins ex suo Codice, cui Lips. adstipnlatur, dedit *censentur*, Scorpius scil. et Aquarius.' *Stoeb.*—670 Scal. Delph. et vulg. *Ac.* 'Immo non omnia quadrata cognatos faciunt, sed unum tantum, quod quattuor cardines tenet. Repone igitur, *Hæc v. c. m. s. f. t.* *Hæc* ultima, quæ *tempore* parem sortem referunt, non *numeris solis*. Sic infra de trigonis: 'Hæc meliora putant, mentes quæ jungere possunt.'' *Bent.*—671 'Ita recte Lugdunensis editio: cum antea ineptissime etiam Gemblacensis, et veteres editiones et textus Bonincontrii haberent *gravibusque propinquis*. Ubi homo minime malus Bonincontrius interpretatur *gravibus*, id est, stabilibns et fixis signis. Risi hominis ἀκακίαν. Nam quis tam puer in his, ut *gradibus* legendum esse non videat? *affines signant gradibusque propinquis Accedunt* pro eodem dixit. Affinitas idem est cum gradibus propinquitatis.' *Scal.*—672 Scal. Delph. et vulg. *unaque t. sub imagine*. 'Quid est *una sub imagine?* an omnes, sub eodem quadrato nati, sunt eadem forma corporis? Ridiculum. Repone, *unoque tenent ab sanguine natos*. Quadrata, inquit, et affines signant et consanguineos; trigona amicos. Virgil. Æn. VIII. 142. 'Sic genus amborum scindit se sanguine ab uno.' Noster II. 681. 'imitantes jura gradumque Sanguinis.' et 685. 'fœdus sub sanguine fallnnt.' *Bent.* 'Libri universi sic: *unaq. tenent sub imagine natos*. i. e. eadem stirpe oriundos, nobiliores puta, qui jure imaginum gaudebant apud Romanos.' *Stoeb.*—673 'Ut quadratum

NOTÆ

667 *Uno censetur aquarius astro*] Etenim sub unius pueri aquas effundentis ex urna figuratur aquarius, licet aliquando puer et amphora illius pro ipso aquarii signo sigillatim nsurpentur, vs. 232.

668 *Templo*] Arcu cœli, de quo vs. 354.

669 *Numeris aut tempore*] Vid. not. vs. 653.

671 *Idcirco affines, &c.*] Nimirum signa tropica, quæ proprie ac ratione temporis quadrata dicuntur, vs. 653. not.

Gradibusque propinquis Accedunt] Nempe signa duplicia et simplicia, quæ non nisi numero et improprie quadrata censentur, vs. 653. et 675.

Hospitibus: sic astrorum servabitur ordo;
Quotquot cardinibus, serie variante, moventur.

culis anni, favent vicinis. Quæ vero tertia sunt a cardinibus, ea favent hospitibus. Ita observandus est ordo signorum. Quæ duo postrema signorum genera,

arietis cardinale affines et consanguineos generat, ita *proxima*, tauri quadratum, vicinos, et *tertia*, geminorum quadratum, hospites. *Hæc*, prima scilicet, *proxima*, *tertia*. Apparet ergo hunc versum et sequentes quinque recte hic a nobis poni: nam in manuscriptis et editis veniunt post versum 686.' *Bent.* 'Hic versus, cum quinque sequentibus, post vs. 686. in Scriptis et Editis rectius legitur. Non enim omnia Quadrata persequitur Auctor; quin imo de ceteris, Cardinalibus puta, vs. 676. sq. docet, ea quadrati lege non censeri. Adeoque commode admodum ad Trigona transit his verbis vs. 679. 'Longior in spatium,' &c. *Steeb.*—675 Rom. et vulg. *proprio variante*. Scal. *proprio quadrante*, et sic Delph. et recentiores. 'Pro *proprio quadrante*, quod a Scaligero est, libri veteres *proprie variante*. Sane quid sibi velit *proprio quadrante* non intelligo: cum *quadrans* non sit quadratum, sed quarta pars quadrati, vel alterius rei cujusvis. Repono, *sic a. s. o. Q. c. serie variante, m.* Sic ordo, inquit, astrorum servabitur, pro rata quoquoversus a cardinibus distantia; ut proxima vicinis dentur, tertia hospitibus; serie

NOTÆ

673 *Tertia quæque*] Sup. a cardinibus; i. e. duplicia signa.

674 *Sic astrorum*] Concludit Poëta hunc ordinem per signa quadrata esse observandum. Ratio autem cardinis major est ratione numeri, quo fit ut tropica signa valentiora sint simplicibus aut duplicibus. Hic autem curavimus apponi figuram, in qua quadrata cum suis clientelis distinguere est. Scilicet in his duabus tabellis classes disposuimus: in quarum altera, quæ est ad sinistram, distinximus Signa tropica, fixa, et communia per suas quæque classes: in altera vero, quæ est ad dextram, singulas eorundem signorum classes suis juribus asseruimus, nempe tropica cognatis; fixa vicinis; communia hospitibus. Res clare patet.

QUADRATA CUM SUIS CLIENTELIS.

Tropica	♈	♋	♎	♑	Cognatorum	♈	♋	♎	♑
Fixa	♉	♌	♏	♒	Vicinorum	♉	♌	♏	♒
Communia	♊	♍	♐	♓	Hospitum	♊	♍	♐	♓

675 *Quotquot cardinibus, &c.*] His 6. vss. docet secundo quadrato, quod est signorum simplicium, tribui vicinos: tertio vero, quod est duplicium, dari hospites, vide not. vs. 653. Scilicet hæc duo quadrata non vera lege quadrati censentur, quia non nisi numero quadrata sunt. Igitur quæ

Quæ quanquam in partes divisi quatuor orbis
Altera quadrata efficiunt; non lege quadrati
Censentur: minor est numeri, quam cardinis usus.
Longior in spatium porrecta est linea majus,
Quæ tribus emensis signis facit astra trigona:
Hæc ad amicitias, imitantes jura gradumque
Sanguinis, atque animis hærentia fœdera ducunt.

licet adornent duo quadrata circuli, qui dividitur in quatuor partes, tamen non habentur sub jure quadranguli: scilicet ratio numeri minor est, quam cardinis. Est ductus major productus in longius intervallum, qui, tribus signis integris exactis, efficit signa triangularia. Hæc signa sunt ad amicitias, quæ similes sunt legibus et gradibus affinitatis, et ad corda, quæ sibi mente junguntur. Et sicut ipsa remo-

astrorum tria quadrata variante. Infra II. 959. 'quæ pervolat omnis Astrorum series.' Porro hinc constat, virum magnum inconsulto hic mutasse ordinem versuum in codicibus receptum; cum et hunc 675. ante versum 673. posuerit.' *Bent.* 'Cod. Lips. *propriæ variante.* Libri omnes cum Gemblac. *proprio var.* Scaliger emendavit *proprio quadrante,* Poterit autem prisca lectio retineri, hoc sensu: *proprio* sc. cardine *variante.* Minime enim hic intelligendi cardines anni, sive puncta Tropica; sed cardines genituræ, qui 'Cuspides' appellantur. Cardinibus illis inest jus cognationis. *Qui* his *proxime accedunt* Loci, *vicinitati* præsunt: *Tertii Loci* a cardinibus genituræ *hospitibus* jura dicunt.' *Stoeb.*—676 Rom. et vulg. *divisit.* Correxit Scal. ex Gemb.—677 Scal. Delph. et vulg. *Sidera q. e.* '*Quæ,* astra scilicet, *efficiunt sidera quadrata.* Quid putidius, cum astra sint idem quod sidera? Nec recte dixeris *sidera quadrata.* Neque vero minus putide, si casu recto acceperis, astra, *quæ sidera* efficiunt quadrata. Repone, *Altera q. e.* hoc est, duo alia quadrata, præter quadratum arietis cardinale.' *Bent.* Rom. et vulg. *quadrati.* Correxit Scal. ex Gemb.—678 'Sic Scaliger ex Gemblac. quicum Lips. convenit. Impressi veteres, *minus est num.* quod videtur accipi posse pro *minoris est.* Nimirum, quamquam quadrata sunt Aries, Cancer, Leo, Sagittarius; tamen non tam quod quadrata, quam quod cardinalia, eorum ratio habetur.' *Stoeb.*—681 'Primus omnium acutissimus Regiomontanus vidit, hæc contra Manilii rationem esse. Quapropter sive ex suo Codice, sive ex ingenio, certissima prorsus emendatione, dedit, *mutantes jura gradumq.*' Stoeb.—682 Scal. Delph. et vulg. *pectora.* 'Quid hic facit *pectora?* Lege *fœdera.* Ducunt ad amicitias et fœdera firma. Ut mox 'fœdus sub sanguine fallunt.' *Bent.* 'Regiom. iterum longe rectius, *annis hærentia tempora.* nisi

NOTÆ

magis alterutrum a cardinibus cœli recedit, eo minus est potens. Unde proximo a cardinibus tribuitur vicinitatis gradus, alteri vero gradus hospitalitatis: major enim est gradus vicinitatis, quam hospitalitatis: major autem utroque gradus sanguinis, qui datus est primo quadrato. 'Sic astrorum servabitur ordo.'

679 *Longior in spatium, &c.*] His 8. vss. docet trigonis esse tribuendas amicitias, quæ nec sanguini, nec affinitati cedunt. Cujus rei rationem modo reddit vs. 683. et jam antea reddidit vs. 373.

Utque ipsa ex longo coëunt summota recessu,
Sic nos conjungunt majoribus intervallis.
Hæc meliora putant, mentes quæ jungere possunt,
Quam quæ nonnunquam fœdus sub sanguine fallunt.
Adde suas partes signis, sua partibus astra:
Nam nihil in totum servit sibi: mixta feruntur.
Ipsis dant vires astris capiuntque vicissim:
Quæ mihi mox certo digesta sub ordine surgent.
Omnibus ex istis ratio est repetenda per artem,
Pacata infestis signa ut dignoscere possis.

ta nonnisi ex longo secessu conveniunt: ita jungunt nos ex spatiis remotioribus. Homines existimant hæc signa meliora, quæ possunt jungere animos, quam quæ sæpe mentiuntur amicitiam sub nomine affinitatis. Jam vero nullum sidus sibi soli est usui in se toto: sed intermixta sunt. Scilicet signa dant terminos ipsis planetis, et vice versa accipiunt; quæ res jam mihi venient disponendæ per certum ordinem. Tribue etiam signis suas partes, et partibus sua signa: sic enim causa deducenda est ex cunctis rebus per disciplinam, ut facile queas dignos-

hic malis retinere *pectora*, quod ceteri omnes agnoscunt.' *Stoeb.*—683 Rom. et vulg. *in longo.* Mutavit Scal. ex Gemblac. 'Adhuc magis placet lectio Regiom. *in longo recess.* Nimirum, quia Trigoni linea longior, et longius spatium complectitur, ac remotiores angulos conjungit; ideo valebit ad jungendas amicitias externas et quasi e longinquo cum annorum decursu coalescentes.' *Stoeb.*—687 'Cum in omnibus membranis hic vs. hoc, quo nunc edimus, loco feratur; miror qui factum sit, ut et ante Scal. detrudatur post vs. 690. Ordo clarus et conspicuus est: Adde suas signis *partes;* nam nihil in *totum* sibi servit. *Partes* et *totum* antitheta sunt.' *Bent.*—688 Delph. *Jam.* 'Melius habet distinctio Cod. Paris. et Regiom. *servit* (:) *sibi mixta feruntur.*' Stoeb.—689 Scal. Delph. et vulg. *fines.* 'Sine dubio *fines*, sive termini, statæ sunt; quomodo ergo dantur, et vicissim capiuntur? Repone *vires.* Cum *mixta* dicit, et *vires* dicit: hæc enim se mutuo postulant. Vid. ad II. 869.' *Bent.* 'Malim cum Cod. Paris. Regiom. et ceteris omnibus, *fines.* Quatenus, inquit, illa sidera sunt quadrata, dant fines et legem Quadrato, et tunc servire sibi videntur, i. e. contemplatione sui tantum effectus habere. Quatenus vero in Cardinibus constituta, legem et fines a Cardinibus accipiunt.' *Stoeb.*—692 Rom. et vulg. *Partitam in sectis.* 'Quam lectionem tutatur Jun. Bitur. dum

NOTÆ

688 *Nam nihil in totum, &c.*] Poëta, prætermissis iis quæ supra de hexagonis fuerat pollicitus, aliam de planetarum terminis per signa, deque signorum finibus per planetas orationem aggreditur. Quod ut explicet præmittit quæstionem de dodecatemoriis signorum, quæ nos cum ipso sumus interpretaturi. Itaque his 6. vss. quasi ex abrupto prædicat singula sidera, i. e. signa et planetas, non sibi in totum servire, sed singula singulis esse miscenda pro certis partibus; ut pacata ab infestis, hoc est, amica ab inimicis, mutuo dignoscantur. Quis vero sit partium numerus observandus jamjam demonstratur vs. 692.

Perspice nunc tenuem visu rem, pondere magnam,
Et tantum Graio dignari nomine passam,
Dodecatemoria in titulo signantia causas.

cere signa amica ab inimicis. Attende nunc rem exiguam aspectu, sed magnam re, quæ nonnisi vocabulo Græco queat significari, nimirum dodecatemoria, quæ vox signat in se causas suæ appellationis. Etenim cum singula signa compo-

---

castigat: *Partitam in sectas*, hoc est, inquit, in segmenta partium. Durior sane interpretatio.' *Delph.* Correxit Scal. ex Gemb. Ibid. Scal. Delph. et vulg. *perdiscere*. '*Perdiscere* nullo hic sensu est. Omnino corrigendum, *dignoscere*: ut supra II. 608. 'Si tamen et cognata cupis dignoscere signa.' *Bent.*—'De Signis amicis et inimicis prolixe satis hactenus. Itaque non nova Poëtæ de illis disserendi materia. Ergo nihil ad rem illa lectio, ingeniose licet, at præter Manilii mentem, conficta. Regiom. cum Codd. Paris. et Lips. *Pacatam infectis . . . . perdiscere:* Rom. et Ald. *Partitam* (,) *insectis . . . . perdisc.* Quæ quidem non sunt tam absurda, ut omnino repudientur. *Artem partitam* recte conjungere et accipere poteris pro *divisam*, *dispositam*. Anima 'partita per artus,' i. e. distributa, Lucret. III. 710. *insectis* divisim legendum, *in sectis* sc. Signis, uti Statius Theb. VIII. 64. computat 'sectum annum:' quasi, in dies ac horas divisum. *Perdiscere*, recte. quemadmodum Cicero de Fato VIII. fin. ubi, 'Majus est,' inquit, 'has contortiones orationis, quam Signorum ortus obitusque perdiscere.' Itaque Noster artem modo traditurus est, ita dispositam, ut Signorum rationem in sectionibus vel segmentis ipsorum *perdiscere*, sive *penitius cognoscere* possis, quod fit in Dodecatemoriis, de quibus nunc.' *Stoeb.*—693 Rom. et vulg. *Perspice nunc tenui.* Optime Gemblacensis: *Perspice nunc tenuem visu rem, pondere magnam.* Sic Virgilius: 'In tenui labor, at tenuis non gloria.' Inepte Bonincontrii textus *Prospice.* Sic alibi: 'Nunc age subtili rem summam perspice cura.' Ubi idem error in Bonincontrio.' *Scal.*—694 Rom. et vulg. *Quæ tantum Graio.* 'Hæc omnia aliter, et quidem melius, Gemblacensis: *Perspice nunc tenuem visu rem, pondere magnam, Et tantum Graio signari nomine passam.*' Scal. 'Inepte et ignave *signari*, cum proximo versiculo sequatur *signantia.* Repone *dignari. Dignari nomine.* Priscianus p. 793. Cicero in Œconom. 'Homo ex eo numero hominum, qui apud nos eo nomine dignantur.' Et alibi.' *Bent.* '*Dignari*] passive, Manilio pariter ac ceteris probis Auctoribus insuetum. Cod. Paris. et ceteri omnes, *signari.* Maxime nobis placet lectio Ald. et Rom. *Quæ tantum Graio signari nomine possit.* Reliqui pro *possit* habent *passum:* non male. Regiom. autem vitiose, *passim.*' Stoeb.—695 'Cod. Paris. et Lips. *in titulos*, quod

NOTÆ

693 *Perspice nunc, &c.*] His 14. vss. docet et explicat quis sit ille numerus partium per signa observandus, quod *dodecatemorion* Græci vocant. Dodecatemorion itaque Græca vox est, a vocibus *δώδεκα duodecim*, et *μόριον pars*; quasi duodecima pars. Est igitur dodecatemorion nihil aliud, quam signi duodecima pars; cum autem signum quodque triginta partibus constet, profecto duodecima pars cujusque signi constet necesse est ex duabus partibus cum dimidia: duodecies enim 2 et ½, dant 30. Monet vero hanc duodenarii numeri rationem per singula signa fuisse a Deo distributam pro duodecimo signorum numero, ut horum mixturis totum cœlum bene concordaret, regereturque ex mutua et communi tutela. Ita enim signa singula feruntur, ut in unoquoque duodecim contineantur alterna sorte sociata. Quod jam infra explicabitur vs. 712. not.

Nam cum tricenas per partes sidera constent,
Rursus bis senis numerus diducitur omnis.
Ipsa igitur ratio binas in partibus esse
Dimidiasque docet partes. His finibus esse
Dodecatemorium constat; bis senaque cuncta
Omnibus in signis: quæ mundi conditor ille
Attribuit totidem numero fulgentibus astris;
Ut sociata forent alterna sidera sorte,
Et similis sibi mundus, et omnia in omnibus astra;
Quorum mixturis regeret concordia corpus,
Et tutela foret communi mutua causa.
Idcirco quanquam signis nascantur eisdem,

nentur ex triginta partibus, iterum tota hæc summa dividitur in duodecim partes. Ita ratio demonstrat esse duas partes cum dimidia in singulis duodenis partibus. Manifestum est dodecatemorion contineri his terminis, et esse duodena quæque in singulis signis, quæ duodena ille fabricator universi ascribit totidem numero signis lucentibus, ut signa mixta forent per alternam sortem, et ut cœlum foret par sibi, et signa cuncta essent in cunctis, quorum commixtionibus mutuus consensus gubernaret universum, et tutamen foret reciprocum ratione communi. Ideo licet homines nas-

vulgavit etiam Regiom. Altera autem lectio probabilior, *in titulo*, i. e. in nomine. Sic infra vs. 898. et I. 570.' *Stoeb.*—697 Rom. et vulg. *deducitur.* Correxit Scal. ex Gemb. 'Rectius omnino, *diduc.* quod habet Gemblac. Multum autem harum vocum confusio, in Chirographis obvia, tum Nostro nocuit Poëtæ, tum aliis auctoribus. Vide sis Burmann. ad Ovid. Metam. XI. 477. Drakenb. ad Silium XV. 187. et præ ceteris Gronov. Observat. II. 10. pr. Quorum monitu supra lectori nostro de iisdem præcepimus ad I. 3. Est autem *diducere* h. l. quod *dividere*. Quo sensu occurrit etiam apud Horat. de Arte Poët. 326. 'Romani pueri longis rationibus assem Discunt in partes centum diducere.' Divisis enim, sic Nostri procedit ratio, triginta partibus in duodecim, Dodecatemorium est binarum partium cum semisse.' *Stoeb.*—698 sq. 'Minus, uti videtur, recte Regiom. *binis in part.* Conf. Nostr. infra vs. 719. sq. *in partibus*, i. e. Signis, quæ sunt duodecimæ partes Zodiaci.' *Stoeb.*—700 'Sic vulgatum quoque Aldo et Rom. idque magis se nobis probat ac *constant*, quod est in Codd. Paris. et Lips. quibus accedit Regiom. addita præcedenti voci nota distinctionis. Quod si forte malis, in hunc sententia modum erit constituenda: Ratio docet, Dodecatemorium esse his finibus, scil. descriptum, et bissena cuncta constant, &c. Nimirum, ut duodecim sunt Signa in Zodiaco, ita ipsorum Signorum duodecim quoque sunt Dodecatemoria, id est, duodecimæ partes.' *Stoeb.*—702 Cod. Paris. et Lips. *numeris.*—703 'Pro *sorte*, Cod. Paris. *lege*, quod eodem redit.' *Stoeb.*—707 Scal.

NOTÆ

704 *Mundus*] Cœlum, I. 9.

705 *Corpus*] Universum, vel totum corpus duodecim signorum.

707 *Idcirco quanquam, &c.*] His 6. vss. concludit ex dictis supra de dodecatemoriis, nihil mirum esse, si nati

Diversos referunt mores, inimicaque vota.
Et sæpe in pecudes errat natura, maremque
Fœmina subsequitur, miscentur sidere partus,
Singula divisis variant quod partibus astra,
Dodecatemoriis proprias mutantia vires.
Nunc quæ sint cujusque canam, quove ordine constent:

cantur sub iisdem sideribus, sortiuntur tamen mores varios, et studia contraria. Et plerumque natura, v. g. humana, degenerat in bestias; et fœmina sequitur marem: et nati sub aliquo signo variantur totidem modis, quot partibus variis signa quæque mutantur, quæ signa variant suas rationes per dodecatemoria. Etenim cantabo tibi, quid sit dodecatemorion, cujusve sit, et qua ratione fiat, ne ignarus decipiaris in

Delph. et vulg. *nascuntur*. 'Veteres quatuor *nascantur*.' Bent.—709 'Hic et sequens versus adulterini sunt: effcti ex libri IV. vss. 101. &c.' *Bent.* 'Hi versus totidem verbis leguntur in Cod. Paris. et Edito Regiom. Variat Lipsiensis, scriptoris forte vitio, in *errant* et *sidera*. Dicere vult Auctor: Sæpe etiam monstrosos partus et androgynos facit, quod fit per astra. Eandem sententiam prodidit infra IV. 101. sqq. Cum igitur hæc sit mens Manilii, quisnam hos ei versus adscribere dubitabit?' *Stoeb.*—711 Rom. et vulg. *Singula diversis*. 'Gemblac. *divisis*. Et frequens commutatio est in hoc auctore *divisis* et *diversis*. Ita erit, quot partibus astra variant, divisis Dodecatemoriis. Sed profecto Manilius scripserat: *Singula divisi variant quot partibus astra Dodecatemorii proprias mutantia vires.* Nam astra, id est, Dodecatemoria technica variant secundum partes Dodecatemorii Zodiaci divisi. Nihil mutamus. Rem in medio relinquimus.' *Scal.* Scal. Delph. et vulg. *quot*. 'Pro *quot* vetusti quatuor *quod*. Recte. Diversos referunt mores, eo quod astra divisis partibus variant.' *Bent.* 'Paris. et Regiom. *diversis*. Iidem pro *quod* legunt *quot*. malim cum Lips. retinere *quod*, pro *eo quod*. Ideo diversos astra mores referunt, *quoniam* illa divisis partibus variant.' *Stoeb.*—713 Rom. et vulg. *Nunc quid sit cujusve .... constet*. Scal. *cujasve*. '*Cujasve* a Scal. est; 'cujas,' inquit, 'pro quale, ut ποδαπὸν pro ποῖον.' Non opus est tam ignoto remedio. Veteres quattuor *cujusque*, et ex illis duo *constent*. Repone *Nunc quæ sit cujusque c. q. v. o. constent*. Nunc dicam, quæ sint dodecatemoria cujusque astri; primum in ariete est arietis ipsius, secundum tauri, tertium geminorum, et sic deinceps, ultimum piscium. Eodem ordine procedendum in reliquis signis.' *Bent.* 'Libri universi, *quid sit*, *cujusve can.* Conf. vs. 740. ubi iterum, 'quid sit quod dicitur esse Dodecatemor.' *cujusve*

NOTÆ

sub iisdem signis adeo tamen diversos sortiantur mores, studiaque diversa; tot enim modis variantur vires siderum, quot partibus diversis ipsa sidera mutantur. Singulis quippe signorum dodecatemoriis singula signa dominantur, vs. 714. 715. &c.

709 *Et sæpe in pecudes errat natura*] Sic verbi gratia degenerat sæpe natura hominis in partus ferinos, ac in naturæ monstra; licet partus fiant sub eodem signo.

Maremque Fœmina subsequitur] I. e. sub eodem signo non mares omnes, aut omnes fœminæ nascuntur; sed modo mares, modo fœminæ: quam sexus diversi sortem alternam refert Poëta in mutuam signorum alterna sorte mixturam. Unde fortasse vetus illa divisio graduum signorum in masculinos et fœmineos juxta hanc tabulam.

Ne vagus ignotis signorum partibus erres.
Ipsa suo retinent primas in corpore partes
Sidera: vicinæ subeuntibus attribuuntur.

partibus signorum, quas ignorares. Ipsa singula signa servant sibi in unoquoque suo corpore primas partes: partes autem subsequentes dantur proximis signis: re-

* * * * * * * * * * * *

scil. Astri.' *Stoeb.*—716 Scal. Delph. et vulg. *vicinis subeuntes.* 'Vetusti quattuor, *vicinis subeuntibus.* Repone igitur *vicinæ subeuntibus.* Vicinæ partes

NOTÆ

TABULA GRADUUM MASCULINORUM ET FŒMININORUM IN SIGNIS.

♈	*Masc.*	8.	*Fœm*	1.	*Masc*	6.	*Fœm*	7.	*Masc.*	8.	0.	0.	0.	0.
♉	*Fœm*	5.	*Masc.*	6.	*Fœm*	6.	*Masc.*	4	*Fœm*	3.	*Masc.*	6.	0.	0.
♊	*Fœm.*	5.	*Masc.*	11.	*Fœm*	6.	*Masc.*	4.	*Fœm*	4.	0.	0.	0.	0.
♋	*Masc.*	2.	*Fœm.*	6.	*Masc.*	2.	*Fœm*	2.	*Masc.*	11.	*Fœm*	4.	*Masc.*	3.
♌	*Masc.*	5.	*Fœm.*	3.	*Masc.*	7.	*Fœm*	8.	*Masc.*	7.	0.	0.	0.	0.
♍	*Fœm.*	8.	*Masc.*	4.	*Fœm.*	8.	*Masc.*	10.	0.	0.	0.	0.	0.	0.
♎	*Masc.*	5.	*Fœm.*	10.	*Masc.*	5.	*Fœm*	7.	*Masc.*	3.	0.	0.	0.	0.
♏	*Masc.*	4.	*Fœm.*	10.	*Masc.*	3.	*Fœm.*	8.	*Masc.*	5.	0.	0.	0.	0.
♐	*Masc.*	2.	*Fœm.*	3.	*Masc.*	7.	*Fœm.*	12.	*Masc.*	6.	0.	0.	0.	0.
♑	*Masc.*	11.	*Fœm.*	8.	*Masc.*	11.	0.	0.	0.	0.	0.	0.	0.	0.
♒	*Masc.*	5.	*Fœm.*	10.	*Masc.*	6.	*Fœm*	4.	*Masc.*	2.	*Fœm.*	3.	0.	0.
♓	*Masc.*	10.	*Fœm.*	10.	*Masc.*	3.	*Fœm.*	5.	*Masc.*	2.	0.	0.	0.	0.

718 *Nunc quæ sint cujusque canam, &c.*] His 9. vss. docet quid sit dodecatemorion, et qua ratione constet per signa singula. Itaque ex dictis manifestum est duodecim dodecatemoria esse in singulis signis: primum cujusque signi dodecatemorion attribuitur ipsi signo: secundum sequenti per ordinem, quo feruntur in cœlis: et ita de reliquis, donec numerus

Cetera pro numero ducunt ex ordine sortes:

liqua sumunt partes alias ex ordine secundum numerum, et postrema sors numeri

....

dantur signis subeuntibus sive sequentibus.' *Bent.*—717 Scal. Delph. et

NOTÆ

duodecim dodecatemoriorum, duodecimque signorum, per singula signa expleatur. Hic ordo patet in hac tabula, in qua primus ordo in capite a sinistra in dextram est duodecim dodecatemoriorum: secundus partium dodecatemoriorum: ceteri vero, duodecim signorum per suas cujusque signi dodecatemoriorum partes.

DODECATEMORIA IN SIGNIS.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
2½	5	7½	10	12½	15	17½	20	22½	25	27½	30
♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈
♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉
♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊
♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋
♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌
♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍
♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎
♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏
♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐
♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑
♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒

Ultima et extremis ratio conceditur astris.
Singula sic retinent binas in sidere quoque
Dimidiasque sibi partes; et summa repletur
Partibus exactis triginta sidere in omni.
Nec genus est unum, ratio nec prodita simplex;

datur postremis signis. Ita cuncta signa conservant sibi duas sui partes cum dimidia supra singula alia: et numerus absolvitur expletis triginta partibus in unoquoque signo. Neque autem unica est ratio, nec unicus modus datus inveniendi

---

vulg. *partes*. 'Cum *ducunt* legis, subibit tibi mentem, *sortes* legendum esse, non *partes*. Virgilius Æn. VI. 22. 'stat ductis sortibus urna.' et Noster infra II. 743. 'ducunt et singula sortes Dimidias.'' *Bent*. 'Vs. 716. et 717. Codici Paris. et vulgato Regiom. plane non leguntur. Servat eos, nec in eorum lectione multum variat, Cod. Lipsiens.' *Stoeb.*—719 Scal. Delph. et vulg. *sidera quæque*. 'Libri vetusti pro *quæque* habent *quoque*. Repone igitur, ut versu 747. *S. sic r. b. in sidere quoque*.' Bent. 'Sic laudatus modo Cod. Lips. retento tamen *sidera*, quorum alterutrum vitio laborat. Vide, an magis placeat lectio Paris. et Regiom. *in sidera quæque*. Accusativus pro Ablativo, frequentissima probis Scriptoribus Antiptosi, quam ad sermonis elegantiam refert A. Gellius I. 7. et pluribus exemplis probat Vechner, Hellenolex. I. p. 164. sq. Quibus ex Nostro, præter hunc locum, addere possis II. 222. et IV. 752.' *Stoeb.*—720 Scal. Delph. et vulg. *sui*. 'Certe non *sui* partes; cum singula signa non in se solum, sed in aliis omnibus dodecatemorion habeant. Repono, *D. que sibi p.*' Bent. 'Retinere malim *sui*, consentientibus quippe libris universis.' *Stoeb.*—721 Scal. Delph. et vulg. *Sortibus*. 'Ut versu 717. *sortes* reposuimus pro *partes*, ita vicissim pro *sortibus* reponendum hic *partibus*. Nam partes quidem in omni sidere triginta sunt; sed sortes tantum duodecim. Aut igitur legendum, *Sortibus e. bissenis s. in o.* aut, *Partibus e. triginta s. in o.*' Bent. 'Scal. dedit *sortibus*, quod omnes, quos

NOTÆ

715 *Suo .... in corpore*] In seipsis.

Primas partes] Primum dodecatemorion, quod duabus partibus seu gradibus constat cum dimidio.

716 *Subeuntibus*] Sup. partibus, i. e. sequens dodecatemorion.

722 *Nec genus est unum, &c.*] His 23. vss. aliud dodecatemorii genus explicat. Duplex enim distinguitur inter sidera; alterum, quod dodecatemorion simpliciter, aut dodecatemorion signorum dicitur, de quo supra disputatum est: alterum dodecatemorion dodecatemorii, vel dodecatemorion planetarum vocatur; de quo jam quæritur. Illud fit per 12. quot scilicet signa lucent in cœlo: hoc vero per 5. quot nempe stellæ erraticæ dicuntur: namque veteres quinque tantum stellas erraticas statuunt, Saturnum, Jovem, Martem, Venerem, et Mercurium, præter solem et lunam, quorum alter luminare majus, altera luminare minus illis dicitur. Quinque vero ceteri planetæ, stellæ erraticæ: *stellæ* quidem, quia vix luce aut specie, aut magnitudine differunt a ceteris stellis: *erraticæ* vero seu *errantes*, quia vagæ feruntur per cœlum, qua in re differunt a fixis, I. 15. Jam vero ad hujus dodecatemorii intelligentiam observabis 1. Quodlibet signum ex 30. gradibus seu partibus constare. 2. In quolibet signo esse duodecim dodecatemoria.

Pluribus inque modis verum natura locavit,
Diduxitque vias; voluitque per omnia quæri.
Hæc quoque comperta est ratio sub nomine eodem. 725

veri: sed Deus posuit verum in multis modis, et multiplicavit etiam modos illius inveniendi, et voluit ut investigetur per omnes modos. Hinc via ista reperta est

vidimus, libri tuentur.' *Stoeb.*—723 Rom. et vulg. *rerum.* 'Scribe *verum.* Manifesta est menda.' *Scal.* '*inque*] Hoc *que*, negativam subsequens vocem *nec*, adversative sumendum pro *sed.* quod exemplis firmavimus supra ad I. 284. Cod. Paris. *inde.* minus bene. Idem Cod. cumque illo Lips. et Regiom. *rerum natura.* rectissime. Eadem *mundi conditor ille*, supra vs. 701. Longissime igitur a Manilii mente manuque aberrant, qui eum de *vero*, quasi occulto altisque involuto tenebris, agere putant. De hoc ei conquerendi locus infra IV. 304. ubi de Decanis, quorum quidem longe alia est ratio, quam Dodecateriorum, quæ quippe magis aperta et manifesta, nec adeo dubia, sed certa minimeque fallaci computatione conficitur. 'Ratio' hæc est, 'per quam omnia constant,' uti Noster infra vs. 749. *locavit*] scil. Dodecatemoria.' *Stoeb.* —724 Rom. et vulg. *Deduxitque vias.* 'Inepte. Viam non deducimus, sed via nos deducit. Et hoc non vult Manil. Vult per ramosa compita et multa diverticula ad veritatem perveniri. Ergo lege *Diduxitque vias:* in multos ramos, et multa compita divisit hanc viam.' *Scal.* 'Rescribendum *Dedux.* auctoritate Codd. Paris. et Lips. quibus accedit Regiom. Est autem h. l. *deducere* idem quod *ex alto deorsum ducere*, quemadmodum Ovidius 'deducentia ramos Pondere poma,' dixit Metam. XV. 76. *Viæ* sunt Auctori, non, quibus itur, quæque correctionem flagitare Scaligero sunt visæ: sed *viæ* notione venit דרך Hebræorum, quod *modum agendi*, vel *in aliquo negotio versandi rationem* indicat sæpissime. Itaque hanc Nostri mentem esse putamus: *Rerum natura*, sapientissima illa hujus doctrinæ auctor eademque magistra, deduxit ex astris ad nos *vias*, i. e. ipsa astrorum dispositione nos docuit modum investigandi et rationem definiendi Dodecatemoria. *voluitque per omnia quæri*] Non tantum in Zodiis, verum etiam in Planetis, quorum mixtura plurimum ad fingendos formandosque hominum mores facit. 'Undique' enim 'mis-

NOTÆ

3. Quodlibet signi dodecatemorion constare ex duodecima parte signi, hoc est ex 2½ gradibus, seu ex 5. semigradibus. 4. Quodlibet dodecatemorion istiusmodi adæquare tamen cujusque signi 30. partes. Quo fit ut quisque semigradus adimpleat sex gradus signi: quinquies enim 6. dant 30. Denique observabis quinque illos semigradus respondere numero quinque stellarum erraticarum. His ita observatis quæritur jam qua ratione cujusvis stellæ erraticæ, solisque ac lunæ, i. e. planetarum dodecatemorion per signa possit inveniri. Duplicem viam jam proponit Poëta: alteram vs. 724. alteram vs. 730. Interea his 3. vss. prioribus præfatur non una, sed multiplici via reperiri posse verum. Hinc non mirum si sub eodem titulo dodecatemorii hæc altera ratio veri cooperta sit.

723 *Natura*] Deus, auctor Naturæ.

725 *Hæc quoque comperta est, &c.*] His itaque 6. vss. seqq. primam proponit methodum inveniendi per signa dodecatemorii planetarum. Quæ tamen ratio impar videtur nisi post hunc vs. 729. *Et quæ dehinc fuerint*, &c. tres hi versus, aut similes, addantur, qui nonnisi post 733. vs. interpo-

Quacumque in parti nascentum tempore luna
Constiterit, numeris hanc ter dispone quaternis,
Sublimi totidem quia fulgent sidera mundo.
Inde suas illi signo, quo luna refulsit,
Quæque hinc defuerant, partes numerare memento.

etiam sub eodem titulo dodecatemorii: in quocumque gradu luna fuerit in tempore partus, duc illum gradum per numerum duodecimum: (quia scilicet tot signa lucent in summo Cœlo:) postea recordare annumerare suas partes tricenas ei signo, in quo luna reluxit, et suas signis aliis, quæ subsequentur. Altera opinio, quæ ad hanc

cenda est ratio,' inquit mox vs. 749. coll. not.' *Stoeb.*—726 'Codd. Paris. et Lips. *Quocunque in partu.* Ald. et Rom. longe vitiosius, *impartu.* Malo sequi Regiom. qui rectissime vulgavit, *Quacunque in parte*, i. e. quocunque in gradu.' *Stoeb.* Et sic Delph.—727 'Pro *constiterit*, Cod. Paris. *affuerit*, cui mox opponitur *defuerint.*' Stoeb.—730 Scal. Delph. et vulg. *Et quæ dehinc fuerint.* 'Gemb. bene, i. e. Et suas quoque triginta partes numerare memento signis quæ sequentur. Male autem vulg. et Rom. *quæ hinc defuerint.* Desiderantur antem, ut monui, post hunc vs. tres illi qui postponuntur vs. 734. aut similes.' *Delph.* 'Libri vetusti *quæ et hinc defuerant.* Quod Scaligero ridiculum est; et ille suam correctionem sic explicat: 'Memento attribuere suas partes illi signo, et signis quæ dehinc fuerint, sive signis sequentibus.' Erravit vir magnus: lege minima mutatione, *Quæque hinc defuerant p. n. m.* hoc est, et suas partes et quæ hinc defuerant; ut in toto triginta partes primo signo tribuantur. Esto luna in xv. parte arietis: et istas xv. ei tribue, et alias xv. quæ defuerant: ut fiant xxx.' *Bent.*

NOTÆ

nuntur: 'In qua destituet te, justum luna tenebit Dodecatemorion Signi. Post cetera duces Ordine quæque suo, sicut stant astra locata.' Id autem erroris accidere potuit per inscitiam librarii, qui quia iterum repetuntur in explicanda secunda methodo, hos frustra præponi credidit sub finem primæ methodi. His igitur observatis, sic reperiri potest dodecatemorion cujusque planetæ per signa. Cujus enim planetæ dodecatemorion quærere volueris, vide quo in signo, quave in parte signi constiterit: deinde duc per 12. numerum graduum, quos decurrit planeta; postea partire hanc summam productam per 30. ut singulis signis ex ordine 30. tribuantur, incipiendo ab eo signo, in quo planeta lucet: residuus vero numerus ostendet tibi partem dodecatemorii quæsiti. E. g. luna sit in 6. gradu arietis: multiplica 6. per 12. fiet summa 72. Ex his 72. da primam tricenam sortem ipsi arieti: secundam signo sequenti, quod est taurus: residua sunt 12. quæ ostendunt tibi lunæ dodecatemorion incidere in 12. partem geminorum, i. e. in 2. e 5. semigradibus dodecatemorii geminorum. Quid clarius? Ita Firmicus Manilii interpres rem quoque explicat II. 15.

727 *Numeris dispone quaternis*] Multiplica per duodecim.

729 *Inde suas*] Nempe triginta gradus.

Proxima tricenas pariterque sequentia ducunt.
Hic ubi deficiet numerus, tunc summa relicta
In binas sortes adjecta parte locetur
Dimidia, reliquis tribuatur ut ordine signis.

accedit, tollit triginta partes: quando autem hæc summa tricesima deerit, tunc numerus superstes ponatur in bis duas partes, additis duabus dimidiis partibus, ut ex

'Hoc *defuerant* agnoscit quoque Cod. Lips. qui ceteroquin uti Regiom. legit, *Quæ et hinc def.* Cod. Paris. *Quæque hinc defuerint*, h. e. et sequentibus Signis. Memento attribuere suas partes primo Signo, mox sequentibus.' *Stoeb.*—731 Scal. Delph. et vulg. *partes sententia ducit.* 'Ita ratio postulat. ita Gemblacensis. ita Germanica et Lugdunensis editio. Textus Bonincontrii *ducunt.* et invenit patronos Bonincontrium ipsum et alios. Flagro hæc digna sunt.' *Scal.* 'Locus mendosissimus, qui et Scaligero et Huetio crassas tenebras offudit. Vetusti codices pro *partes* habent *pariter;* pro *ducit, ducunt:* Vossianus vero *pariterque.* Repone igitur, *P. t. pariterque sequentia ducunt.* Proxima et item sequentia signa triginta partes habeant, donec numerus exhauriatur.' *Bent.* 'Plane sic Regiom. Sensum putamus sic esse capiendum: Proxima et item sequentia Signa triginta partes habeant, donec numerus exhauriatur. Pro *sequentia*, Codd. Paris. et Lips. *sententia ducunt*, quæ ad tuendam Scaligeri vulgatam omnino faciunt.' *Stoeb.*—732 'Hic et sequentes duo spurii sunt et falsi, ut mox videbis.' *Bent.*—734 Rom. vulg.

NOTÆ

731 *Proxima tricenas, &c.*] His 7. vers. seqq. proponit alteram methodum inveniendi dodecatemorii planetarum. Quæ methodus cum priori convenit, licet non ubique pari modo procedat. Itaque multiplicato per 12. numero graduum, quibus planeta quilibet luxerit, et datis ex summa producta singulis tricenis sortibus per signa ex ordine, initio ducto ab eo signo, in quo lucet planeta; residua summa ostendit tibi quo in dodecatemorio signi fuerit planeta: sed ut cognoscas qua in parte dodecatemorii, hoc est, quo in semigradu e quinque, quibus dodecatemorion constat, sit ille planeta, iterum partire residuam illam summam per binas sortes 2½ seu per 5. Primam sortem istiusmodi 5. da iterum signo in quo planeta lucet; secundam signo sequenti; tertiam tertio, et ita de ceteris. Residuus numerus infra aut intra 5. ostendet tibi quem semigradum dodecatemorii planeta teneat. Idem sit exemplum, quod superiori methodo datum est. Luna sit in 6. grad. arietis: multiplica 6. per 12. fit summa 72. Tolle tricenas sortes e 72. et da primam ipsi arieti, secundam sequenti, residua sunt 12. quæ ostendunt quidem lunæ dodecatemorion incidere in geminorum partem 12. Sed ut cognoscas quo in semigradu e quinque sit, divide hanc residuam summam 12. per binas sortes cum dimidia, i. e. per quinque, et da primam sortem iterum ipsi arieti, secundam tauro, residua sunt 2. quæ ostendunt tibi lunæ dodecatemorion incidere in 2. semigradum dodecatemorii geminorum. Bene, ut vides, res per utramque methodum sibi consentit.

733 *In binas sortes*] In bis duas partes, cum sua parte dimidia: i. e. in 5. partes, seu in quinque semigradus.

In quo destituent, ejus tum luna tenebit
Dodecatemorium signi. Post cetera ducet

ordine detur ceteris signis. In qua sorte numerus relinquet te, luna habebit tum maxime dodecatemorion signi. Deinde sumes reliquas singulas stellas erraticas pro

et Paris. *Dimidium reliquis.* Lips. et Regiom. *Dimidiam.* 'Ita restitue: *tum summa relicta In binas sortes adjecta parte locetur Dimidia, reliquis tribuatur ut ordine signis.* In sestertios gradus reliqua summa dividenda. Ut in exemplo nostro de 160. gradibus, triacontadas quinque deduximus. Reliqua decem in duo et semissem partiti sumus. Hæc egregie restituta sunt. Quod non pudebit dicere. Non enim adhuc æquos judices nostrarum vigiliarum et beneficii in hunc auctorem collati nacti sumus. Nos ipsimet in Olympico stadio nos victores prædicabimus. Ferat nos candidus Lector non tam meriti nostri, quam ingratorum hominum caussa nos hæc παρρησιάζειν. quanquam non deest stupor, tamen majorem partem vindicat sibi in illis κακοήθεια et ambitio. Miseret me eorum.' *Scal.*—735 Scal. Delph. et vulg. *In qua d. te justum l. t.* 'Vides, opinor, cæsuram pede tertio finiri, immodulate. Cur autem *justum* dicitur dodecatemorium? cum si omnino est dodecatemorium, justum sit necesse est. Pro *destituent te*, Vossianus *destituente.* Repone, *In quo d. ejus tum l. t. D. s.* Luna tum tenebit dodecatemorium ejus signi, in quo destituent partes sive numeri.' *Bent.* 'Cod. Paris. et Regiom. *In qua destituent* (del.,). *Ejus tum*] Iidem Libri, *te justum videbit,* pro quo Bentleius cum Scaligero, *tenebit.* Hoc vult Auctor: Luna tum erit in Dodecatemorio ejus Signi, in quo destituent partes sive numeri.' *Stoeb.*—736 Scal. Delph. et vulg. *duces.* '*Duces* a Scaligero est, qui in hoc dodecatemoriorum loco, ubi maxime suam operam jactat, maxime erravit. Libri omnes *ducet. Postea,* inquit, *luna ducet cetera* dodecatemoria, pro stato ordine astrorum. Sic 717. 'Cetera pro numero ducent ex ordine sortes.' Vides jam antitheton, tum luna illius signi dodecatemorium tenebit, post ceterorum signorum, pro cursu lunæ et signorum ordine. Ceterum tota hæc dodecatemoriorum doctrina facile percipietur ope diagrammatis; sine eo difficillime. Tres olim methodi excogitatæ sunt inveniendi in quovis signo dodecatemorii: quæ omnes eodem recidunt et eodem perveniunt. Prima et simplicissima est, quam tradit Auctor versu 715. et deinceps: 'Ipsa suo retinent primas in corpore partes Sidera, vicinæ subeuntibus attribuuntur.' Alia porro via est idem inveniendi; quam Auctor docet a versu 725. 'Hæc quoque comperta est ratio sub nomine eodem: Quacumque in parte.' Denique et tertia methodus ab arithmeticis excogitata est, quæ eodem cum prioribus pervenit. Esto luna in XIII. parte arietis. Divide numerum XIII. in partes dimidias: fient partes XXVI. Ex his da V. dimidias arieti, (quot nempe dimidiis singula dodecatemoria constant,) V. etiam tauro, V. geminis, V. cancro, V. leoni. Jam dedisti XXV. et

NOTÆ

736 *Post cetera ducet, &c.*] I. e. similiter reperies ceteros planetas. Poëta quippe in exemplum proposuit lunam. Porro non est necesse inter planetarum dodecatemoria perquirenda, ut eorundem naturalis ordo ac situs in cœlo servetur, nisi majoris ordinis causa. Hic autem inter eos est ordo: Saturnus, Jupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. Hic vero non abs re erit tradere dignitates planetarum per dodecatemoria signorum, de quibus ne verbum quidem Manilius, sed quæ faciunt ad ea, quæ jam ab ipso tractantur. Joannes de Saxonia in verba Alchabitii differ. 4. docet quemque planetam ex ordine dominari cuilibet suo dodecatemorio signorum, ita ut cujusque signi primo dodecatemorio dominetur

Ordine quæque suo, sicut stant astra locata.
Hæc quoque te ratio ne fallat, perspice paucis.
Major in effectu, minor est: quod partibus ipsis
Dodecatemorii quid sit quod dicitur esse
Dodecatemorium. Namque id per quinque notatur
Partes. Nam totidem præfulgent sidera cœlo,

suo ordine quo posita sunt in cælis. Verum ne ratio hæc dodecatemorii decipiat te, adverte paucis verbis. Nempe, licet hæc ratio dodecatemorii videatur minor, major tamen est in virtute, eo quod in ipsis partibus dodecatemorii sit aliquid, quod censetur esse dodecatemorion. Etenim hoc dodecatemorion signatur per quinque partes, quia tot stellæ fulgent in cælo, quæ vocantur errati-

ex XXVI. restat una: ergo et hac quoque methodo luna incidit in primam dodecatemorii virginis. Tertiam hanc rationem Porphyrius tradit apud Scaligerum ad versum 747. Manilius vero non attingit, duabus prioribus contentus. Unde constat tres illos versus a versu 732. adulterinos esse. Nam et supervacui sunt, et barbari, et falsi. *Hic ubi deficiet numerus* id ipsum quod versu 735. *In quo destituent* partes sive numeri. *Tum summa relicta locetur in binas sortes, adjecta parte dimidia.* Quid est *locetur* in sortes? Postremo illud, *reliquis tribuatur* (sive, ut libri veteres, *tribuantur*) *in ordine signis*, caret omni sensu: *summa* enim relicta semper in uno signo absumitur.' *Bent.* 'Codd. Paris. et Lips. forte a Librario Græce ignaro, hic et in ceteris habent *Duodec.* Prior autem cum Regiom. casum variat, legendo, *Dodecatemoriis signis*, deleta post nota distinctionis. *Post cetera ducet*] Ita prorsus terni, modo laudati, Libri. Postea, inquit, Luna ducet cetera Dodecatemoria, pro stato ordine Astrorum. Sic supra vs. 717. ' Cetera pro numero ducent ex ordine sortes.'' *Stoeb.*—737 Rom. et vulg. *sic constant astra locata.* ' Legendum: *Ordine quæque suo, sicut stant astra locata.* Similiter in secunda Institutione: *Ordine naturæ, sicut stant cuncta locata.* Gemblacensis hic nonnihil trepidat. Habet enim, *Ordine quæque velut stant astra locata.* Mendose.'

NOTÆ

planeta ille, qui sit dominus illius signi: secundo, planeta succedens, descendendo secundum ordinem. V. g. Mars, quia dominus est arietis, dominus est quoque primi dodecatemorii arietis: Sol succedens, dominus est secundi: Venus, tertii: Mercurius, quarti: Luna, quinti: Saturnus, sexti: Jupiter, septimi: Mars iterum octavi: Sol, noni, et ita deinceps ex ordine. Ad cujus rei intelligentiam observandum est planetas eorum esse dominos signorum, quæ domus cujusque planetæ dicuntur. Aries autem et scorpion domus sunt Martis: taurus et libra, Veneris: gemini et virgo, Mercurii: cancer, Lunæ: leo, Solis: sagittarius et pisces, Jovis: capricornus et aquarius, Saturni.

738 *Hæc quoque te ratio, &c.*] His 7. vss. posterioribus monet hanc alteram dodecatemorii rationem, licet minor videatur, esse tamen effectu majorem, quam rationem dodecatemorii signorum; quippe quæ per quinque partes notetur, pro quinque stellis erraticis, quæ suam vim ac virtutem singulæ capiunt in illis quinque partibus. Scilicet dodecatemorion est dodecatemorii, ut supra dictum est.

Quæ vaga dicuntur. Ducunt et singula sortes
Dimidias, viresque in eis et jura capessunt.
In quocumque igitur stellæ quandoque locatæ
Dodecatemorio fuerint, spectare decebit.

ca: et singula sibi sumunt dimidias partes e quinque, et capiunt virtutem ac potentiam suam in illis dimidiis partibus. Ergo conveniens erit observare in quonam dodecatemorio interdum stellæ erraticæ fuerint positæ. Namque

Scal.—744 Rom. et vulg. *Dimidias vires quæ in eis et cura capessunt.* 'Hæc deplorata ita restituuntur in integrum, *Dimidias, viresque in eis et jura capessunt.* Perspicue verum.' *Scal.*—745 'Egregie hunc locum restituit codex Gemblacensis: *In quocunque igitur Stellæ quandoque locatæ Dodecatemorio fuerint, spectare decebit.* Ita enim habet scriptus ille Codex. 'Quocunque quandoque,' 'quæ quandoque,' et similia, sunt Maniliana, ut alibi notamus.' *Scal.* '*quandoque*] pro *et quando.* Spectare decebit in quo Dodecatemorio, *et quando* stellæ locatæ fuerint. Quasi dicat, Accurate observanda sunt locus et tempus. Hanc autem temporis rationem accuratius iniisse videtur Regiom. qui pro *quandoque* dedit *tunc quinque locatæ, &c.* Edit. Rom. et Ald. *sunt* pro *tunc.* male.' *Stoeb.*—747 Scal. Delph. et vulg. *stellæ fines,* et mox *Inciderint d. e. in v. e.* 'Oratio solœca est. Libri veteres: *stellæ in fine sint sidere quoque.* Repone, *C. e. stella in f. i. s. q. Inciderit, d. e. pro v. e.* Cujus enim dodecatemorii in fines stella inciderit, dabit illud effectus suos pro viribus ejus stellæ. *Inciderit in fines;* ut III. 550. 'si mensis in astrum Lætius inciderit.' *Bent.* 'Regiom. sic: *Cujus enim stellæ in fine sub sydere quoque Inciderint, dabit effectus in mentibus ejus.* Sic fere etiam Cod. Paris. nisi quod pro *sub sid.* vitiose habet *sint.* Sed hic rectius Gemblac. *in viribus ejus,* i. e. Dodecatemorion dabit effectus in viribus ejus stellæ, intra cujus fines et terminos

NOTÆ

743 *Quæ vaga*] Qui planetæ: quæ stellæ erraticæ. vs. 721. not.

744 *Sortes* [*partes*] *Dimidias*] Semigradus, quinque enim, ut monui, sunt semigradus in quolibet dodecatemorio simpliciter dicto.

745 *In quocumque igitur, &c.*] His 4. vss. concludit Poëta conveniens fuisse observasse quo in dodecatemorio fuerint planetæ, quia dabunt suos effectus in eo, inque ejus viribus dodecatemorii, in quo terminabuntur. Quod autem pollicitus erat vs. 686. et seqq. id jam solvit hisce 4. vss. Frustra autem credidere interpretes tractari hic a Manilio terminos planetarum, prout ab Alchabitio, Ptolemæo, et Firmico tractantur. Hæc enim illi de terminis planetarum habent; monent quippe omnes nullos esse soli et lunæ constitutos fines per sidera: sed utrumque volunt includi sua quaque medietate zodiaci, vice terminorum: solem nempe claudi a principio leonis, et in fine capricorni desinere: lunam vero ab initio aquarii incipere, et in fine cancri desinere. Ceterarum autem quinque stellarum erraticarum vix certos fines statuunt. Tres enim de his diversæ feruntur opiniones: 1. Judæorum. 2. Ægyptiorum. 3. Chaldæorum, ut bene notavit Joannes de Saxon. in Alchabit. Ptolemæus autem tres instruxit tabulas diversas horum terminorum: 1. Ægyptiacorum. 2. Chal-

Cujus enim stella in fines in sidere quoque
Inciderit, dabit effectus pro viribus ejus.
Undique ducenda est ratio per quam omnia constant.

is planeta, cujus termini ceciderint in quocumque signo, dabit effectus suos in viribus illius dodecatemorii, in quo erit. Scilicet miscenda est ratio ex omni-

NOTÆ

dalcorum. 3. Auctoris ignoti. Nos eas tres hic apponi curavimus, ex quibus tota hæc res satis innotescat ac facillime intelligi possit.

TABULA TERMINORUM ÆGYPTIACORUM IN SIGNIS.

Signa	Planetæ	Gradus	Planetæ	Gradus	Planetæ	Gradus	Planetæ	Gradus	Planetæ	Gradus
♈	♃	6	♀	6	☿	8	♂	5	♄	5
♉	♀	8	☿	6	♃	8	♄	5	♂	3
♊	☿	6	♃	6	♀	5	♂	7	♄	6
♋	♂	7	♀	6	☿	6	♃	7	♄	4
♌	♃	6	♀	5	♄	7	☿	6	♂	6
♍	☿	7	♀	10	♃	4	♂	7	♄	2
♎	♄	6	☿	8	♃	7	♀	7	♂	2
♏	♂	7	♀	4	☿	8	♃	5	♄	6
♐	♃	12	♀	5	☿	4	♄	5	♂	4
♑	☿	7	♃	7	♀	8	♄	4	♂	4
♒	☿	7	♀	6	♃	8	♂	5	♄	5
♓	☿	12	♃	4	☿	3	♂	9	♄	2

Verum hæc posterius proprio cuncta ordine reddam.

bus partibus, ut ex ea cuncta certa sint. Ego tamen non referam has res om-

deprehensum fuerit.' *Stoeb.*—749 Scal. Delph. et vulg. *miscenda.* ' Quid sit *miscere rationem* nescio; multo minus quid sit *undique miscere.* At Scal. ' Usus,' inquit, ' est proprio artis vocabulo.' Tu tamen repone *ducenda.*

NOTÆ

749 *Undique ducenda est ratio, &c.*] His 6. vss. docet ita planetas signis, signaque planetis esse intermiscenda, ut ex eorum mixturis ratio veri erua-

TABULA TERMINORUM CHALDAICORUM IN SIGNIS.

Signa.	Planetæ.	Gradus.	Planetæ.	Gradus.	Planetæ.	Gradus.	Planetæ.	Gradus.	Planetæ.	Gradus.
♈	♃	8	♀	7	♄	6	☿	5.	♂	4.
♉	♀	8	♄	7	☿	6	♂	5.	♃	4.
♊	♄	8	☿	7	♂	6	♃	5.	♀	4.
♋	♂	8	♃	7	♀	6	♄	5.	☿	4.
♌	♃	8	♀	7	♄	6	☿	5.	♂	4.
♍	♀	8	♄	7	☿	6	♂	5.	♃	4.
♎	♄	8	☿	7	♂	6	♃	5.	♀	4.
♏	♂	8	♃	7	♀	6	♄	5.	☿	4.
♐	♃	8	♀	7	♄	6	☿	5.	♂	4.
♑	♀	8	♄	7	☿	6	♂	5.	♃	4.
♒	♄	8	☿	7	♂	6	♃	5.	♀	4.
♓	♂	8	♃	7	♀	6	♄	5.	☿	4.

Nunc satis est docuisse suos ignota per usus:

nes ex ordine suo, nisi infra. Nunc enim sufficit monstrasse res incognitas in usu

Infra II. 768. 'Per partes ducenda fides.' et III. 417. 'Hæc erit horarum ratio ducenda per orbem.' et IV. 915. 'An minus est sacris rationem ducere

NOTÆ

tur. Quam tamen veri eruendi rationem alibi se daturum pollicetur, nunc eo contentus, quod ignota per suos usus docuerit, quæ prius gradatim statuenda fuerant, quam de summa carmen veniret.

TABULA TERMINORUM AUCTORIS IGNOTI IN SIGNIS.

Signa.	Planetæ.	Gradus.	Planetæ.	Gradus.	Planetæ.	Gradus.	Planetæ.	Gradus.	Planetæ.	Gradus.
♈	♃	6.	♀	8.	☿	5.	♂	5.	♄	4.
♉	♀	8.	☿	7.	♃	7.	♄	2.	♂	6.
♊	☿	7.	♃	6.	♀	7.	♂	6.	♄	4.
♋	♂	6.	♃	7.	☿	7.	♀	7.	♄	3.
♌	♄	8.	☿	7.	♂	5.	♀	6.	♃	6.
♍	☿	7.	♀	6.	♃	5.	♄	6.	♂	6.
♎	♄	6.	♀	5.	☿	5.	♃	8.	♂	6.
♏	♂	6.	♀	7.	♃	8.	☿	6.	♄	3.
♐	♃	8.	♀	6.	☿	5.	♄	6.	♂	3.
♑	♀	6.	☿	6.	♃	7.	♄	6.	♂	5.
♒	♄	6.	☿	6.	♀	8.	♃	5.	♂	5.
♓	♀	8.	♃	6.	☿	6.	♂	5.	♄	5.

Ut cum perceptis steterit fiducia membris,
Hinc totum corpus facili ratione notetur,
Et bene de summa veniat post singula carmen.
Ut rudibus pueris monstratur litera primum,
Per faciem nomenque suum, tum ponitur usus,
Tunc et vincta suis formatur syllaba nodis.
Hinc verbi structura venit per membra legendi.

suo, ut quando fides data fuerit certa partibus cognitis, ita totum corpus observetur haud difficili modo. Et sane rite carmina dabuntur de toto corpore, postquam data sunt de singulis partibus illius. Sicut enim primo literas docentur pueri tirones per suas figuras ac per suas appellationes: deinde usus literarum traditur: postea syllaba fit connexa ex suis nexibus: inde constructio fit legendi verbo ad verbum:

signis.' *Bent.* 'Codd. Paris. et Lips. quibuscum facit Gembl. et cum his Editi omnes, habent *miscenda est ratio*, quo tanquam proprio artis verbo Noster usus Scaligero dicitur. Docet enim, ita Planetas Signis, Signaque Planetis esse intermiscenda, ut ex eorum mixturis ratio veri eruatur. Ejusmodi mixtura supra quoque Nostro memorata vs. 705. Et diserte Firmicus, uberior hujus artis magister, II. 21. fin. Scienda sunt, inquit, hæc omnia, ut cum ad apotelesmata venerimus, cuncta miscentes et temperantes, sententias nostras fideli veritatis ratione firmemus.' *Stoeb.*—756 Rom. et vulg. *componitur usus.* Mutavit Scal. 'Codd. Paris. Lips. et Editi nostri, *componitur usus*, scil. literæ. Nimirum, Usus literæ docetur, simul ac ea per faciem nomenque cognita fuerit. Regiom. plena distinctione hunc vs. claudit. Vs. 757. pro *et vincta* Paris. et Regiom. *conjuncta*.' Stoeb.—756 *Tum ponitur* a Scal. est. Libri omnes *componitur*. Versus est spurius: quis enim usus ponitur, cum simplices literæ monstrantur? Post syllabas et verba, tum demum usus traditur et vires rerum, versu 759.' *Bent.*—757 Scal. Delph. et vulg. et sic Paris. et Regiom. *conjuncta*. 'Cuinam alii rei conjuncta est syllaba? Repone, *et vincta*. *c̄* compendiose est *con*: *c̄ et*.' Bent.—758 Rom. et vulg. *per verba legendi.* 'Indubitata lectio *per membra legendi*. Usus est et hic quoque technico verbo. Nam in oratione τὰ κῶλα, ut etiam in corpore animalis. Vulgaris lectionis vitium et cæci vident, et pueri intelligunt.' *Scal.* Scal. Delph. et vulg. pro *verbi*, *verbis*. 'Membra a Scaligero est, et recte, ut opinor. Codices universi *per verba*. Sed quo pertinet gerundium illud *legendi*? an

NOTÆ

755 *Ut rudibus pueris, &c.*] His 17. vss. præclaram instituit comparationem, qua confirmet a minimis ad majora esse procedendum, primaque rerum principia esse prius stabilienda, quam de earum summa agatur. Sicut enim prius monstrantur pueris literæ per suas figuras ac nomina; deinde literarum usus venit per suas syllabas; postea syllabarum structura formatur per suas dictiones ac voces; denique mensura vocum ac ratio pedum traditur; prius, inquam, quam versus doceantur, ne rerum præposterus ordo evanescat; ita sibi canenti totum cœlum, fatique conscia sidera, prius singula rerum gradibus suis fuerunt tradenda, fidesque per partes ducenda, quam de rerum summa præcepta Poëta traderet, ne rem propere ac præmature docere videretur.

Tunc rerum vires, atque artis traditur usus,
Perque pedes proprios nascentia carmina surgunt,
Singulaque in summam prodest didicisse priora.
Quæ nisi constiterint primis fundata elementis,
Vel sua præpropere dederint præcepta magistri,
Effluat in vanum rerum præposterus ordo.
Sic mihi per totum volitanti carmine mundum,
Obrutaque abstrusa penitus caligine fata,
Pieridum numeris etiam modulata, canenti,

postea docentur virtutes vocum, et usus artis, et versus fiunt exsurgentes per suas mensuras: et juvat summatim præcognovisse singulas res, quæ præcedunt. Etenim nisi hæ res bene fuerint stabilitæ cunctis suis fundamentis, necesse est ut ordo perversus rerum evanescat perversis scilicet præceptis, quæ præceptores tradiderint præmature. Ita mihi, qui carmine meo percurro totum cælum, et ipsa fata, quæ deducuntur ex tenebris omnino obscuris, et qui canto etiam res, quæ mensurantur

---

structura legendi; an *membra* vel *verba legendi?* Utrumvis ridicule. Huetius corrigit *per verba legendo.* Repone, *H. verbi st. v. per m. l.* *Verbi* singulari numero, ut prius *litera*, *syllaba.* *Per membra*; hoc est, verbi per syllabas suas.' *Bent.* 'Paris. et Regiom. legunt et interpungunt, *verbis . venit* (.) At *verbi* melius. *legendi* cum seqq. jungit. Sed scribendum videtur, *legenti per verba*, quod habent Paris. et Regiom. mel. *membra, traditur*, &c.' Stoeb.—761 Scal. Delph. et vulg. *summa.* 'Immo legendum *in summam.* Prodest, proficit in summam.' *Bent.* 'Repone, *in summa.* Sic vetusti omnes. Prodest didicisse priora *in summa*, i. e. summatim.' *Stoeb.*—762 Rom. et vulg. *propriis*, et sic Delph. Scal. *primis* ex Gemb. 'Quis vero alia cogitare elementa poterit, quam prima? Satius ergo legere cum Cod. Paris. et Regiom. *propriis elem.* Quam lectionem Codd. quoque Gemblac. et Sixii tenent, teste Burmanno ad Ovid. Tom. II. pag. 626.' *Stoeb.*—763 Scal. Delph. et vulg. *Versis quæ propere.* 'Libri vetusti, *versaque quæ propere.* Repone, *Vel sua præpropere d. pr. m.*' Bent. 'Optime Regiom. *Perdunt, quæ propere d. pr. m. Perdunt*, scil. discentes, præcepta, quæ Magistri propere, i. e. præmature, dederunt. Nihil clarius ac verius.' *Stoeb.*—764 'Ita quidem Cod. Paris. Nobis autem adhuc videtur præferenda Regiom. lectio: *Et fluet in vanum*, &c. Sic fere Lips.' *Stoeb.*—766 Scal. Delph. et vulg. *Erutaque.* '*Eruta penitus*, alterum alteri repugnat. Repone *Obrutaque.*' Bent. 'Malim priscam sequi lectionem, quam servat cum Paris. Regiom. *Erutaque abstrusa penitus fata*, &c. i. e. fatales rerum eventus, qui, penitus licet abstrusi,

NOTÆ

759 *Artis*] Poëticæ aut Grammaticæ.

762 *Elementis*] Principiis, rudimentis, præceptis. Notas enim literarum *elementa* vocamus ex similitudine; quod ex literis primum syllabæ, deinde ex syllabis dictiones formentur.

763 *Vel sua præpropere* [*Versis quæ propere*] Sup. præceptis, *quæ*, &c. Figura est poëtis non inusitata. Sic enim vs. 746. 'Cujus enim stellæ fines:' id est, Stella enim, cujus fines, &c.

766 *Fata*] Fatales rerum eventus, quos Dii sideribus alligarunt, I. 1.

767 *Pieridum*] Musarum, quæ Pie-

Quaque Deus regnat revocanti numen ab arce,
Per partes ducenda fides, et singula rerum
Sunt gradibus tradenda suis: ut cum omnia certa
Notitia steterint, proprios revocentur ad usus.
Ac velut in nudis cum surgunt montibus urbes,
Conditor, ut vacuos muris circumdare colles

mensuris Pieridum, et qui deduco divinitatem ex summo loco, quo Deus ipse regnat, mihi, inquam, docendum est per partes, et res singulæ tradendæ sunt per suos ordines et gradus, ut cunctæ res deducantur in suos usus, quando fuerint cognitæ per certas cognitiones. Et sicut, quando urbes incipiunt fieri ab ipsis primis muris, et quando fundator illarum statuit circumcingere mœnibus montes, qui non cingeban-

mihi tamen et aliis hujus artis magistris eruti, atque 'in luminis oras protracti,' ut ait Lucret.' *Stoeb.*—768 'Libri vett. *Quoque d. r. r. n. in arte.*' Bent.—772 Rom. et vulg. *Ac veluti in c. s. montibus u.* 'Perturbate ac mendosissime. Nullo negotio expediuntur: *Ac veluti, nudis quum surgunt mœnibus urbes, Conditor et vacuos muris circundare colles Destinat; ante, manu quam tentet scindere fossas, Vertit opus.* Planissima sententia. Conditor urbis ante, quam mœnia circundet, prius vertit opus, &c. Est hyperbaton in parabola usque ad illa, 'Sic mihi cunctanti tantæ succedere moli.' In hac et superiore parabola multa luculenter dicta. Atque haud scio, an ab Ovidio meliora sperare possemus.' *Scal.* '*Mœnibus* a Scaligero est: omnino contra sententiam. Quid enim est, *nudis mœnibus?* et quomodo surgunt mœnia, prius quam opus destinatur? Lege ex libris omnibus, *Ac velut in n. cum s. montibus u. Montibus nudis*, ut versu sequente *vacuos colles.* Plerumque urbes in editis et montanis locis olim condebantur.' *Bent.* 'Codd. Lips. Paris. et Editi nostri vetustiores, *consurgunt.* Sicuti urbes exsurgere solent, &c. Sic infra vs. 782. 'consurgit opus.'' *Stoeb.*—773 Scal. Delph. et vulg. pro *ut, et.* 'Lege et distingue, *Conditor, ut, &c. Ut destinat,* ut primum destinat.' *Bent.* 'Lips. *Conditur*, perperam. pro *ut*, universi *et*, velut, Conditor *qui occipit* circumdare, &c. *Destinat*, pro quo Libri omnes *destinet*, Cod. Paris. in marg. *desinet*, omnino videtur esse factum ex *distinet;* Conditor *distinet* ante *manus* (,) ita habent omnes, non *manu*, et luculenter distinguunt Ald. et Rom. *Distinet manus*, i. e. occupat aliis magisque necessariis rebus, ante quam tentet (ipse conditor) scindere fossas. Non prius incipit fossas ducere, et muros exstruere, quam opus verterit, materiemque, qua ligneam qua lapideam, comparaverit. Cf. vs. 784. sqq. ubi ἀπόδοσις ve-

NOTÆ

rides dictæ sunt, vel a Piero monte in Thessalia Musis sacro, vel a Pieria regione Thessaliæ, vel a Pieri Macedonis prædivitis filiabus, quæ Musas ad certamen cantus ausæ provocare, victæ sunt ab iis, et in picas mutatæ. Ovid.

772 *Ac velut in nudis, &c.*] His 6. vss. aliam instituit comparationem, qua confirmat a primis rerum principiis ac fundamentis esse incipiendum. Sicut enim in urbibus condendis prius eligitur locus, materies comparatur, lapis effoditur, et alia ejusmodi quæruntur, quam urbs nova structa surgat, ita in horoscopis partuum struendis, prius habenda est singularum cœli partium ac siderum notitia, quam ratio de his tradatur.

Destinat, ante manu quam tentet scindere fossas,
Versat opus: ruit ecce nemus, saltusque vetusti
Procumbunt; solemque novum, nova sidera cernunt:
Pellitur omne loco volucrum genus, omne ferarum;
Antiquasque domos et nota cubilia linquunt:
Ast alii silicem in muros, et marmora templis

tur muris, priusquam aggrediatur præscindere fossas, evertit totum opus: en sylva cadit, et antiqua nemora corruunt; et novæ stellæ vident novum solem; gens omnis avium et belluarum ejicitur ex illo loco; et feræ volucresque deserunt vetera sua domicilia, et sedes assuetas; alii autem homines effodiunt lapidem ad mœnia

ritatem nostræ emendationis et interpretationis ad indubiam usque fidem confirmat.' *Stoeb.*—775 Scal. Delph. et vulg. *Vertit.* 'Quid hoc est? Vertit opus antequam tentet fossas scindere? Vertit, antequam vertat? Repone, *Versat opus;* mente, animo, consilio.' *Bent.* 'Codd. vero Mss. et Editi, *vertit opus.* At vertere terram, glebas, de agricolis sulcos ducentibus, proprie dicitur. Unde illa, *vertit opus*, non inepte accipere poteris de veteri Romanorum urbes condendi more, quo factum, ut sulco designarent exstruendi oppidi fines. De quo Tacit. Annal. XII. 24. ita: 'Sed initium condendi, et, quod pomerium Romulus posuerit, noscere, haud absurdum reor. Igitur a foro boario, ubi æreum tauri simulacrum aspicimus, quia id genus animalium aratro subditur, sulcus designandi oppidi cœptus, ut magnam Herculis aram complecteretur,' &c. De hoc ipso mœnia designandi more Noster disertius infra, ubi nati sub Scorpione mores et negotia fingens, IV. 556. sq. sic canit: 'Urbibus augebit terras; junctisque juvencis Mœnia subcinctus curvo describet aratro.' Ita plane Virgilium imitatus Æneid. v. 755. ubi vide Serv. Confer etiam Isidor. Orig. XVI. 2.' *Stoeb.*—777 Scal. Delph. et vulg. *atque ferarum.* 'Lege ποιητικωτέρως, *P. omne l. v. g. omne f.* ut IV. 86. 'Quod Decios non omne tulit, non omne Camillos.' *Bent.* 'Minus venuste hoc *omne* videtur repetitum. Magis arridet prisca, quam Scaliger expressit, lectio: *volucrum omne genus* (del. ,) *atque ferarum.* Hic quoque Nostro concinit Virgil. Georg. II. 208. ubi de suo aratore lignicida: 'Et nemora evertit multos ignava per annos, Antiquasque domos avium cum stirpibus imis Eruit: illæ altum nidis petiere relictis.'' *Stoeb.*—779 Rom. et vulg. *illi.*

NOTÆ

775 *Versat* [*Vertit*] *opus, &c.*] Locus urbi designatus aratro vertitur. Is enim antiquus Romanorum mos fuit in novis urbibus condendis, ut qua murus ire deberet, id spatii prius aratro designaretur, Tacit. lib. XII. et Isid. XV. Etym. c. 2. 'Urbs vocata ab orbe, quod antiquitus civitates in orbem fiebant: vel ab urbe parte aratri, qua muri designabantur . . . . locus enim futuræ civitatis sulco designabatur, id est aratro. Cato, qui urbem, inquit, novam condet, tauro et vacca aret; et cum araverit, moram faciet; ubi portam vult esse, aratrum subtollat, et portet, et portam vocet,' &c. Sic Virg. Æn. v. 755. et Manil. IV. 554.

776 *Solemque novum, &c.*] Quem enim præ nimia arborum celsitudine solem prius orientem videre non poterant sidera, eadem eum jam citius terris ascendentem cernere possunt, præcisis arboribus, qui ideo novus sol illis sideribus dicitur: poëtica locutio.

Rimantur; ferrique rigor per tempora nota
Quæritur: huc artes, huc omnis convenit usus:
Tunc demum consurgit opus, cum cuncta supersunt;
Ne medios rumpat cursus præpostera cura:
Sic mihi cunctanti tantæ succedere moli
Materies primum rerum, ratione remota,
Tradenda est; ratio sit ne post irrita, neve
Argumenta novis stupeant nascentia rebus.
  Ergo age noscendis animum compone sagacem
Cardinibus, qui per mundum sunt quatuor omnes
Dispositi semper, mutantque volantia signa.
Unus ab exortu cœli nascentis in orbem,
Qui primum terras æquali limite cernit.

ædificanda, et marmora ad ædes sacras; et durities ferri quæritur per certum temporis spatium: inde artes veniunt: inde omnis usus subit: et tandem opus attollitur, quando res omnes comparatæ sunt: ne scilicet labor perversus interrumpat cursus medios operis: ita oportet ut ego, qui cesso aggredi tam ingens opus, primo tradam materiem, semota rerum causa, ne postea causa sit vana, vel ne homines obstupescant rationes oriri de rebus inusitatis. Agedum confer mentem solertem ad cardines cœli cognoscendos, qui quatuor omnes sunt perpetuo locati per cœlum, et variant sidera, ut quæque per eos feruntur. Unus est ab ortu cœli surgentis super terram, qui primo conspicit terras ex finibus paribus. Secundus respondet

Correxit Scal. ex Gembiac.—784 Rom. et vulg. *Sic mihi tractanti.* '*Tractanti succedere* haud scio, an satis Latine dixerim. Gembiacensis veram, ni fallor, lectionem præfert: *Sic mihi cunctanti tantæ succedere moli.* Optime ad mentem ejus. cunctanti, non, statim irrumpenti. Aratus ad verbum dixit ἐπέχοντι: Οὐδ' ὅτε οἱ ἐπέχοντι φαήμεναι ἠῶθι πρό. hoc est, *cunctanti surgere mane.*' Scal. 'Sic Gemb. consentiente, uti videtur, Lips. Sed Paris. et Editi nostri omnes, *tractanti succedere,* quod haud scio an commode satis et

NOTÆ

780 *Ferrique rigor, &c.*] I. e. ferrum aqua temperatur per notum temporis spatium in varia instrumentorum genera fabricanda, sine quibus variæ non surgerent artes.

784 *Moli*] Operi, quod est siderum rationem tradere.

788 *Ergo age, &c.*] Ab hoc vs. ad usque finem hujus libri Poëta agit tam de duodecim signorum stationibus, quas vulgo signorum domus vocant, ac castra, quam de septem planetarum tutelis per certas istas stationes. Quas autem stationes vocant, eæ sunt certæ cœli partes per zodiacum, qui in duodecim partes æquales dividitur, initio ducto ab ortu. Inter has partes præcipuum locum habent quatuor cœli cardines, ortus, occasus, medium cœli, et imum cœli, quos potissimum observant astrologi in horoscopo ducendo. His enim quatuor veluti compaginibus totum nititur cœlum vs. 802. Unde ducuntur cardines, cardinalia puncta, articuli, &c. Hos igitur primum explicat

Alter ab adversa respondens ætheris ora,
Unde fugit mundus, præcepsque in Tartara tendit.
Tertius excelsi signat fastigia cœli;
Quo defessus equis Phœbus subsistit anhelis,
Discernitque diem, mediamque examinat horam.
Ima tenet quartus fundato nobilis orbe;
In quo principium est reditus, finisque cadendi
Sideribus; pariterque occasus cernit et ortus.

illi ex parte cœli, quæ est opposita, qua parte cœlum recedit, et cadens ruit in inferna loca. Tertius notat verticem summi cœli, in quo sol quasi defatigatus moratur præ equis anhelis, et deflectit diem, et ponderat quasi examine medias tenebras ab utraque parte. Quartus insignis est ex immoto globo terrarum, occupat infimum cœli locum, et in eo initium est stellis redeundi sursum, et ruendi deorsum; et as-

Latine dictum. Puto autem scriptum esse *conanti*.' Stoeb.—792 Rom. et vulg. *Qua . . . . . . crevit*. 'Longe melius Gemb. *Qui . . . . . cernit*.' Scal. 'Ita Scaliger ex Gemb. At Paris. Lips. et Editi omnes, *Qua*. i. e. quo loco cardo cernit terras, &c. *cernit*, sic infra vs. 800.' *Stoeb.*—796 'Lips. et Editi fere universi *habenis*. Solus Regiom. *habenas*. Alterum ex Scaligeri conjectura. Sol, inquit, quasi defessus cursu, subsistit in cuspide meridiano.' *Stoeb.*—797 Scal. Delph. et vulg. *Declinatque d. mediasque e. umbras*. 'Quomodo *declinat* qui in ipso fastigio est? et quæ sunt mediæ umbræ? Repone *Discernitque d. mediamque e. horam*. Ita I. 633. de circulo meridiano: 'medium præcidit olympum, Discernitque diem, sextamque examinat horam.'' *Bent.* 'Ita quoque I. 633. Sed inde non conficitur, eandem lectionem h. l. esse retinendam. Modo enim de cardine, non de circulo, agitur. Malim itaque priscam sequi scripturam: *Declinatque diem*, quod est, deflectit ad occasum. Conf. infra vs. 919. sq. *mediamque examinat horam*] Cod. Paris. cumque illo Editi Ald. et Rom. *mediasq. exam. undas*. Regiom. autem propius ad mentem Auctoris, *mediasq. umbras*. Hoc Scaliger quoque restituit ex Gemblac.

NOTÆ

Poëta, notatque his 22. vss. prioribus, qui sint illi cardines.

791 *Unus ab exortu, &c.*] His 2. vss. notat cœli cardinem, qui 'ortus' dicitur.

793 *Alter ab adversa, &c.*] His 2. vss. notat cœli cardinem, qui 'occasus' vocatur.

794 *In Tartara*] In inferiorem cœli partem. Tartarus enim sing. masc. plur. neutr. locus est Inferorum profundissimus, quo sontes plecti creduntur, quique pro imis terrarum partibus usurpatur, sub quas sol ac sidera cadunt, dum superioribus terris occidunt.

795 *Tertius, &c.*] His 3. vss. notat cœli cardinem, quod est 'medium cœli;' quo scilicet provectus sol quasi medias hinc inde ab ortu et occasu cernit et examinat umbras ac tenebras, quibus pars terrarum inferior obduci creditur.

796 *Phœbus*] Sol, I. 19.

798 *Ima tenet, &c.*] His 3. vss. notat cœli cardinem, qui dicitur 'imum cœli.'

Hæc loca præcipuas vires, summosque per artem
Fatorum effectus referunt: quod totus in illis
Nititur æternis veluti compagibus orbis.
Quæ nisi perpetuis alterna sorte volantem
Cursibus excipiant, nectantque in vincula, bina
Per latera, atque imum templi summumque cacumen;
Dissociata fluat resoluto machina mundo.
Sed diversa tamen vis est in cardine quoque;
Et pro sorte loci variant, atque ordine distant.
Primus erit, summi qui regnat culmine cœli,
Et medium tenui partitur limite mundum;
Quem capit excelsa sublimem gloria sede.

picit ex æquo occidentem et orientem. Hæ quatuor sedes reddunt peculiares vires, et maxima effecta fortunæ per disciplinam, eo quod totum universum fulcitur in illis, tanquam in articulis æthereis. Quæ loca nisi recipiant alternatim molem cælorum, dum volvitur continuis motibus, et nisi connectant illam in duobus lateribus per duos nexus, et in infima cæli parte, et in supremo vertice, necesse foret ut moles universi dissolveretur, dissoluto ipso cælo. Varia tamen virtus est in uno quoque cardine, et diversi sunt pro diversa ratione loci, et dissimiles sunt ordine. Primus enim cardo erit ille, qui tenet summa fastigia cæli, et qui dividit medium cælum exigua linea, et quem elatum in sublimi loco honor excipit. Nimirum hoc

cui Lipsiensis non refragatur.' *Stoeb.*—803 Scal. Delph. et vulg. *æthereis.* 'Quales sunt ætheræ compages? raræ, credo, et tenues, ac parum firmæ. Repone, *æternis.*' Bent. 'Hoc longe minus placet, quam *æthereis*, quod, Cod. Paris. fide firmatum, immerito plane reprehendit Bentleius. Melior lectio vulgata Regiom. *æthereus orbis*, i. e. summum cælum, quod nititur his cardinibus, veluti compagibus.' *Stoeb.*—811 Pro *mundum*, Cod. Paris. *cælum.*

NOTÆ

806 *Per latera*] Nimirum in ortu et occasu, quæ duo sunt universi latera, habita ratione stantis terrarum orbis.

Templi] Cœli, vs. 210. 453. 667. &c.

807 *Machina*] Sup. universi, i. e. universum.

Mundo] Cœlo, I. 9.

808 *Sed diversa, &c.*] His 2. vss. monet quatuor cœli cardines pares non esse viribus ac dignitate; sed alios aliis præstare. Præstat enim medium cœli tribus aliis: imum cœli proximum est dignitate: ortus tertium occupat locum: occasus denique postremus est.

810 *Primus erit, &c.*] His 10. vss. docet medium cœli primum esse cardinem dignitate et effectu. Sic Firm. II. 22. 'Hic locus principalis est, et omnium cardinum potestate sublimior.' Vis autem hujus cardinis ea est, ut sibi vindicet summos magistratus et honores, gratiam apud populum, ac gentium externarum fidem et amicitiam. Est autem hic locus decimus inter duodecim stationes, ut videre est fig. pag. 367. et in fine libri hujus.

Scilicet hæc tutela decet fastigia summa,
Quicquid ut emineat sibi vindicet, et decus omne
Asserat, et varios tribuendo regnet honores.
Hinc favor, et species, atque omnis gratia vulgi:
Reddere jura foro, componere legibus urbem,
Fœderibusque suis externas jungere gentes,
Et pro sorte sua cujusque extollere nomen.
Proximus, est ima quanquam statione locatus,
Sustinet æternis nixum radicibus orbem:
Effectu minor in speciem, sed major in usum:

dominium convenit sublimi vertici, ut attribuat sibi id omne quod præcellit, et ut assumat sibi gloriam omnem, et ut occupet primam sedem largiendo diversos honores. Ex hoc loco gratia, dignitas, atque omnis honor plebis oritur: is locus dat reddere jus in senatu, regere terram legibus, et adjungere populos externos suis fœderibus, et efferre laudes cujusque pro sua conditione. Secundus cardo, quamvis positus sit in infimo loco, et sustentet globum universi, qui sempiternis fundamentis fulcitur, minor quidem est effectu quoad speciem, quam primus, sed major quoad usum.

—814 '*decus omne*] Idem et Regiom. *deus omnis.* Simile quid connotare videtur Cod. Lips. hac scriptura, *ds. omni.* 815 *asserat*] Paris. et Regiom. *afferat*. Lips. *adser*. sed *d* in rasura. *regnet*] Sic Paris. *regnat* Regiom. *reget* Lips. 816 *gratia*] Paris. et Regiom. *gloria.*' Stoeb.—817 Scal. Delph. et vulg. *orbem.* 'Hoc nimium est, totum orbem: satis est si urbem componat.' *Bent.* 'Pro hoc, confusione fere perpetua, Libri nostri legunt *orbem*, quod tamen h. l. alteri præferre malim, ideo præsertim, quod sequitur, *externas jungere gentes.*' Stoeb.—820 Scal. et vulg. *ast* pro *est.* '*Ast* a Scaligero venit: satis inconcinne. Libri omnes, *est.* Recte, si recte distinguas: *Pr., est i. q. st. l.*' Bent.—821 Rom. et vulg. *Sustinet alterius.* 'Legimus, *alternis.* Confirmatur fide Gemblac. in quo recte *alternis*, quia subinde cardines mutant. Supra: 'Quæ nisi perpetuis alterna sorte volantem Cursibus excipiant.' Ibid. *mixtum radicibus orbem*] Legendum, *nixum radicib.*' Scal. 'Quomodo unus et idem cardo alternis radicibus? iterum repone, *S. æternis n. r. o.*' Bent. 'Codd. quidem Gembl. et Lips. satis bene, *alternis mixtum.* Sed magis placet *alterius mixtum.* Sic Regiom. Rom. et Ald. Cod. vero Paris. *alterius nixum*, quod eodem redit. Nimirum, *imus* hic *cœli cardo* sustinet orbem seu hemisphærium inferius, quod *mixtum* est *radicibus alterius*, supple *orbis*, seu hemisphærii superioris.' *Stoeb.*—822 Scal. Delph. et vulg.

NOTÆ

816 *Species*] Eminentia, dignitas, quæ omnium oculos in se convertit.

820 *Proximus, est, &c.*] His 6. vss. docet imum cœli secundum esse dignitate et effectu cardinem. Scilicet, ut ait Firmic. II. 22. 'Hic locus ostendit nobis patrimonium, substantiam, fundamenta, mobilia, et quicquid ad latentes vel repositas patrimonii pertinet facultates.' Sic vs. 822. Est autem hic locus quarta statio, ut videre est fig. pag. 367.

821 *Æternis*] Imum cœli veluti radix est æterna, qua totum universum nixum stat.

Fundamenta tenet rerum, censusque gubernat.
Quam rata sint fossis, scrutatur, vota metallis;
Atque ex occulto quantum contingere possit.
Tertius æquali pollens in parte, nitentem
Qui tenet exortum, qua primum sidera surgunt,
Unde dies redit, et tempus describit in horas:
Hinc inter Graias horoscopos editur urbes:

Namque habet in sua tutela fundamina divitiarum, et regit opes: et perscrutatur quam certa sint desideria in effossis metallis, et quantum queas comparare ex divitiis absconditis in terræ visceribus. Tertius cardo ille est, qui dans vim suam in pari parte occupat ortum cœli fulgentem, qua parte astra primo attolluntur: ex qua parte dies revertitur, et distribuit tempus in suas horas: unde fit ut dicatur

specie .... usu. Paris. Lips. et Regiom. *species .... usu.* 'Repone *speciem .... usum.* ut v. 152. 'Nec in usum tegmina plantis, Sed speciem.' *Bent.* —824 'Libri habent *scrutantur*, et *contingere possis.* Versus irreptitii et barbari.' *Bent.* 'Non desunt his duobus versibus luculenta scriptionis Manilianæ signa. *Scrutatur* legit quoque Regiom. *scrutantur* Codd. Paris. et Lips. Ad illustrandam vero sententiam omnino facit Julius Firmicus, qui II. 22. de imo cælo: 'Hic locus,' inquit, 'ostendit nobis parentes, patrimonium, substantiam, et quicquid ad latentes vel repositas patrimonii pertinet facultates.' *Stoeb.*—825 'Cod. Paris. et Libri Vetusti, *possis.* quod non erat certe mutandum. *Contingere* (sic est in margine Cod. Paris. pro varia lectione τοῦ *conjungere*, quod habet in contextu) sonat *adipisci, assequi.* Phædrus de canibus corium e fluvio extracturis: 'Sed rupti prius periere, quam quod petierant contingerent.'' *Stoeb.*—826 Libb. vett. *atque illi.* 'Feliciter olim emendavimus *æque illi.*' Scal. Delph. *æquali.* 'Sic castigandum ex Rom. et vulg. in quibus legitur *æquali tollens.* I. e. qui æquipollet aliis cardinibus dignitate et effectu.' 'Libri omnes, *Tertius atque illi*: unde Scaliger fingebat, *æque illi pollens;* hoc est, æquipollens illi. Quorsum igitur pertinebit, *in parte?* Repone, *T. æquali p. in p. Æquali parte;* quia cardines orbem dividunt in quattuor partes æquales. Sic II. 232. ubi libri habent *atque illi degere*, recte a Scaligero emendatum est *æquali fœdere.*' Bent. 'Codd. Paris. Lips. et Editi Vetust. *atque illi tollens.* Multo autem rectior lectio, quam infeliciter castigavit Vir magnus, *atque illi pollens in parte, &c.* ubi *pollens* idem ac *præpollens, prævalens, in parte*, quod vulgo dicitur *ex parte, aliquatenus.*' Stoeb.—828 Rom. et vulg. *Una.* 'Inepte. Scribendum sane *Unde.* Neque exemplo caret. Ita enim in proœmio sphæræ mundi: 'Qua mundus redit, et nigras superevolat urbes.' *Scal.* 'Codd. Paris. et Lips. *Una.* Pro *redit*, iidem Codd. *dedit.* et mox, *describet* Lips. pro *describit.* Rom. *Quaque* pro *Unde.*' Stoeb.—829 'Regiom. *Hic*, recte. *Horoscopos:* Græci Horoscopum

NOTÆ

823 *Fundamenta*] Immobilia, Gallice, *les biens immeubles.*

Census] Opes, reditus rerum, I. 12.

826 *Tertius æquali, &c.*] His 10. vss. docet ortum cœli tertium esse cardinem dignitate et effectu; cujus hæc vis est, ut prima genituræ fundamenta, ut vitas hominum, ut mores, ut varia studiorum genera, ut artes, ut cultus, rerumque sortem sibi asserat, Firmic. II. 22.

829 *Horoscopos*] Græca vox ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν τὰς ὥρας, i. e. *ab horis inspiciendis.* Scilicet ab hoc cardine, qui ortus est, horæ describuntur per

Nec capit externum, proprio quia nomine gaudet.
Hic tenet arbitrium vitai, hic regula morum est:
Fortunamque dabit rebus, ducetque per artes:
Qualiaque excipiant nascentes tempora prima,
Quos capiant cultus, quali sint sede creati,
Utcumque admixtis subscribent viribus astra.
Ultimus, emenso qui condit sidera mundo,
Occasumque tenens summersum despicit orbem,
Pertinet ad rerum summas, finemque laborum,

horoscopus apud civitates Græcas; neque sumat alienum nomen, quia gloriatur suo nomine. Is cardo habet jus vitæ, et is est norma morum: et dabit sortem rebus, et feret ad colendas disciplinas: et dabit qualia tempora primæ ætatis nati sortiantur, quæ studia sequantur, et ex quali loco sint nati, nimirum prout planetæ annuent ex viribus suis adjunctis. Postremus cardo qui occultat stellas, ubi peragrarunt cœlum, et qui occupans occidentem videt partem globi terrarum depressam aquis, is, inquam, cardo attinet ad extrema rerum et ad terminum laborum: et una tenet con-

ab horæ natalis notione appellarunt. Sic enim Dio Cassius: *τὸ μόριον τὸ τὴν ὥραν ἐπισκοποῦν, ὅτε τις εἰς φῶς ἐξήει.* Est autem Horoscopus ea pars cœli, quæ genituræ tempore ab orientali parte cœli emergit in hemisphærium nostrum, et *ortus* appellatur.' *Stoeb.*—830 '*Nec capit externum*, seu Latinum nomen. Perperam Cod. Lips. *extremum.* et statim, *numine* pro *nomine.* Poterit Horoscopos, ore Ciceronis, 'natalis hora' vocari, ex cujus observatione natalitia prædicta fiunt, ut ipse loquitur. Poteris etiam Horoscopum dicere, cum Plinio, 'exortivam horam.'' *Stoeb.*—831 Scal. Delph. et vulg. *vitæ atque.* 'A codicibus vetustis abest *atque.* Repone *vitai, hic, &c.* ut Virg. 'aurai simplicis ignem:' et Lucret. 'vitai lampada tradunt:' et sæpe alias.' *Bent.* 'Inusitata Nostro hæc secundi casus forma, et vel soli Lucretio maxime familiaris; quem quidem ad has usque minutias Noster imitatus non est. Dedit autem, *arbitrium vitæ, atque hic, &c.* Sic enim legunt Cod. Paris. Regiom. Ald. et Rom.' *Stoeb.*—835 'Doctissimus Huet. 'Legendum,' ait, '*utrimque*, astipulantibus libris veteribus.' Immo recentiores tantum *utrimque;* vetustus quisque *utcumque:* quod et sententia postulat. *Utcumque subscribent*, prout bene vel male subscribent. Sic III. 119. 'Atque, utcumque regunt dominantia sidera, paret.' et III. 128. 'Si male subscribunt stellæ per signa locatæ.'' *Bent.* 'Unus Regiom. hanc tutatur lectionem. Alii *utrumque*, vel *utrimque*, male.' *Stoeb.*—837 Scal. Delph. et vulg. *respicit.* 'Immo, ut libri omnes, *despicit.* Sic Virg. Æn. I. 228. 'cum

NOTÆ

genituras, et genituræ temporis initium ducitur. Estque prima statio, quam signa decurrunt, et a qua dies cum sole redeunt.

830 *Externum*] Latinum.

Proprio] Græco.

835 *Astra*] Non solum signa, sed et planetæ, a quibus suas vires accipiunt ipsi cardines, vs. 858.

836 *Ultimus, &c.*] His 5. vss. ait occasum esse quartum et postremum cœli cardinem dignitate et effectu; 'ex quo,' inquit Firm. II. 22. 'cognoscimus qualitatem et quantitatem nuptiarum,' &c. scilicet hic locus, qui septimus est inter duodecim stationes, nuptiarum est, mulierum, finis laborum, et extremæ vitæ, cultusque Deorum.

Conjugia atque epulas, extremaque tempora vitæ,
Otiaque, et cœtus hominum, cultusque Deorum.
  Nec contentus eris percepto cardine quoquam.
Intervalla etiam memori sunt mente notanda,
Per quadrum dimensa, suas reddentia vires.
Quicquid ab exortu summum curvatur in orbem,
Ætatem primam nascentesque asserit annos.

viria, et ultima tempora vitæ, et desidiam, et societates hominum, et cultum Deorum. Neque satis erit tibi observasse quemque cardinem cœli; intermedia enim spatia sunt quoque observanda memori animo, quæ spatia sunt magis extensa quam cardines, et quæ suas habent vires. Illud autem omne spatium, quod ab ortu flectitur in supremum arcum, assumit sibi annos ætatis nascentis et primæ. Illud vero, quod de-

Juppiter æthere summo Despiciens mare velivolum terrasque jacentes.'' *Bent.*—839 Scal. Delph. et vulg. *Conjungitque epulas.* 'Quid est *conjungere epulas?* quid reliqua? quid *conjungere cultus deorum?* Cod. Voss. *ejungiatque atque epulas:* hoc erat *Conjugia atque epulas.* Miror hoc Scal. non animadvertisse; cum ex Paulo Alexandrino notaverit hunc cardinem dici *γαμοστόλον*, sive *nuptias apperantem.*' Bent. 'Codd. Lips. Paris. juxtaque hos Regiom. et ceteri omnes, *conjungitque epulas,* quibus homines desidiosi præ ceteris delectantur. Sunt autem ut plurimum tales, qui ad extrema vitæ tempora provecti, cœtus amant hominum ipsos convenientium, qualis senex ille Scævola augur, quem in hemicyclio sedentem depingit Cicero in Catone pr. Cultui quoque Deorum decrepitos magis solicite, quam florentis ætatis homines, suo olim tempore vacare solitos, hoc ipso Noster haud obscure innuit, quod ultimo demum loco hoc officiorum genus posuit. Vs. 841. *quoquam*] Codex Ms. Paris. *quoque,* Ablativus *τοῦ quisque.* quod non improbandum.' *Stoeb.*—843 Scal. Delph. et vulg. *Per majus d.* 'Si interroges, quo sensu accipiant *per majus,* nihil respondebant. Repone, *Per quadrum d.* hoc est, per quattuor partes æquales; ut supra II. 822. 'Quod cum totius numeri qui construit orbem, Nongentæ quadrum partes per sidera reddant.' Quadrum, sive pars quarta, numeri CCCLX. est XC.' *Bent.* 'Scaliger, assentientibus membranis Gemblac. Paris. et Lips. *Per majus dimensa, &c.* Regiom. *demens.* eodem sensu. Notat autem, non unos tantum cardines esse observandos, sed et intervalla seu quatuor intermedia spatia, quæ quidem magis extenduntur, quam ipsi Cardines, quæque suas in hominum ætate partes sibi vendicant.' *Stoeb.*—844 'Sic Cod. Paris. At Regiom. *et ab ortu.* minus bene, quod patet ex vs. 864.' *Stoeb.*—845 Scal. Delph. et vulg. *Ætatis primæ nascentisque.* 'Hoc est, primæ nascentisque ætatis. Non admodum belle. *Nascentis* quidem et codices habent; sed more so-

NOTÆ

839 *Epulas*] Nuptias, quæ nonnisi cum epulis olim celebrabantur.

841 *Nec contentus eris*] His 3. vss. monet non unos tantum cardines esse observandos, sed et quatuor intermedia spatia, quæ quidem magis extenduntur quam ipsi cardines, quæque suas hominum ætates sibi vendicant. Quæ spatia vulgo dicuntur 'quadrantes.'

844 *Quicquid ab exortu, &c.*] His 2. vss. docet primum cœli quadrantem, quod est illud intermedium spatium, quod ab ortu ad medium cœli pertinet, sibi in tutelam asserere pueritiam.

Quod summo premitur devexum culmine mundi,
Donec ad occasus veniat; puerilibus annis
Succedit, teneramque regit sub sede juventam.
Quæ pars occasus infra est, imumque sub orbem
Descendit; regit hæc maturæ tempora vitæ,
Perpetua serie varioque exercita cursu.
At qua perficitur cursus quadrante sub imo,
Tarda supinatum lassatis viribus arcum

clive fertur a supremo cacumine cœli, quoadusque descendat ad occasum, tribuitur infantilibus annis, et sub loco suo tenet teneram juventutem. Quæ autem pars cœli dimittitur inter occasum et sub infimum globum terrarum, ea gubernat tempora ætatis virilis, et quæ jam acquisiverunt usum proprio progressu, et diversa exercitatione: sed ea pars intermedia, quæ absolvitur per progressum revertentem sub infimo cœlo, et quæ lenta assurgit ad curvaturam desuper inversam, quasi viribus fatigata,

lemni pro accusativo plurali. Repone, *Ætatem primam nascentesque a. a.*' Bent. 'Membranæ, juxta cum impressis omnibus, legunt, *Ætatis primæ nascentisque a. a.* Quæ quidem lectio, quod satis Latine sonat, sollicitari minime debuit.' *Stoeb.*—848 Scal. et vulg. *gerit.* 'Libri omnes *regit.* Hoc tamen mendum in utraque Scal. editione hæsit.' *Bent.*—849 Scal. Delph. et vulg. *inter.* 'Quid est *inter occasus?* In margine libri Gemblacensis notatur locus ut mendosus. Quid si sic locum refingas, *Q. p. o. infra est, i. que sub o. D.* ut Noster II. 602. 'atque animo complexa est scorpion infra.'' *Bent.*—851 Scal. Delph. et vulg. *Et propria.* 'Nec conjunctio *et* locum hic habet; nec *propria serie* quid sit, quisquam explicaverit. Repone, *Perpetua s. v. que e. c. Perpetua laborum serie:* ut supra 804. 'perpetuis . . . volantem Cursibus.'' *Bent.* 'Ceteri universi, *Et propria serie varioq.* Illi *Et* sequens *que* cohæret, uti infra, vs. 859. Unde sensus: Non tantum quæ proprio progressu, verum etiam quæ diversa exercitatione usum acquisiverunt.' *Stoeb.*—852 Scal. Delph. et vulg. *redeunte.* 'Quid vero est, *sub imo redeunte?* Repone, *At qua p. c. quadrante sub i.* ut supra 843. 'Per quadrum dimensa.' Nempe cardines cælum dimetiuntur per quattuor quadrantes.' *Bent.* 'Regiom. *At quæ* scil. pars, vs. 849. Paris. Ms. *At* (superne *Et*) *quæ proficitur cursu redeunte sub imo.* In his, *curs. red.* ceteri omnes consentiunt. Intelligit Auctor spatium interceptum inter imum cœli et ortum. Hoc posterius punctum similiter supra descripsit vs. 799. 'In quo principum est reditus.' et vs. 828. 'Unde dies redit.' Quare non possum assentiri Macrobio, qui in Somn. I. 6. fin. dicit, Solis annuum 'reditum' vocari, 'quia eadem Signa per annos singulos certa lege metitur.' Dixerit potius, quia Sol, cursu absoluto, eo redit, quo præteritum annum inceperat, jam novum inde exorsurus.' *Stoeb.*—853 'So-

NOTÆ

846 *Quod summo, &c.*] His 3. vss. notat secundum quadrantem, quod est illud spatium, quod inter medium cœli et occasum intercipitur, vendicare sibi juventutem.

849 *Quæ pars, &c.*] His 3. vss. ait tertium cœli quadrantem, quod est illud spatium interceptum inter occasum et imum cœli, regere virilem ætatem, quæ nonnisi longo jam vitæ cursu et exercitatione acquiritur.

852 *At qua perficitur, &c.*] His 4. vss. ait quartum cœli quadrantem, quod illud est spatium interceptum inter imum cœli et ortum, habere in sua tutela senectutem.

Ascendens; seros demum complectitur annos,
Labentemque diem vitæ, tremulamque senectam.
Omne quidem signum sub qualicumque figura
Partibus inficitur mundi: locus imperat astris,
Et dotes noxamve facit. Vertuntur in orbem
Singula, et accipiunt vires ultroque remittunt.

ea pars habet seniles annos, et dies vitæ decrepitos, et senectutem labascentem. Omne autem signum, sub qualicumque forma sit, afficitur a locis cœli; sors enim cœli dominatur signis, et reddit illis bonas aut malas affectiones. Signa enim quæque volvuntur in orbem per 12. stationes cœli, et recipiunt vires a cœlo, redduntque vicissim. Scili-

lius ab hac lectione discedit Regiom. qui legit, *Tardaque spinatum, &c.* Sic in Gembl. quoque legendum, pro *Tardaq. spiratum.* Potuit autem Noster dicere 'arcum spinatum' extremam cæli curvaturam, quæ spinæ dorsi, qualis senibus esse solet, i. e. incurvatæ, speciem refert, et per quam Signum lassum cursu ad ortum adscendit.' *Stoeb.*—855 Scal. Delph. et vulg. *Labentesque dies.* 'Elegantius vetusti codices, *Labentemque diem v. tr. que s.* nempe vita hominum uni diei comparatur; cujus pars postrema quasi senecta est. Virg. Æn. XI. 913. 'Ni roseos fessus jam gurgite Phœbus Ibero Tinguat equos, noctemque die labente reducat.'' *Bent.* 'Sic quidem Codd. Gemblac. et Lips. At Paris. cumque hoc editi Regiom. Ald. et Rom. *Labentis dies vitæ.* ubi *labentis,* secundo casu, ad *vitæ* referendum; nisi malis, me tamen non consentiente, quarto casu accipere, antique scriptum pro *labentes.* Quemadmodum autem Nostro *labentia sidera* dicuntur, quæ ad occasum vergunt, ita non minus eleganter parvum illud, quod senibus decrepitis reliquum est, vitæ spatium vocatur *vita labens,* termino quippe suo proxima.' *Stoeb.*—858 Scal. Delph. et vulg. *noxamque.* 'Non idem locus utrumque facit. Repone, igitur, *Et dotes noxamve facit.*—859 Scal. Delph. et vulg. *Cæloque.* 'Ignare dictum *cæloque.* Vossianus *cardoque.* Repone *ultroque.* ut IV. 505. 'Accipiunt proprias vires ultroque remittunt.'' *Bent.* 'Sic vulgavit Bentleius ad normam IV. 505. quo tamen loco sibi non constat, cum dedit *ultra,* pro quo Cod. Paris. et Regiom. itidem *ultro* habent. Unum autem valet alterum, auctore Perott. col. 265. fin. Nimirum, utrumque pro *supra* poni nonnunquam solet. In cujus asserti fidem bina Perottus excitat Virgilii loca, quorum altero, Æneid, v. 446. de Entello: 'et ultro Ipse gravis graviterque ad terram pondere vasto Concidit:' falsus Ruæus, qui putat esse dictum pro *per se ipse, nullo impellente.* Magis commode, sed sua tantum auctoritate, Servius exponit *e contrario,* eo quod alter cadere debuerat. Malim reddere *procul,* quod antecedentia suadere omnino videntur. Etenim Entellus insurgens alte extulit, et vires in ventum effundens, altero scilicet elapso, concidit ultro, i. e. procul, quasi ex alto. Firmat hanc notionem luculentissimus Plauti locus, Captiv. III. 4. 19. 'Proin tu ab istoc procul recedas. HE. ultro istum a me.' Conf. Amphitr. I. 1. 164. et Casin. II. 8. 23. Eodem omnino sensu Noster dicere potuit: Astra vires acceptas ultro remittere, i. e. procul a se, nimirum in terram. Hac quidem ratione nulli dubitaremus accedere lectioni Bentleianæ, nisi Codicum auctoritas obstaret. Illi enim, quos

NOTÆ

856 *Omne quidem, &c.*] His 8. vss. præmonet non solum ex integris illis quatuor intermediis spatiis inter cardines singula signa suas ducere vires, cum per eas stationes in orbem prætereunt, sed ex ipsis duodenis partibus, quas stationes vocant.

Vincit enim natura genus, legesque ministrat
Finibus in propriis, et prætereuntia cogit
Esse sui moris, vario nunc ditia honore,
Nunc sterilis pœnam referentia sidera sedis.
Quæ super exortum est a summo tertia cœlo,

cet natura loci superat diversam naturam signorum, et præscribit illis leges in suis finibus, et facit ut signa prætereuntia sint suæ naturæ; quæ modo locuples est diverso titulo, modo inops, et facit ut sidera habeant duram sortem stationis, quam tenent. Quæ igitur pars intermedia tertia est a medio cælo super ortum,

vidimus omnes, Scaligero patrocinantur, qui dedit, *cæloque remitt.* quod certe non tam ignare dictum, quam Bentleius putavit. Hunc enim, si quidem ita scripsit Auctor, sensum facile admittit: Astra remittunt vires, ex terræ vaporibus et exhalationibus aquarum acceptas, cælo, i. e. ætheri, ex cujus temperie, pro varia locorum sideralium dispositione, hominum commoda vel incommoda proveniunt. Conf. I. 157. sqq. et Firmic. II. 19. sqq.' *Stoeb.*—862, 63 Scal. Delph. et vulg. *dives h. N. s. pœnamque ferentia s. sæclis.* ''Actum erat,' ait Scal. 'de hoc loco absque ope Gemb. qui habet *seclis.*' Immo actum erit, si *sæclis* legamus; et miror tam ineptam sententiam, tam barbaram orationem tanto ingenio placere potuisse. *Sedis* habent tres reliqui vetusti: ut vs. 848. 'teneramque regit sub sede juventam,' et 867. 'adverso quæ fulget sidere sedes,' et 874. 'Typhonis habentur Horrendi sedes.' Corrige totum locum *v. n. ditia h. N. s. pœnam referentia s. sedis.* Natura, inquit, sedis vincit genus, et cogit prætereuntia sidera sui moris esse, sive sibi obtemperare, et ex se effectum sumere, nunc ditia, nunc referentia pœnam sterilis sedis; sive nunc ditia et honorata, nunc egena et mendica. *Ditia;* ut IV. 755. 'Et molles Arabas, sylvarum ditia regna.' *Referentia;* ut Noster II. 249. 'Vel quæ fessa sedent pigras referentia mentes.' Et alibi.' *Bent.* 'Malim legere ex Mss. et Impressis præstantioribus, *dives,* quocum hoc *sterilis* vs. seq. a plerisque connectitur. Sic enim legunt et distinguunt: *vario nunc dives honore, Nunc sterilis* (:) *pœnamque ferentia sidera sedis.* Erit fortassis, ut in alio Codice luminatior quis legat *ferent jam,* pro *ferentia.* Loquitur autem de *loci natura,* quæ modo secunda est vario honore, modo inops atque mendica. Cumque illa cogit sidera obtemperare sibi, fit inde, ut hæc in sterili statione locata, duram suæ sedis sortem sustineant.' *Stoeb.*—864 'Ita Scaliger ad fidem Gembl. At Regiom. et ceteri, *a summo sidere cæli.* Vide

NOTÆ

860 *Vincit enim natura genus*] I. e. locus imperat astris; natura loci superat naturam siderum. Sic Firm. VI. præf.

863 *Sedis*] I. e. loci, stationis.

864 *Quæ super exortum, &c.*] His 7. vss. agit de duodecima et sexta statione, quæ utraque infelix est regio. Unde Græcis illa dicitur κακοδαίμων, i. e. *malus dæmon:* hæc κακὴ τύχη, i. e. *mala Fortuna,* Firm. II. 22. Utraque autem fertur *porta laboris,* quia in utraque scandendum est et cadendum. Stant enim immotæ stationes; sed per eas decurrunt signa et planetæ, ex quo fit ut vulgo signorum ac planetarum domus aut tutelæ dicantur. Quanquam non omnes illæ stationes feruntur planetarum tutelæ, sed certæ tantum, ut jam postea longius annotabitur. Scilicet 1. statio, Mercurii tutela censetur: 3. Lunæ: 4. Saturni: 6. Martis, (quamvis id siluerat Manilius): 9. Solis: 10.


Infelix regio, rebusque inimica futuris,
Et vitio fœcunda nimis: nec sola sed illi
Par erit, adverso quæ fulget sidere sedes.
Juncta sub occasu, neu præstet cardine mundi,
Utraque prætenta fertur dejecta ruina:

ea infortunata est statio, et adversa rebus venturis, et nimium abundans malo. Nec sola est infelix: sed ea quoque regio similis est illi, quæ lucet ex opposito cœlo, et quæ adhæret ad occasum. Ne autem utraque hæc regio melior sit cardine suo, dicitur dijecta, propter damnum quod accepit antea: utraque pariter erit por-

Firmic. II. 22.' *Stoeb.*—868 'Sic et libri: sed versus spurius est, insulsus, et barbarus.' *Bent.*—869 Rom. et vulg. *Utraque præterita.* 'Loquitur de sexta domo, quam ait Portam laboris dici, non de utraque. Omnino legen-

NOTÆ

Veneris: 11. Jovis. Res patet in hac figura, in qua 1. circulus est 12. stationum: 2. est planetarum sub suis stationibus: 3. est quadrantum quatuor: et in cujus medio sunt 4. cardines ex ordine suæ dignitatis numerati.



867 *Adverso quæ fulget, &c.*] Sexta statio est, quæ duodecimæ opponitur. Consule figuram.

868 *Neu* [*ne*] *præstet, &c.*] I. e. ne alterutra suo cardine præstet aut melior sit, in eo suum terminum ac finem meruit; unde utraque dejecta fertur propter damnum a suo cardine acceptum. Duodecima quippe finitur in ortu; sexta vero in occasu; quo fit ut utraque deterioris sit conditionis ac sortis, quam uterque ille cardo.

Porta laboris erit; scandendum est, atque cadendum.
Nec melior super occasus, contraque sub ortu
Sors agitur mundi. Præceps hæc, illa superne
Pendens, aut metuit vicino cardine finem,

ta laboris, quia in utraque est ascendendum, et descendendum. Neque sedes ea quæ est supra occasum, et ea quæ e regione jacet infra ortum, melior fertur pars cœli: hæc enim cadens est, illa vero desuper appensa, et utraque vel merito habet termi-

dum *Ut quæ*. utpote quæ. Et sane non aliter scripsit Manilius. utpote, inquit, quæ jam lapsa sit. Immergitur enim infra Orizontem præceps. Gemblac. *Prætenta*. male, si bene judico. Nam solenter peccat in ejusmodi.' *Scal.* Delph. *Utraque*. 'Ita omnes præter Scal. qui legit *Ut quæ*, minus bene; loquitur enim Poëta non de alterutra, sed de utraque illa statione, in qua pariter cadendum est et ascendendum; unde utraque dicitur porta laboris.' '*Ut quæ* a Scal. est, quo nomine doctissimo Huet. pœnas dedit. Ipse tamen Huetius patienter admisit *præterita*. Quo, quæso, sensu? nam si ruina præterita est, quid restat metuendum, quo feratur dejecta? Quid, quod si scandendum sit, non jam præteriit ruina, sed imminet. Recte libri veteres: *Utraque prætenta f. d. r. Utraque dejecta*, demissa, humilis, tristis, *fertur*, *prætenta* et obversante oculis *ruina*: huic ne scandendo cadat, illi ne cadendo præceps ruat.' *Bent.* 'Ita Mss. Gembl. et Lips. At Cod. Paris. et Impressi omnes, *præterita ruina*, quasi dicat, propter damnum antea acceptum.' *Stoeb.*—870 Rom. et vulg. *Orta laboris*. 'Non magnæ molis erit divinare *Porta laboris*. Bonincontrius non solum de XII. domo intelligit, sed etiam ortam vocari dicit, quia Sol in eam, inquit, ingreditur, quum exit de sub terra. Quis contineat risum hæc legens? Gemblacen. *Ora laboris*. non male. Sed recta lectio *Porta*. Sic ἐπαναφορὰ τοῦ ὡροσκόπου dicitur *Orci porta*.' Scal. 'Ald. et Rom. *Orta laboris erit*. aperto vitio, quod traxerunt forte ex Cod. Lips. ubi tamen penultima litera *t* rasuræ nota tenetur, ut sit legendum, *Ora lab.* i. e. regio, locus. Cod. Paris. luculenter, *Orta labros*, pro quo in marg. *laboris*. Regiom. rectius, *Orta labans erit, et scand. est atq. cad. Orta* scil. alterutra domus, vel cui orta seu assignata fuerit, erit labans, i. e. incerto pede in illa versabitur; verendum enim, ne ascendendo cadat, neve descendendo præceps ruat. At non minus bene legitur, *Porta laboris*, quod ceteroquin unius Scaligeri conjecturæ debetur. Utraque enim domus *porta laboris*: nam duodecima ascendit ab Horoscopo, cadit sexta sub occasu; utrumque vero, ascensus nimirum et descensus, laboriosum est.' *Stoeb.*—871 Scal. Delph. et vulg. *occasum*. Regiom. et Rom. *occasu*. 'Libri veteres *occasus*.' Bent.—872 'Codd. Paris. et Lips. *superna*, quod vulgavit Regiom.—874

NOTÆ

871 *Nec melior, &c.*] His 10. vss. explicat situm ac dotes secundæ et octavæ stationis, quæ pariter sibi opponuntur: altera enim, quæ secunda est, sub ortu sequitur: altera, quæ octava, desuper occasum pendet. Unde hanc utramque cum sexta et duodecima comparat Poëta, quia par utrobique sors: est enim in utraque cadendum et scandendum. Porro secunda statio Græcis dicitur ἀναφορὰ, i. e. *sursum elatio*: octava vero ἐπικαταφορὰ, id est, *præceps locus*. Et utraque fertur 'Typhonis horrenda sedes,' quasi pacis ac mortis locus. Firmico tamen secunda dicitur *spes*, quia locus est substantiæ ac divitiarum: octava vero *mors*, quia laborem, tristitiam, mortuorum hæreditates, ac vitæ finem præsagit. Fig. in fine lib.

Aut fraudata cadet. Merito Typhonis habentur
Horrendi sedes, quem tellus sæva profudit
Cum bellum cœlo peperit: vix matre minores
Extiterunt partus; sed fulmine rursus in alvum
Compulsi, montesque super rediere cadentes;
Cessit et in tumulum belli vitæque Typhoeus.
Ipsa tremit mater flagrantem monte sub Ætnæ.
At, quæ fulgentis sequitur fastigia cœli,

num in proximo cardine, vel privata fine præceps ruit. Recte ambæ dicuntur horribiles stationes Typhœi gigantis, quem crudelis terra procreavit, quando intulit bellum cœlo, et ejusmodi filii geniti sunt non minores parente sua: sed perculsi tamen fulminis ictu depressi sunt iterum in Tartara, et montes reversi sunt super illos terræ filios dum caderent; et ipse Typhon adactus est in sepulcrum belli et vitæ; cujus motu terra parens ipsa adhuc horrens tremit sub Ætna monte ardenti. Sed ea statio, quæ subsequitur verticem vicinum cœlo lucenti, (ne scilicet

Paris. et Regiom. *fundata:* quo sensu, mihi non satis liquet.' *Stoeb.*—875 Scal. Delph. et vulg. *Horrendæ.* 'Repone *Horrendi:* ut ad Typhona referatur, non ad sedes.' *Bent.* 'Libri nostri, *Horrendæ sedes.* Utraque lectio bona. Malim tamen priorem. Neque enim sedes horrenda magis, quam natura Typhonis. Consule, si vacat, Natalis Comitis Mythol. VI. 22. p. 651.' *Stoeb.* —876 Scal. Delph. et vulg. pro *vix, nec.* 'Hoc vero omnem fidem excedit, ut partus æquales sint matri. Demes de hyperbolæ tumore, si legeris, *vix matre minores.*' Bent.—877 Scal. Delph. et vulg. *altum.* 'Quodnam *in altum?* Repone, *sed f. r. in alvum C. In alvum* matris. *Profudit* habuimus, et *peperit*, et *partus.* Et certe si *montes* super eos rediere, necessario in matris alvum compulsi erant. Et sic III. 6. 'Fulminis et flamma partus in matre sepultos.' *In matre,* hoc est, in matris alvo.' *Bent.* 'Magis placet, *in altum,* quæ ceterorum omnium est lectio. *in altum,* i. e. profundum, scil. Tartara. Conf. Nostr. IV. 642. et quæ ibi notavimus.' *Stoeb.*—879 Scal. et vulg. *Typhoeo.* 'Codices omnes *Typhoeus;* quod interpolavit Scaliger. Placet librorum lectio: ut III. 25. 'In populi unius leges ut cesserit orbis.' *Tumulus belli vitæque,* audax quidem figura; sed *sepultum bellum,* et *vitam sepultam* dixerunt alii.' *Bent.*—880 Delph. *flagranti.* 'Supple Ætna; bene. Vulg. *flagrantis,* sup. Typhonis. Scal. *flagrantem.* Sup. Typhonem.' 'Regiom. Ald. et Rom. *flagrantes.* Referendum hoc ad *partus,* quos dixit vs. 877. *compulsos, cadentes, &c.* Cod. Lips. *flagrantis,* prisco scribendi more, *is* pro *eis* vel *es.* Ibid. Longe venustius Cod. Paris. et vulgatus Regiom. *monte sub Ætna.* Communior hæc, de Typhonis sepulcro, sententia. Alii aliter. Confer Herodot. III. 5. et Steph. Byzant. in

NOTÆ

874 *Typhonis*] Vel Typhoei, gigantis, qui a Jove perculsus est fulmine et in Tartara compulsus cum bellum cœlo pararet, ut annotatum est vs. 15. et I. 411. et dicetur iterum v. 354.

879 *Typhoeus*] Græce Τυφώευς, unde non Typhœus, sed Typhoeus Latine scribendum est.

880 *Mater*] Terra parens gigantum.

Sub Ætna] Qui mons est in Sicilia, sub quo jacere fingitur Typhoeus. Virg. Æn. IX. 716. 'Inarime Jovis imperiis imposta Typhoeo.'

Proxima vix ipsi cedat cui jungitur astro;
Spe melior, palmamque petens, victrixque priorum

etiam cedat ipsi cardini, qui tenet summum cœlum,) est melior in spe, quam prædictæ stationes; et vindicat sibi victoriam, et superat primas illas, et extollitur

'Ηρῶ. Adde Natal. Comitem loc. cit.' *Stoeb.*—881 Scal. Delph. et vulg. *fulgenti . . . cælo.* 'Quæ constructio, quive sensus? *fastigia proxima cælo?* certe fastigia non proxima sunt, sed summa. Libri omnes, *Atque refulgentis.* Repone igitur, *At quæ fulgentis s. f. cæli. Proxima,* femininum singulare.' *Bent.* 'Codd. Paris. et Regiom. *Atque refulgenti.* Cod. Lips. *atque refulgentis,* ultima vero litera in rasura. *cæli*] Cod. Paris. et Regiom. *cælo.*' Stoeb. —882 Scal. et vulg. *neve ipsi cedat qui fungitur astro.* Delph. *alto.* 'i. e. medio cœlo, cui proxima est hæc undecima statio.' 'Pro *neve* Cod. Voss. *non.* Lege tamen *vix i. c. cui jungitur astro.* Vix summo fastigio cedat. Etiam Huet. *cui jungitur.*' Bent. 'Cod. Paris. et Regiom. *neve.* Cod. Lips. *nec.* Quod dedit Scaliger, *qui fungitur,* nostri quoque libri agnoscunt. Hos autem binos versus pessimo consilio, et præter Auctoris sententiam, ab antecedente divellit V. C. et qui eum secuti sunt interpretes, quos tamen vel ipsum vocabulum *Atque,* quod universi libri ferunt, erroris monere sui debuisset. Nos equidem addictam illis fidem religiose servaturi, eosdem versus ex Cod. Paris. et Regiom. quos minimis urgeri vitiis animadvertimus, citra ullam hæsitationem et mutationem huc rescribimus: *Ipsa tremit mater flagrantes monte sub Ætna Atque refulgenti* (,) *sequitur fastigia cælo Proxima* (,) *neve ipsi cedat* (,) *qui fungitur* (,) *astro* (.) Habes elegantem ignivomæ Ætnæ descriptionem, quam Auctor hac opportunitate ab origine deduxit. In concinnando verborum ordine, si quidem nostram sequeris interpungendi rationem, non multum erit certe tibi laborandum. Sic enim ille procedit: Ipsa mater, Terra, tremit flagrantes suos partus sub monte Ætna, atque proxima cælo refulgenti, scil. ob miram celsitudinem montis, qui caput inter nubila condit, sequitur fastigia sua, neve (pro *vel*) ipsi astro cedat is qui fungitur, scil. fato. Quorum quidem facilis ac certissimus tibi sensus enascetur, si verbum *sequi* propria notione acceperis, quam ab hoc *secare,* per modum derivationis, ducit. Videatur Perottus col. 228. post med. Nimirum dicere vult Poëta, Ætnam flammis secare fastigia sua, quo fit, ut Typhœus, qui sub hoc tumulo funus agit, non minor sit fastigii sui splendore vel (intendendi particula) ipsi astro, puta, vel, Eridano fluvio, ad cujus instar flumen igneum emittit; vel cælo, per synecdochen partis pro toto; vel astro, i. e. Soli, qui sidus absolute dicitur Justino XIII. 7. 10.' *Stoeb.*—883 'Agnoscit illud *Spe* Cod. Paris. Poëtæ

NOTÆ

881 *At, quæ fulgentis, &c.*] His 10. vss. explicat situm et dotes undecimæ stationis, quæ proxima sequitur medium cœlum, unde nec ipsi cedit viribus ac dotibus; quasi comes addatur medio cœlo, quod ceteris stationibus præstat, vs. 810. et Firmic. II. 22. Quo fit ut undecima hæc statio spe melior ceteris aliis stationibus credatur, saltem duodecima et sexta, octava et secunda, quæ quatuor adjunguntur duobus cardinibus hinc inde, ortui et occasui, qui quidem cardines duo spe minores sunt medio et imo cœli. Igitur hæc undecima statio Græcis dicitur ἀγαθοδαίμων, Latinis *bonus dæmon:* veteribusque nominibus dicta est olim ἀγαθὴ τύχη, i. e. *bona Fortuna.* Scilicet, ut ait Firm. citat. 'Hic locus est domus spei, fortunæ, fiduciæ, et perditum regis adjutorium, et ejus qui proxime ad regem accedit.' Estque tutela Jovis v. 263. 889.

Altius insurgit, summæ comes addita fini:
In pejusque manent cursus, nec vota supersunt.
Quocirca minime est mirum, si proxima summæ,
Atque eadem interior, fortunæ sorte dicatur,

magis in altum, quam illæ, quia proxime comitatur supremum cardinem: et in ea motus sunt ad regna, nec desideria restant insuper alia. Quapropter non est mirandum, si consecratur augusto titulo, cum sit vicina supremo cælo, et eadem sæpe sit in-

vero scripturæ quam potest proxime accedit vulgatum Regiom. *Jam mel.* Novum enim sic caput tractationis orditur sæpissime. Exponere vero nunc instituit undecimæ stationis naturam, quæ melior prioribus, utpote priores ante se currentes præteritura. Ita quidem Scaligero interpretari visum. Malim vero legere cum Lips. et Regiom. *piorum*, quod hic locus est *bonæ fortunæ*, qua quidem vel pessimi vincere *pios*, i. e. probos frugique homines, solent.' *Stoeb.*—884 'Cod. Paris. *finis.* minus venuste. Illud autem rarissimo exemplo generi feminino sociatur. Hoc solus, quem sciam, Lucretius tuetur I. 108. et V. 383. Rem exponit Firmicus II. 22. fin. his potissimum verbis: 'Est autem locus (undecimus) ♃, et cum Horoscopo non parva societate conjungitur. De Hexagono enim Horoscopum videt, et de Hexagono ab Horoscopo videtur, ejusque radios capit.' *Stoeb.*—885 Scal. Delph. *Imperiisque.* 'Gemb. bene; hæc enim statio regum est, ut monui vs. 880. At vulg. et Rom. *In pejusque*, minus bene. Quam tamen lectionem ita tuetur Jun. Bitur. quasi, inquit, sit, ut, ex hoc loco quocunque excurreris, in pejus excurras. Quod falsum est; namque decima statio, quæ huic proxima est, hac pejor non est, immo melior.' *Delph.* 'Lectionis hujus fictor est Scal. reclamantibus libris omnibus, cum scriptis, tum typis impressis, qui habent *In pejusque;* et recte sane, si quid video. Nam quod domus μεσουρανήματι proxima sit, et stella illic sita medium cœlum certo jamjam initura sit, idcirco de ea, tanquam supremi loci jam compote, Manilius disserit. 'Neve ipsi cedat,' inquit, 'cui jungitur astro:' deinde, 'Summæ comes addita fini;' ac si jam supremum locum ipsa teneret. Ergo subjungit, eam quo progrediatur ultra non habere, nec votis locum esse relictum, ac deinceps in pejus esse ruituram. Nam etsi altius est μεσουράνημα ipsum quo tendit, tamen partim acclive est, partim declive. Manilius infra, 'Arce sed in cœli, qua summa acclivia finem Inveniunt, qua principium declivia sumunt.' Itaque statim illuc ut erit perventum, jam occasus apparebit, jam declinandum erit in præceps, jam summus gradus deserendus. At undecima statio, proxima summis, evolat in sublime, nec habet quidquam quod vergat ad infima. Scal. emendationem *Imperiisque manent cursus*, pro eo quod est, cursus ad imperia, vix Grammatici ferent.' *Huet.* 'Libri omnes, *In pejusque:* recte. Mutavit Scal. eo nomine ab Huetio castigatus.' *Bent.*—886 Scal. Delph. et vulg. *summo.* 'Lege *summæ;* i. e. sedi, fini, domui.' *Bent.* 'Hoc *est* in nostris quidem Codd. non legitur, nec dedit Regiom. *summæ*] scil. *sedi* vel *domui.* Cod. vero Paris. Lips. et Editi præstantiores, *summo.* suppl. *fini* vel *cardini.*' Stoeb.—887 Rom. et vulg. *inferior.* Correxit Scal. ex Gemb. Ibid. Scal. Delph. et vulg. *veneranda sorte*, et mox

NOTÆ

883 *Priorum*] Secundæ, sextæ, octavæ, et duodecimæ stationis, de quibus jam supra disputatum est.

884 *Fini*] Cardini, articulo cœli, &c.

887 *Interior*] I. e. quæ sæpe inveniatur partibiliter in medio cœlo, aut contra, ut ait Firm. II. 22.

Cui titulus forti: censum sic proxima Graiæ
Nostra subit linguæ, vertitque a nomine nomen.
Jupiter hac habitat: fortunæ crede regenti.

termixta illi supremo cœlo, cui stationi nomen est fortunatum, si nostra lingua Latina proxime sumat vim linguæ Græcæ, et appellationem ab antiqua appellatione. Jovis Planeta manet in hac statione. Confide ergo huic sorti dominanti. Huic autem sta-

888. *Cui titulus felix censum si p. G.* 'Atqui ἀγαθὴ τύχη tantum dicitur, quod equidem sciam. Manilius etiam εὐτυχῇ dictam innuit. Pro *Quoi* textus Bonincontrii et Gemblac. habet *Quod.* neque aliter unquam reperias. 'Censum nomen virtutis nomine' eleganter dictum, ut Jurisconsultus: *hoc jure omnes censemur*, et similia, quæ nec pueri ignorant. Sed lectio variat in Gemblacensi. *censum si proxima Graiæ Nostra subit linguæ, virtutique a nomine nomen.* Bonincontrii textus: *veterique a nomine nomen.* Proculdubio ex illis veram lectionem eruemus: *Quoi titulus Felix, si censum proxima Graiæ Nostra subit linguæ, vertitque a nomine nomen.* Census linguæ, vis linguæ, ἡ διάλεκτος, Manilianum est, utpote toties ab eo usurpatum. Siquidem, inquit, nostra lingua potest κατὰ πόδας sequi censum et vim Græcæ, et vertere nomen a nomine. Quibusdam hoc displicebit. Nobis vero doleret aliquid a nobis feliciter excogitatum, quod ipsis placeret.' *Scal.* '*Dicatur* hic est dedicatur, consecratur. Cuinam igitur *dicatur?* nemini. At Græcis dicitur Ἀγαθὴ τύχη. Repone ergo *fortunæ s. d. C. t. forti: c. sic p. G.* Nempe quod Græcis Ἀγαθὴ τύχη, id Latinis *fors, fortuna.* Mox sequitur 890. 'fortunæ crede regenti.' Prius igitur dixerat, *fortunæ* hanc dicatam esse. Ovid. Fast. VI. 773. 'Quam cito fortunæ venerunt fortis honores?' et 'Ite, Deam, læti, fortem celebrate, Quirites.'' *Bent.* 'Libri, quos vidimus, universi, *veneranda sorte*, quod rectissime Fayus exponit, *augusto titulo.* Nec mutasset forte Bentleius, nisi falso sibi persuasisset, hoc *dicatur* esse positum pro *consecratur, dedicatur.* Tu, vel me non monente, rectius putaveris, illud esse Conjunctivum τοῦ *dici*, quod est, *appelletur, vocetur.* Codd. Mss. et Libri nostri principes constanter, *Quod titulus felix.* Pro *censum*, quod habent Codd. Paris. et Lips. vulgavit Regiom. *sensum.* recte. 'Siquidem,' inquit, 'nostra lingua potest κατὰ γράμμα assequi sensum et vim Græcæ.'' *Stoeb.*—889 Delph. pro *vertitque, veterique.* 'Bonincontrius, bene. Huic enim undecimæ stationi nomen vetus fuit ἀγαθὴ τύχη, i. e. *bona fortuna.* Firm. II. 22. Male ergo Scal. *vertitque.*' 'Cod. Lips. *virtutique.* Cod. Paris. et Regiom. *virtutis nomine nom.* Bonincontrius, quem Fayus sequi maluit, *veterique a nomine nomen.*' Stoeb.—890 Scal. et vulg. *hoc.* Delph. *hic.* 'Immo *hac habitat.*' Bent. 'Perperam hæc sunt a sequentibus divulsa. Neque enim illa, *fortunæ crede regenti*, sententiam absolvunt; neque hæc Poëtæ foret rationi consentanea, quippe qui III. 529. *de fortuna* non minus vere quam venuste: 'Usque adeo permixta fluit, nec permanet usquam; Amisitque fidem variando cuncta per omnes.' Continuanda ergo sententia usque ad vs. 892. si quidem veteres sequamur Editores, quorum nemo præstantior Regiomontano, qui ipsam Manilii manum refert his verbis: *Jupiter hac habitat: fortunam credere genti Huic atque imperium (;) simili dejecta sub orbe Imaque submersi contingent fulmina mundi.* Pro *hac hab.* Codd. Paris. et Lips. *hoc*, quod forte in Gemblac. quoque legit Scaliger, qui tamen in notis variavit *hic hab.* Quodsi legere malis *hac*, supplendum *statione*, et sequens

NOTÆ

888 *Censum*] Vim, dotes, &c. I. 15.

889 *Nostra*] Suppl. lingua Latina.

890 *Jupiter hac habitat*] Est enim hic locus planetæ Jovis, vs. 863. not.

Huic in perversum similis dejecta sub orbe,
Imaque summersi contingens culmina mundi,
Adversa quæ parte nitet, defessa peracta

tioni par est ea, quæ depressa sub globo terrarum in transversum tangit infimos vertices cœli demersi, et lucet ex opposita Cœli parte, et quæ quasi defatigata vi-

credere dictum erit pro *credit*, scil. Jupiter: quod loquendi genus Tacito fere proprium, certe usitatissimum. Præstat vero accipere *hoc habitat*, forma frequentativa, *τοῦ habeo*, cujus significationem h. l. servat. Vide Nonn. Marcell. et Perott. in voce. Itaque Noster, undecimæ stationis habitum expositurus, ait: *Jupiter*, si quando in hac statione constitutus genituræ, præsertim diurnæ, præest, *hoc habet*, scil. *in more positum:* nimirum, *credere fortunam*, *&c.* Eadem vocis structura et notione Noster IV. 180. coll. not. dixit: 'Hoc habet hoc studium: postes ornare superbos,' &c. *Credere*, i. e. concredere, fidei committere. *fortunam*, i. e. felicitatem, opes. *genti huic* pro, familiæ certæ alicui. *atque imperium*, seu fasces consulares, proconsularem potestatem, *simili* scil. fortuna *dejecta imaque* scil. loca, i. e. familiæ, (quemadmodum dicitur quis *honesto*, vel *nobili loco* natus) *sub orbe* scil. fortunæ, quam 'dubio stantem orbe' fingit Ovidius Trist. v. 7. 7. et Tibull. I. Eleg. 6. vs. ult. (v. 70.) 'Versatur celeri fors levis orbe cito.' Sic habent editorum nonnulli. Quis autem crediderit, elegantissimum Poëtam hoc *cito*, sive sit Ablativus casus sive Adverbium, huic *celeri*, quod idem sonat, superaddidisse? Legendum omnino cum libris vetustioribus, *orbe rotæ*, quam diserte adjungit *orbi fortunæ* Cicero in Pison. cap. 10. *contingent*, i. e. evadent, evenient fulmina, eo sensu, quo gemini Scipiadæ audiunt 'fulmina belli,' Æneid. VI. 842. *submersi mundi*, hoc est, *orbis australis*, qui pariter Nostro *submersus* dicitur II. 837. Sensus itaque horum verborum: Jove fortunante, qui ad hanc stationem suam referunt genituram, etiamsi loco abjecto, ignobili obscuroque nati, potentissimi fient vel remotissimarum gentium rectores. Hanc vero nostram, eamque non novam magis, ac vero simillimam interpretationem egregie comprobat Firmicus, qui III. 4. Jovis in undecima statione decreta exponens, 'maximas,' inquit, 'decernit felicitates, magnasque divitias elargitur. Dat etiam clarissimas potestates, fascesque ac proconsulare decernit imperium.' His ita constitutis, nullo certe admitti jure possunt Codd. Paris. et Lips. quos tamen non vidit Scaliger, qui dedit vs. 891. *Huic in perversum*, quæ quidem, mira usus indulgentia, recipiendo probavit Bentleius. Neque enim *perversum* æquipollet huic *adversum*, quo post hos demum duos versus utitur Auctor, ad designandam stationis quintæ rationem, cui quidem exponendæ iisdem accedit verbis, quibus vs. 910. tertiam domum describendam orditur.' *Stoeb.*--892 Scal. *fulmina.* 'Codices quidem *fulmina;* quod interpretatur Scal. fulmenta; ut momina, momenta. Nihil quicquam potuit vel doctius vel absurdius. Repone *culmina*, ut et ipse in priore editione conjecerat. Submersus quoque mundus suum habet culmen, æque ac noster: quia 'supraque videtur Ipse sibi.' Ita supra II. 806. 'Per latera atque imum templum summumque cacumen.' *Bent.*—893 Rom. et vulg. *Adversaque nitet parte.* 'Emendavimus olim *Adversa quæ parte nitet.* Adstipulatur Gemb. Hic per omnia strenue nugatur Bonincontrius. *Scal.* 'Hanc a Scaligero,

NOTÆ

891 *Huic in perversum, &c.*] His 9. vss. notat situm quintæ stationis, quæ undecimæ est opposita, quamque Græci vocant δαιμονίην, i. e. *Genium.*

892 *Culmina*] Licet enim *culmen* proprie dicatur de rerum vertice; imum tamen cœli *culmen* dici potest, habita ratione cœli inversi.

Militia, rursusque novo devota labori,
Cardinis et subitura jugum sortemque potentem,
Nondum sentit onus mundi, jam sperat honorem.
Dæmonien memorant Graii: Romana per ora
Quæritur in versu titulus. Tu corde sagaci

detur ex confecto suo officio, et quæ quasi destinata videtur novo cursui iterum peragendo, et quæ est quasi latura onus imi cardinis, et vicem fortem illius, et quæ non gemit adhuc sub pondere universi, sed quæ quasi expectat gloriam. Græci vocant illam Dæmonien: apud linguam Latinam quæritur nomen, quod conveniat huic Græco traducto. Tu tamen statue in tuo solerti animo hunc esse sedem, tute-

Codicis Gemblac. ope, feliciter restitutam lectionem omnino probamus. Est enim quinta statio undecimæ ex adverso posita. Minus bene Regiom. et Prukner. sic, *Adversaque nitet defessa parte peracta*. Nec multo meliores Ms. Parisinus et vulgatus Aldi, quorum hæc est lectio, *Adversaque nitet parte et defessa per acta*. In membranis quoque Lipsiensibus *per acta*, adeoque divisim, legi Vierschrotus V. C. annotavit. Quæ si quis cum proba Latinitate vel cum sensu Poëtæ conciliare poterit, magnas ei hæ literæ gratias debebunt. Nos interim rectius facturi nobis videmur legendo conjunctim, *peracta Militia*, quod quidem pulcre dictum putamus pro *munere* vel *cursu peracto*.' Stoeb.—896 'Veteres membranæ et Editi præstantiores, *opus mundi*. Recte. Nam, Servio docente, *opus* dicimus, quando ipsum significamus, quod geritur. His itaque, *Nondum sentit opus mundi*, omnimode apposita est Scaligeri interpretatio: Nondum ad imum cardinem pervenit, qui sustinet onus mundi. Quibus adeo recte Noster ipsi docere videtur, non ab imo cælo ad occidentis cardinem, sed a quinta domo ad imum cælum, ab imo cælo ad Horoscopum progressum fieri secundum cæli motum. Nam prima et secunda domus vulgo dicitur secundum consequentiam Signorum, non autem secundum cæli motum.' *Stoeb.*—897 'Sic quoque Regiom. Græcanica scilicet terminatione, expressit. Cod. Paris. *Dæmonium* legit. Hoc Aldo quoque vulgatum. Prukn. *Dæmonem memorant*. quam lectionem metrum damnat.' *Stoeb.*—898 Scal. Delph. et vulg. *Q. inverso t. Sub c. s.* 'Invertendo huic nomini Latine adhuc quæritur vocabulum. Quasi dicat, Latine adhuc verti non potest. Et sane nescio, an Latinum sit, quod huic respondeat, nisi forte Genialis. Nam *δαίμων* est Genius. *κακοδαίμων ἄνθρωπος Malugeniatus* dicebant veteres Romani, et cujusdam illorum priscorum cognomen fuit Maluginoso: quod *κακεντρεχῆ* veteres Glossæ reddunt. Inversum igitur *μεθερμηνευθὲν*, nisi contrarium malis, *ἀνερμήνευτον*. Nam utri potius assentiar, nescio. Gemblacensis habebat *in versu*.' Scal. 'Vetusti quattuor, *in versu*. Recte *Dæmonie* Latino quidem vocabulo exprimi potest, sed non tali quod *in versu* stet hexametro. Ita Critias in elegia, quia Ἀλκιβιάδης in elego stare nequiit, iambeum ejus vice posuit: Καὶ νῦν Κλεινίου υἱὸν Ἀθηναῖον στεφανώσω Ἀλκιβιάδην, *νέοισιν ὑμνήσας τρόποις. Οὐ γάρ πως ἦν τοὔνομ' ἐφαρμόζειν ἐλεγείῳ, Νῦν δ' ἐν ἰαμβείῳ κείσεται οὐκ ἀμέτρως*. Mox eodem versu, pro *sub corde sagaci*, lege, *tu corde sagaci*. *Conde corde*; ut III. 46. 'vigilanti condita sensu.'' *Bent.* 'Ita quidem Cod. Gemblac. legente Scaligero, et Lipsiens. annotante Vierschroto. At non in versu tantum, verum etiam in prosa *titulus* vel nomen Latinum desideratur, quod huic Δαιμονίη satis apte respon-

NOTÆ

894 *Militia*] Munere, cursu, &c. III. 102. 106. 108. &c.

Conde locum, numenque Dei nomenque potentis.
Quæ tibi posterius magnos revocentur ad usus.
Hic momenta manent nostræ plerumque salutis,
Bellaque morborum cæcis pugnantia telis,
Viribus ambigua in geminis casusque Deique,

lam, et titulum Dei potentis. In stationibus, quæ postea tibi reducuntur ad magnos usus, sæpe sunt tempora nostræ sanitatis, et simul pugnæ morborum, qui certant cum sævis sagittis. Quæ duplex sors oritur ex duplicibus viribus, et ex ratione

deat. Quapropter rectius Scaliger dedit *inverso*, quod Cod. Paris. tuetur, approbantibus quoque Regiom. Ald. et Prukn. *inverso* seu *Latine vertendo*, scil. vocabulo, *quæritur titulus*, id est, Latine adhuc verti non potest. Ibid. Scripti pariter ac cusi, quos vidimus, omnes cum Scaligero faciunt, qui, omissa post hoc *titulus* interpunctione majore, legit, *sub cord. sag.* quod alteri omnino præferendum.' *Stoeb.*—899 'Habet hoc *nomenque* Cod. Gemblac. ex quo dedit Scaliger. Cod. vero Paris. et Editi præstantiores universi, *totumque potent.* quod alteri præstare omnino videtur. Cujus enim, quæso, usus foret tenere *nomen Dæmonies?* Quo quidem magis refert, *totum*, quicquid est ejus numinis, animo complecti. Quæ vero illi *totum* adhæret vocula *que*, non ad sensum, sed ad pedem supplendum pertinet.' *Stoeb.*—900 Scal. Delph. et vulg. *revocantur*. 'Repone, *m. revocentur ad u.*' ut supra, II. 771. 'proprios revocentur ad usus.' nam et ibi vetusti quattuor, *revocantur*.' Bent. 'Repone, *revocantur;* dictum per enallagen pro *revocabuntur*. Frustra est Bentleius, qui minus justæ mutationis subsidium quærit supra, vs. 771. ubi manifesta Conjunctivi modi ratio in præcedente vocula, *ut*, quæ ab hoc loco exsulat.' *Stoeb.*—901 'Recte habet illud *Hic*, modo *manent* sit ab hoc *maneo*. Sed in Cod. Paris. pariter ac editis Regiom. et Ald. legitur *Hinc:* unde rectius statueris, hoc *manent* dictum esse, per enallagen Modi, pro *manant;* quo propius nos afficere illa salutis et ægritudinis momenta possunt, quam si in loco, quo gignuntur, quasi reclusa manent. Cui quidem, quam nostram facimus, lectioni præ primis favet, quod illa vitæ quietioris aut morbis infestatæ discrimina cum aëris tum corporis humani humoribus sunt adserenda, quorum sane proprium vocabulum est *manare*, quod, Festo interprete, dicitur, 'cum humor ex integro, sed non solido nimis, per suas minimas partes erumpit.' quod ex Græco trahitur, quia illi *non satis solidum μανὸν* dicunt.' *Stoeb.*—902 Rom. et vulg. *tetris*. Correxit Scal. ex Gemblac. 'Hoc in margine Codicis Paris. pro varia lectione. in contextu legitur *tetris*, quod Regiomontano quoque et Aldo servare visum.' *Stoeb.*—903 Scal. Delph. et vulg. *ambiguum g. causaque diei*. 'Quid sit *causaque diei*, nemo intelligat: et frustra se torquent viri summi Scaliger et Huetius: hic etiam insignem versuum

NOTÆ

899 *Dei*] Nempe boni Genii, qui Deus creditur potentissimus.

900 *Quæ tibi posterius, &c.*] His 18. vss. notat situm et explicat dotes tertiæ et nonæ stationis. Utraque autem Manilio sedes est sanitatis et morbi: Firmico tamen tertia dicitur de fratribus, sororibus, et amicitiis: non vero de fide, religione, cultu Deorum, &c. Hæc vulgo *Deus* vocatur: illa, *Dea*. Tertia statio tutela est Lunæ, vs. 912. nona, Solis, vs. 906.

903 *Viribus ambigua &c.*] His 2. vss. monet hanc duplicem sortem sanitatis et morbi duci ex geminis viri-

Nunc huc nunc illuc sortem mutantis utramque.
Sed medium post articulum, curvataque primum

diei, qui variat utramque rationem modo in hanc partem, modo in illam. Verum sol amat illas stationes, quæ sunt post medium cælum, et quæ sunt illi vertices de-

trajectionem causatur. Pro *causaque diei*, Gemblacensis, Lipsiensis, et Vossianus *causasque Deique;* Venetus *causasque diesque.* Idem Venetus *ambiguam.* Repono, *V. ambigua in g. casusque Deique. Momenta salutis, bella morborum,* ambigua in geminis viribus et casus et Dei qui versu 899. huic sedi præsidet, quique *utramque sortem* et salutis et morborum huc illuc mutat. Sic Macareus Ulixei comes, Ovid. Met. XIV. 162. 'Noscit Achæmeniden; improvisoque repertum Vivere miratus, Qui te casusve Deusve Servat, Achæmenide?'' *Bent.* 'Cod. Lips. et Regiom. *Viribus ambiguum geminis, causaque Deique.* In Cod. vero Paris. et Editis Ald. et Prukn. ceteris invariatis, legitur *diei.* recte. Hinc, enarrante Scaligero, surgunt discrimina vitæ nostræ, quod ambiguum est, an accidat duplicibus viribus et causa diei pollentis duplici vi in utramque partem, nempe salutis et morbi.' *Stoeb.*—905 Rom. et vulg. *Sed medium post astra diem.* 'Legendum: *Sed medii post astra die. Die* ἀρχαΐζει, id est, *diei.* 'Libra die somnique pares ubi fecerit horas.' Ausonius in Rosis: 'Ad primi radios interitura die.' Ovid. in Maio: 'Ablue præteritæ perfida verba die.' Inepte in editionibus *præterita,* item *fide.* Ibid. *Post astra*] Nam unaquæque domus habet astrum suum, sive ζῴδιον. Legebamus olim *post castra die.* quod sane puto verum esse. neque aliter scripserit Manilius. Suspectum tamen est quomodocunque legas. Nam ea quidem domus est undecima, et ex vulgari serie, sequitur medium Cælum. Sed Manilius, ut diximus, contra signorum consequentiam domos numerat. Supra dixit de IX. domo: 'At quæ fulgenti sequitur fastigia cælo.' Quomodo igitur tam nona; quam undecima sequuntur idem medium cælum?' *Scal.* Delph. *medium post castra diem.* 'Ita restituendum; male enim vulg. *post astra.* Igitur his 5. vss. sigillatim disputat de nona statione, quæ solis tutela est. Hujus autem stationis ita situm notat Poëta, ut prima post *medium diem,* i. e. post medium cœlum, retrovertatur. Namque per *castra* intelligit stationem, vs. 681. Similiter per *culmina cœli primum curvata* notat nonam illam stationem primam esse quæ pone medium cœli curvatur, et vergit ac nutat de summo vertice.' 'Locus mendosissimus: *post astra;* vel, ut ille tentabat, *post castra;* suspectum Scaligero est: item illud *æthera,* quod timide tamen mutabat in *atria.* Hæc vero jure suspecta sunt; nihil enim sani intus habent. Libri omnes: *Sed medium post astra diem.* Hinc repono, *S. medium p. articulum c. que pr. C. n. s. de v. m. Degere Ph. a. Phœbus amat degere:* quippe hæc est *domus solis.* Ita supra II. 890. 'Juppiter hac habitat.' *Post medium articulum;* id est, post ipsum cardinem. *Articuli* sunt quattuor cardines; ut supra II. 430. aries et libra, 'mediis hiemem inter et æstum Articulis.' et 656. 'Quattuor æquali cælum discrimine signant, In quibus articulos anni Deus ipse creavit.' IV. 164. 'Cancer ad ardentem fulgens in cardine metam Articulum mundi retinet, lucesque reflectit.'' *Bent.* 'Libri scripti cusique

NOTÆ

bus diei, quem sol et luna partiuntur, alter in lucem, altera in tenebras. Quasi non minus ex sole, quam ex luna vitia corporum ducantur, cum tamen ad lunam cuncta corpora vulgo potius dicantur fingi et moveri, vs. 94.

904 *Sortem utramque*] Suppl. sanitatis et morbi, pro diversa divisione diei in lucem et in tenebras.

Culmina nutantis summo de vertice mundi,
Degere Phœbus amat: sub quo quoque corpora nostra
Dotes, et vitia, et fortunam ex viribus ejus
Concipiunt. Deus ille locus sub nomine Graio
Dicitur. Huic adversa nitens, quæ prima resurgit

clives cœli, quod primum labitur ex alto culmine per aëra: sub quo sole nostra corpora definiunt quoque sibi suas firmitates, et ducunt sibi suam sortem ex virtute illius. Ista statio vocatur Græca voce Deus. At ea pars cœli, quæ huic opposita

omnes, *post astra diem*, quod idem ac *per sidera*, infra vs. 922. quasi dixerit, inter reliquos Planetas.' *Stoeb.*—906 'Sic est in membranis Paris. et Lips. quibus accedunt Ald. et Prukn. Aliter visum Regiom. qui dedit *mutantis*, quod ad hoc *æthera* referendum, cui vs. seq. omnium omnino Codd. judicio, hoc *Degere*, quod Bentleii est, loco cedere debet. Phœbus, inquit, habet post astra (supr. vs. 905.) medium diem seu medium cæli, non tamen absolute, sed qua primum de vertice summo curvatur cœlum, quod mutat æthera, i. e. aërem.' *Stoeb.*—907 Scal. Delph. et vulg. pro *Degere, Æthera.* 'Libri omnes reclamant *Æthera*. Ald. Prukn. et recentiores omnes, nescio quo auctore, *amat*. Regiom. *Æth. Phœb. habet*. Cod. Paris. *adit*. Membran. Lips. *aut*. quod nihili prorsus. Ibid. Illud *quo* Codd. Paris. et Lips. non agnoscunt. Regiom. *sub quo jam corp. nostr.*' Stoeb.—908 Scal. Delph. et vulg. *Decernunt vitia.* '*Decernere vitia*, absurdum et sensu nullo est. Scaliger in priore editione, *decernunt vitam*: in secunda locum intactum reliquit, professus se nullam opem adferre posse. Huetius, *decerpunt vitia*. Sed illud fidem excedit, ex domo solis, qui fons vitæ et salutis est, nihil nisi *vitia* contrahi. Quid literas et apices captamus, de sententia ipsa securi? Illud primum animadverti, *vitia* ad *concipiunt* referendum esse; quo agnito, nullus τῷ *decernunt* relictus erat locus. Repono tibi veram lectionem, *sub quo q. c. n. Dotes et v. et f. ex v. ejus C. Dotes* et *vitia* corporis inter se opponuntur. Suetonius in Tito 3. 'In puero statim corporis animique dotes explenduerunt.' Noster supra II. 858. 'locus imperat astris, Et dotes noxamve facit.'' *Bent.* 'Ms. Lips. et impressi principes, *Decernunt vitia.* Longe rectius Cod. Paris. *Decurrunt vitia.* Locutio Maroniana: Georg. II. 39. 'inceptum decurre laborem.' *Vitia corporis* autem, proprie loquendo, non sunt *morbi*, quos quidem prudentia veterum ab illis sic voluit separari, ut sit *morbus* cum accessu utique aut temporis aut contagii, *vitium* perpetua et insanabilis atque irrevocabilis causa. Hinc *corpore vitiatos* dicimus, qui cæci, vel claudi, vel manci nati factive sunt, aut aliud hujusmodi vitium patiuntur. Hæc quidem ex rei veritate Nonius Marcell. et Perottus in voce. Itaque *decurrunt corpora nostra vitia*, cum male affecta, perdurando senescunt; idque Phœbo sospitante.' *Stoeb.*—909 'Cod. Lips. *Concupiunt.* Vs. 910. *huic adversa*] Idem Cod. et Paris. *huc adv.* Sic quoque Ald. *huic* Regiom. Prukn. ceterique re-

NOTÆ

907 *Degere* [*Æthere*] Per inania, per supremas auras.

Phœbus] Sol. I. 19.

Sub quo] Phœbo.

909 *Deus ille locus, &c.*] Phœbus enim, seu Sol, Græce dicitur Θεὸς, i. e. *Deus*, quasi omnia intuens, a verbo Græco, θεᾶσθαι, *cernere.*

910 *Huic adversa, &c.*] His 8. vss. sigillatim explicat situm et dotes tertiæ stationis, quæ proxime præcedit imum cœli, et quæ prima videtur ex

Sedibus ex imis, iterumque reducit olympum,
Pars mundi furvumque nitet, mortesque gubernat;
Et dominam agnoscit Phœben, fraterna videntem
Terga, per adversas cœli fulgentia partes.

lucet, et quæ prima attollitur ex infimis locis, et rursus adducit cœlum, et quæ quasi flavescens jam lucet, regitque noctem, et agnoscit lunam dominam, quæ inde aspicit sedem fratris sui solis splendentis ac fulgentis in partibus cœli oppositis, et quæ se-

centiores recte.' *Stoeb.*—911 Deest particula *que* in Scal. Delph. et vulg. 'Lege, ut codices recentiores habent, *iterumque reducit olympum.* Hoc postulat ipsa constructio.' *Bent.*—912 Scal. Delph. et vulg. *fulvumque n. noctemque g.* 'Quomodo sodes *noctem* gubernat hæc sedes? Nox non omnino dependet ab his XII. locis. 'Gemblacensis,' inquit Scaliger, 'mendose, *mortisque gubernat.*' Atqui hoc mendosum mox prope aberit a vero. Non Gemblacensis modo, sed et Lipsiensis et Venetus, *mortisque;* hoc est, more veteri, *mortesque;* Vossianus *mortemque.* Repono, *furvumque n. mortesque g. Mortes,* non *noctem;* fata enim fortunasque *hominum,* non *temporum* vices, hæ sedes regunt. Ut una II. 848. 'teneramque regit sub sede juventam:' alia 850. 'regit hæc maturæ tempora vitæ:' alia 854. 'seros demum complectitur annos.' ita hæc *mortes* gubernat. Porro etiam *furvum nitet* reponimus pro *fulvum.* Hæc enim sedes *ab imis sedibus prima resurgit;* et Dianæ seu Hecatæ et Proserpinæ dicata est. *Nitet* igitur aliquantulum, sed *furvum* et subobscurum. Horat. Carm. II. 13. 21. 'Quam pæne furvæ regna Proserpinæ, Et judicantem vidimus Æacum!' De vocabulo *furvus,* ut sæpe immutatum sit in *fulvus* et *fuscus,* vide præter alios Nic. Heinsium ad Ovid. Met. III. 272.' *Bent.* 'Libri omnes, *fulvumque nit. Mortesque*] recte sic. Fidem faciunt Codd. Lips. Paris. et editus Regiomontani.' *Stoeb.*—914 Scal. Delph. et vulg. *Regna.* et mox Rom. et vulg. *orbis,* et sic Delph. Mutavit Scal. '*Finibus oris,* libri omnes cum Scaligero; editiones priscæ *orbis.* Nihil interest. Alter enim horum versuum mendosus, alter spurius. Repone, *fr. v. Terga, per. a. c. f. p. Terga,* inquam, non *regna.* Nec enim regna solis lucent; et sol, ex doctrina etiam Auctoris, ubique regnat; die in nostro hemisphærio, nocte infra horizontem. *Terga,* ut mox II. 950. de domo in occasu: 'Tergaque prospectat Phœbi, qui viderat ora.' Secundus, ut dixi, a mala manu est. Quid enim est *imitantem facta?* quid *damnosis finibus,* seu *oris* sive orbis? Nullus his inest sensus; si verba ipsa respicias, non barbari mentem interpolatoris; qui hunc versum finxit ex III. 197. 'Consule tum Phœben imitantem lumina fratris:' quasi non aliud esset imitari lumina; aliud et prorsus absurdum, imitari fata.' *Bent.* 'Codd. Ms. et Editi omnes, *Regna.* quod non oportuit mutari. *Regnum* et *domicilium* Poëtis synonyma. Exempla collegit Axen. ad Phædr. I. 30. 8. Quibus ille, non justo certe titulo, accensuit Nostri locum II. 227. 'regnoque superbus Lanigeri gregis est aries.' Ibi enim *regnum* valet

NOTÆ

imo ascendere sursum, et quasi secum reducere summersum cœlum. Vocatur autem *Dea,* lunæque tutela est, regitque momenta nostræ salutis ac morborum, vs. 900.

911 *Olympum*] Cœlum, vs. 377.

912 *Furvum* [*fulvumque nitet*] I. e. quasi jam subobscura luce splendet, quippe quæ jam jam ex imis tenebris ad supremas auras prima videatur assurgere. Poëtica phrasis.

913 *Phœben*] Lunam, Phœbi sororem, cujus in tutela tertia hæc statio est.

Fraterna] Solis.

Fataque damnosis imitantem finibus oris.
Huic parti Dea nomen erit Romana per ora:
Græcia voce sua titulum designat eundem.
Arce sed in cœli, qua summa acclivia finem
Inveniunt, qua principium declivia sumunt,
Culminaque insurgunt occasus inter et ortus,
Suspenduntque suo libratum examine mundum;
Asserit hanc Cytherea sibi per sidera sedem,

quitur sortem illius globi per terminos deficientes. Huic loco nomen dabitur Dea apud linguam Latinam: Græcia vero lingua sua dat ei nomen idem. At in culmine cœli, in quo partes ascendentes cœli reperiunt terminum, et in quo declivitates ejusdem capiunt initium, et in quo vertices cœli attolluntur medii inter occidentem et orientem, et quasi appendunt cœlum appensum suo æquilibrio, Venus, inquam, vindicat sibi hanc stationem inter astra, et disponit in ea vultum suum (per quem

principatum, imperium. Idem fere judicandum de ipsa Phædri locutione, quam illustrare V. D. instituit: 'pulsus regno nemoris,' i. e. de principatu gregis dejectus, coll. ibi vs. 5. Noster autem hoc loci *regna* per enallagen dicit *domum* seu *stationem*, qua Sol, frater Lunæ, regnat.' *Stoeb.*—915 'Hunc versum Bentleius, ut plurimos alios, aut non intellexit, aut illustrare noluit: ergo, a mala manu intrusus. An ne vero proscribendus? Percipe sensum verborum, et judica. Dicit Auctor: Lunam imitari fata Solis, quæ decernit corporibus nostris per damnosos fines oris sui, i. e. quamdiu regnat. Confer Nostrum supra vs. 94. sqq.' *Stoeb.*—919 'Sic quidem Ald. et Prukn. Scripti vero Libri Paris. et Lips. quos secutus Regiom. *summa declivia*, i. e. ea quæ summa sunt, declinando ad inferiora, finem inveniunt, &c. Vs. 920. *Culminaque*] Dicti libri vetusti, *Culmineque.* Recentiores, *Culminaque.*' Stoeb.—921 'Cod. Lips. lectoris forsan errore, *librarum.* Mox, pro *examine,* Cod. Paris. et

NOTÆ

915 *Fataque damnosis, &c.*] Luna quippe fraternos solis vultus imitatur, vs. 96. 'Tu quoque fraternis si perdis oribus ora, Atque iterum ex iisdem repetis; quantumque reliquit, Aut dedit ille, refers; et sidus sidere constas.'

917 *Titulum eundem*] Θεὰν, i. e. *Deam.*

918 *Arce sed in cœli, &c.*] His 11. vss. docet medium cœli sedem esse ac tutelam Veneris planetæ. Hactenus igitur de duodecim stationibus cœli per sidera; nunc de planetarum tutelis per easdem stationes agit. Quanquam jam ex occasione docuit passim supra quas stationes sibi in tutelam assumerent Mars, Jupiter, Sol, et Luna, vs. 863. not. et 889. 906. et 912. Superest igitur ut eas stationes notet, quæ tutelæ sint Veneris, Saturni, et Mercurii. His autem vss. 11. monet medium cœli, quæ decima statio est, esse tutelam Veneris. Unde locus hic est de nuptiis.

921 *Suspenduntque suo, &c.*] Sic vs. 796. 'Declinatque diem, mediasque examinat umbras,' &c.

922 *Cytherea*] Venus, quæ Cytherea et Cythereis dicitur, vel a Cytheris insula, vel a Cytherea urbe in Cytheris. Est autem Cythera, orum, plur. insula Paphos contra Cretam,

Et velut in facie mundi sua collocat ora,
Per quæ humana regit. Propria est hæc reddita parti
Vis, ut connubia et thalamos tædasque gubernet.
Hæc tutela decet Venerem, sua tela movere.
Nomen erit fortuna loco; quod percipe mente,
Ut brevia in longo compendia carmine præstem.

gubernat vultus humanos) ad formam universi. Ea virtus data est huic loco, ut regat conjugia, et toros, et faces nuptiales. Hoc quidem dominium convenit Veneri, ut in eo tractet suas sagittas. Nomen fortuna dabitur huic loco; quod quidem velim in animo tuo concipias, ut in longa serie ac prolixo fluctu versuum præbere

Regiom. *ex ordine.*' Stoeb.—923 Scal. Delph. et vulg. *Et veluti faciem.* 'Huetius corrigit, *Et velut in faciem.* Immo repone *Et velut in facie.*' Bent.—924 '*Per quæ humana regit, &c.*] Hos duos versus omnium, opinor, rectissime constituit Regiom. sic: *Quocirca humanæ propria est hæc addita parti Jus et connubia et thalamos tedasque gubernat.* Cod. Paris. quoque *addita*, non *reddita.* Lips. altero versu retinet hoc *Vis*, sed pro *ut* legit *et*, in fine, *gubernat.* Unde merito suspicamur, illud *Vis* vel scribæ Librarii, vel Lectoris vitio laborare. Recte autem et eleganter *Jus et connubium* dictum judicabis pro *Jus connubii, &c.* Figura hæc endiadys probatissimis Poëtis usitata. Vide Servium ad illud Maronis: 'molemque et montes,' Æneid. I. 65. pro *molem montis.* Pari figura Noster II. 406. 'juvenique urnæque' pro, juveni cum urna, i. e. Aquario. Confer quæ diximus ad II. 233. et ad III. 71.' *Stoeb.*—925 Scal. Delph. et vulg. *ac.* 'Libri omnes *et.*' Bent.—926 'Hoc Cod. Paris. tuetur. Lips. vero et Regiom. *docet.* quod malim.' *Stoeb.*—927 'Hæc quidem Codicis Paris. lectio est. Magis vero placet hæc, *quo percipe mentem.* Sic Cod. Lips. Regiom. Ald. et Prukn. Sensum hæc fundit altera certe longe commodiorem, forte significantius quoque sonantem. Dicit Auctor: Nomen erit *Fortuna* loco; *quo* pro *hoc*, scil. nomine *percipe mentem*, non Auctoris Poëtæ; sed *ipsius loci*, i. e. dispositionem et habitum, vim ejus et efficientiam. Eadem locutione, quamvis alia in re, usus Maro Æneid. I. 680. ubi Juno ad Cupidinem: 'nostram nunc accipe mentem.' i. e. interprete Servio, dispositionem et consilium, quod meditabatur vs. 678.' *Stoeb.*—928 'Quænam heic συνάφεια verborum? *percipe mente nomen loci, ut præstem brevia compendia, &c.* Quis, quæso, bonorum Auctorum dixit, *brevia compendia*, ne, scilicet, intelligantur *majora?* Sensus horum sane quam ineptus et absurdus: *ut præstem*, i. e. *viam non longam* exhibeam *brevem in carmine longo.* Pro *præstem*, Cod. Paris. Ald. et Prukn. *præstet.* Cod. vero Gemblac. et Lips. cumque his, qui suo quandoque merito potior, Regiomontanus, *præstent*, quod unice verum, adeoque Nostro restituendum. Hujus quidem verbi servato, quod bonum interpretem decet, significatu proprio, in hanc facile sententiam, qua nulla dari probabilior possit, verba revocabis: Vel ipsum illud nomen loci, Fortuna, ip-

NOTÆ

in quam ferunt olim primum advectam Venerem concha marina. Cythera vero, æ, sing. urbs est Cypri, in qua Venus olim colebatur potissimum.

925 *Tædasque*] Suppl. nuptiales, i. e. nuptias. Illud enim moris fuit apud antiquos, ut in nuptiis faces ac tædæ præferrentur, dum per noctem sponsæ ducerentur a sponsis.

927 *Fortuna*] Id nomen præcipue datur huic loco.

At qua subsidit converso cardine mundus
Fundamenta tenens, adversum et suspicit orbem,
Ac media sub nocte jacet; Saturnus in illa
Parte suas agitat vires, dejectus et ipse
Imperio quondam mundi solioque Deorum;
Et pater in patrios exercet numina casus,
Fortunamque senum. Prima est tutela duorum,
Nascentum atque patrum, quæ tali condita parte est.
Asper, et attentus, titulum cui Græcia fecit

possim tibi breves vias. Verum qua in parte cælum inverso cardine occupat fundamina, et conquiescit, et videt sursum cælum oppositum, et deprimitur sub media nocte, in ea, inquam, parte, Saturnus ipse, qui pariter olim depulsus est e regno cæli, et e throno Deorum, exercet sua jura. Et ipse parens agit suas vires in sortes paternas, et in sortem seniorum. Hic locus, quæ pars est cæli depressa, primus est, qui sit tutela duorum, nempe natorum et parentum. Olim dicebatur durum tempus,

sius tibi demonstrabit ingenium: cui quidem fusius exponendo supersedemus, hoc quidem consilio, ut compendiaria docendi ratio præstet, i. e. præcellat vel extantior sit, in carmine longo. q. d. ut vel hoc quoque documento constet evidentius, nos longam rerum seriem carmine pertexentes, rescissis verborum ambagibus, summæ brevitati studuisse. Geminus fere locus infra III. 277. ad quem dicenda, si velis, vide.' *Stoeb.*—929 'Cod. Paris. *subsedit*. 930 Idem Cod. *suscipit*. 931 Idem et Regiom. *jacens*. 934 Uterque, *proprios*.' Stoeb.—935 'Pro *tutela*, quod ex Gemblac. Scaliger recepit, Paris. et Regiom. *fortuna*. quod infra recurrit vs. 946. Prima est, inquit, tutela *duorum* scil. conjunctorum, *Natorum et Patris*. Nam et alia est tutela Natorum, ut Horoscopus.' *Stoeb.*—936 'Cod. Paris. Lips. et Regiom. *pars est*. Quæ, inquit, pars tali scil. tutela condita est.' *Stoeb.*—937 Rom. et vulg. *Asperum erat tempus.* 'Ex vitio vitium propagatum. Primum erat *Asper erat tempus*. Sed quia Solœcum putabant, *Asperum* scripserunt. Ergo minima correctione indiget τὸ *Asper erat tempus*. εὐστοχωτάτως enim olim divinavimus: *Asper et adtemptus*. Ita scribebant illi imperiti librarii. sic *adtemptare* semper in veteribus libris exaratum esse, sciunt qui illorum lectione triti sunt, mirantur qui nunquam viderunt.' *Scal.* 'Libri modo laudati tres, quibus accedunt Ald. et Prukn. consensu: *Asperum erat tempus*. Quæ quidem sollicitari minime debuerunt.

NOTÆ

929 *At qua subsidit, &c.*] His 10. vss. docet imum cœli, quæ quarta est statio, in tutela Saturni esse. Sicut enim olim e cœlo pulsus est Saturnus, et in imas terras dejectus, ita decuit hunc locus infimus et depressus.

934 *Et pater in patrios, &c.*] Is enim locus est de paternis casibus, de patrimoniis, deque liberis; et de rerum fundamentis, 820.

935 *Prima est tutela duorum*] Alius enim locus est parentum, nempe statio hæc quarta: alius est natorum, nimirum prima statio, vs. 946. Verum hæc quarta statio prima est quæ patrum et natorum simul sit locus.

937 *Asper, et attentus* [*Asperum erat tempus, &c.*] Alludit enim Poëta ad Græcum Saturni nomen χρόνος, *tempus*; quod nomen olim Saturno tributum fuerat rudioribus sæculis, qui-

Dæmonium, signatque suas pro nomine vires.
Nunc age surgentem primo de cardine mundum
Respice, qua solitos nascentia signa recursus
Incipiunt; udus gelidis ut Phœbus ab undis
Enatat, et fulvo paulatim accenditur igne:

cui Græcia dedit nomen Dæmonium, quo vocabulo notavit virtutem illius. Jam vero agedum, aspice cœlum ascendens de primo cardine, qua parte signa exorientia incipiunt redire super terras assueto suo reditu: et qua parte sol madidus emergit ex aquis frigidis, et pedetentim ardescit flamma subrubra, et tangit tuas stationes,

Alludit enim Poëta ad Græcum Saturni nomen, Χρόνος, *Tempus*, quod olim ei Numini, rudioribus scil. seculis, tributum, quibus regnasse fingitur. Hoc autem nomen *Tempus* Poëtæ durius visum, ejusque loco lenius impositum, nempe *Dæmonium*, i. e. Geniale, quæ vox satis luculenter indicat, hunc locum esse patrum et natorum.' *Stoeb.*—940 Scal. Delph. et vulg. *solido ... recursu*. 'Sic libri omnes, sed reponendum *R. q. solitos n. s. recursus I.*' Bent. 'Cod. Paris. Regiom. et recentiores omnes cum Scaligero faciunt, qui dedit, *solido recursu*. ubi *solidus* idem ac *jugis, continuus*.' Stoeb.—941 'Illud *udus*, cum Scaligero, Aldus et Pruknerus, nescio qua fide vel auctoritate, vulgarunt. Favet quidem huic lectioni, quod B. Ambrosius scripsit III. 'Frequenter solem videmus madidum et rorantem,' &c. Sed dudum explosa est illa vulgi opinio. Cod. Lips. cujus lectionem dissimulare non certe debuit Bentleius, si quidem sincero variantium indice usus est, habet juxta cum Paris. *viridis*, in quo quidem non est quod reprehendas, nisi ὁμοιοτέλευτα illa in *viridis* et *gelidis*. Quibus offensus forte Regiomontanus, nisi, quod verius videtur, meliori Codice usus, sic dedit versus: *Respice qua solido nascentia Signa recursu Incipiunt viridi gelidis et Phœbus ab undis Enatat, &c.* Quod vero eidem accuratissime docto Interpreti legitur, *et*, reliqui Libri vetusti tuentur ad unum omnes. Et sane hoc longe melius habet quam *ut* pro *uti*, quod prorsus incommode venit in hac constructione: *Respice, uti Phœbus enatat, &c.* Ceterum sive *viridi* legas, sive *viridis*, utrumque tum rei naturæ, tum probæ Latinitati magis convenit, quam σιδηρόξυλον illud, *udus Phœbus*. Nimirum, *viridi* ad hoc *recursu* pertinet; *viridis*, ad hoc *Phœbus*. Quorum ambigo, utrum alteri præferendum. Etenim dare potuit Auctor, *solido viridi recursu*, per asyndeton pro *perpetuo et vigente*; quemadmodum vegetæ ætatis homines audiunt *virides*, Auctoribus minime improbandis. Magis autem placet illud,

NOTÆ

bus regnasse fingitur. Unde dictum volunt *Saturnum* a saturando; χρόνος vero, i. e. *tempus*, a verbo Græco κορεῖν, i. e. *saturare*, quasi saturetur annis. Hinc fabula de Saturni voracitate, qui filiis suis non pepercit. At Scaliger legit, *asper et attentus*, ex veteribus Mss. in quibus legitur, *asper et ad tempus*. Nugæ. Poëta enim innuit huic loco datum esse olim durius hoc nomen *Tempus*: cujus loco lenius datur *Dæmonium*, i. e. *Geniale*; quæ vox satis indicat hunc locum esse patrum et natorum, i. e. genitoris et geniti. Δαιμόνιον enim, i. e. *ad genituram pertinens*.

939 *Nunc age surgentem, &c.*] His 9. vss. monet cœli ortum, quæ prima est statio, tutelam esse Mercurii. Eleganti autem carmine scribit ab hoc loco, seu primo cardine, oriri solem et sidera: hancque stationem esse natorum.

Mundum] Cœlum, I. 9.

Hæc tua templa ferunt, Maia Cyllenie nate,
O facies signata nota. Quod nomen et ipsi
Auctores tibi dant artis, quæ ducit Olympum:
In quis fortunam natorum condidit omnem
Natura, eque illis suspendit vota parentum.
Unus in occasu locus est super: ille ruentem

o! Cyllenie fili Maiæ, o! imago obsignata proprio suo signo; (quem titulum dant quoque tibi magistri disciplinæ istius quæ regit cœlum;) et qua in parte auctor naturæ constituit totam sortem nascentium, et ex qua parte appendit tota desideria parentum. Una statio restat in occidente quæ agit præceps cœlum, quod cadit sub

viridis gelidis et Phœbus ab undis Enatat, &c. Neque enim adeo delicatæ nobis aures sunt, ut horridum quid in ὁμοιοτελεύτοις sentiamus, quæ, quo sunt rariora, eo minus in vitio ponenda; præsertim cum idem de Nostro observandum, quod ad Ciceronem notavit Manutius, Attic. I. 10. p. m. 398. fin. 'eum res interdum attendisse potius, quam verba.' Dicitur autem, Poëtis præsertim, *viridis Sol* a colore aquæ marinæ, qui variare Solem videtur orientem. Illas *aquas* diserte *virides* dixit Ovid. Fast. IV. 164. 'Scorpios in virides præcipitatur aquas.' Et Art. Amat. II. 92. 'Clauserunt virides ora loquentis aquæ.'' *Stoeb.*—943 Rom. et vulg. *Nec tua t.* Scal. Delph. *Te tua t.* 'Libri veteres recte *Hæc tua templa.*' Bent. Cod. Paris. pro *igne, igni.*—944 'Hi duo spurii sunt et prorsus inexplicabiles. Quæ enim facies? qua nota? quod nomen? Caute igitur Scal. et Huet. rem dissimulabant.' *Bent.*—945 Rom. et vulg. *Auctores tibi dant artes.* 'Scribe: *Auctores tibi dant artis, quæ ducit Olympum.* Auctores artis, Astrologi: ut Jurisconsulti auctores juris.' *Scal.* 'Ms. Paris. cum Lips. *artes.* Iidem, *qua duo.* Regiom. *artis qua.* Astronomiam innuit, cujus ipse Mercurius Auctor habetur. Vide I. 30. et ibi not.' *Stoeb.*—946 Scal. Delph. et vulg. *qua.* 'Lege *in quis*, templis scilicet. Et vs. 947. pro *illa* lege *illis.*' Bent. 'Cod. Paris. et Regiom. *In qua* scil. arte.—947 Cod. Lips. Paris. et Regiom. *ex illo* scil Olympo.' *Stoeb.*—948 'Non semel emendari potest iste locus. Apponam totum emendatum: *Unus in occasu locus est super. ille ruentem Præcipitat mundum terris, et sidera mersat, Tergaque prospec-*

NOTÆ

943 *Tua templa*] Tuas stationes; quas nempe tu, Mercuri, in tutelam sumis. *Templa* enim, i. e. stationes, sedes, arcus, certas cœli partes, &c. vs. 354.

Maia Cyllenie nate] Mercuri fili Atlantis regis Arcadiæ ex Maia, &c. I. 24.

944 *O facies signata nota*] Alludit Poëta ad Græcorum 'Ερμᾶς, i. e. *statuas*, seu signa et truncos, quorum capita permutari poterant: sed quæ Mercurii referebant imaginem, quæque circum sepulcra et monumenta in viis erigebantur. Ejusmodi autem Mercurii statuæ erectæ signabantur nota.

945 *Artis, quæ ducit Olympum*] Astronomiæ, sideralis scientiæ: cujus tamen auctor ipse Mercurius creditur, I. 34.

Olympum] Cœlum, vs. 377.

947 *Natura*] Deus, auctor naturæ.

948 *Unus in occasu, &c.*] His 11. vss. cum dimidio docet Poëta cœli occasum, quæ statio est septima, Ditis atri januam dici, quia ab hac parte desinit dies, occidit sol, latentque si-

Præcipitat mundum, tenebris et sidera mergit,
Tergaque prospectat Phœbi, qui viderat ora.
Ne mirere, nigri si Ditis janua fertur,

terras, et quæ immergit quoque stellas, et quæ prius aspexerat vultum solis, cujus jam respicit dorsa. Neque admireris, si locus hic dicitur porta Ditis atri, quia

tat Phœbi, qui viderat ora.' Scal. Delph. et vulg. *terris e. s. mersat.* 'Itane vero? præcipitat mundum *terris?* Quid si redeo ad illos qui aiunt, 'Quid si nunc cælum ruat?' Libri veteres *mersit.* Repone *tenebris e. s. mergit.* Sic I. 222. 'Mersa nigris umbris.' et Virg. Æn. VI. 267. 'caligine mersas.' et Noster IV. 388. 'in magna mergis caligine mentem.' *Bent.* 'Codd. Paris. et Lips. *terris.* Regiom. sic legit et distinguit hos tres versus: *Unus in occasu locus est super* (.) *ille ruentem Præcipitat mundum* (:) *terris et sydera mersat Terraque prospectat Phœbi quæ viderat ora.* Editi quoque Ald. et Prukn. *terris . . . mersat.* Sed nescio quo sensu dederint: *Præcipitat mundi terris* (,) Membranæ Paris. et Lips. *mersit.* vitiose. Illud autem frequentativum, *mersat,* de actione quovis die repetita rectius usurpatur. *Præcipitat mundum,* i. e. Solem. *Terris,* tertio casu, *et sidera mersat,* i. e. condit sub Oceano.' *Stoeb.*—950 Rom. et vulg. *Terraque prospectat Phœbi quæ viderat ora.* 'Vitiosissimus locus. Auget suspicionem Gemblacensis, in quo est *qui,* non *quæ.* Nimirum refert ad ipsum locum occasus. Meo periculo lege: *Tergaque prospectat Phœbi, qui viderat ora.* Orizon occiduus, qui Phœbi surgentis ora viderat, ejusdem occidentis terga prospectat. Clara lectio. tanquam dicat orientis Solis ora videri, occidentis terga. in Sphæra Mundi dixerat, 'Hinc ubi ab occasu nostros Sol aspicit ortus,' ut occidens aspiciat nostros ortus.' *Scal.* 'Ita suo quidem periculo, nimium quam audacter, legi jubet magnus Scaliger, cujus tamen fidem, præter optimorum Codicum dissensum, vel ipsa tot hominum oculatorum quotidiana experientia reddit cum maxume sublestam. Quis enim, quæso, unquam vidit *terga Solis,* qui vel in ipso occasu ora nobis sua obvertit? Testes sunt radii, quos Sol occiduus, eadem fronte qua oriens, emittit. Testis Luna, quæ submersi fratris non tergo, sed ore illustratur. Quo magis approbanda vetus et constans lectio, quam vel unus præstitit Regiomontanus: *Terraque prospectat Phœbi* (,) *quæ viderat* (,) *ora.* Sententiæ vero nervus est in his, *prospectat* et *viderat.* Illud enim *prospectare* non est *respicere,* quem errorem cum Scaligero erravit Fayus, sed id quod *procul spectare.* Quo facit luculentus Tibulli locus I. 8. 19. 'Utque maris vastum prospectet turribus æquor.' Unde vel Sole clarius apparet, Nostrum dixisse: Terraque Solem e longinquo spectat, quem propius conspexerat ante.' *Stoeb.*

NOTÆ

dera. Unde hic locus mortis est. Quanquam una dicitur Fidei tutela. Tanta est potestas hujus loci.

949 *Mundum*] Cœlum, I. 9.

950 *Tergaque, &c.*] Occiduus quippe horizon, qui solis surgentis viderat ora ad ortum, ejusdem solis occidentis terga prospicit, dum sub terras delabitur, ut iterum redeat per imum cœli ad ortum.

951 *Ditis*] Dis, Ditis, frater fuit Jovis et Neptuni, Deus Inferorum, quem Plutonem vocant. Utrumque autem hoc nomen habet a divitiis. Græce Ζεὺς et Πλοῦτος dicitur; ponitur que etiam *Dis* pro divite, Terent. Adelph. Hic autem usurpatur pro Inferis, seu morte; est enim hic locus mortis, seu Inferorum. In hoc scilicet occidunt sol et sidera.

Et finem vitæ retinet, mortique dicatur.
Hic etiam ipse dies moritur, terrasque per orbem
Surripit, et noctis cœlum sub carcere claudit.
Necnon et fidei tutelam vindicat ipsam, 955
Pectoris et pondus. Tanta est in sede potestas,
Quæ vocat et condit Phœbum, recipitque refertque,
Continuatque diem. Tali sub sorte notandæ

scilicet et vindicat sibi terminum vitæ, et datur morti. Ab hac quoque parte cœli dies ipse deficit, et eripit terras per globum terrarum; et ubi comprehendit ipsum orbem terrarum, includit eum sub custodia tenebrarum. Quinetiam asserit sibi tutamen fidei, et vota cordis. Adeo magna vis est in eo loco, qui accersit, et abscondit, qui accipit et reddit solem, et qui terminat diem. Virtutes hæ stationum duo-

—952 Scal. Delph. et vulg. *locatur*. 'Illa verba, *mortique locatur*, a nostris libris absunt: in quibus lacuna hic visitur. Reponendum erat *dicatur*, ut III. 120. 'Quintus conjugio gradus est per signa dicatus,' et sæpe alias.' *Bent.* 'Glossatoris hæc sunt: propterea merito exulant a Codd. Paris. et Lips. nec Regiom. ea agnoscit. Ald. et Rom. *locatur*.' Stoeb.—953 Rom. et vulg. *terrasque*. Scal. Delph. et recentiores *Hinc* (et sic Regiom.) . . . *terræque*, et mox 954. pro *cælum*, *captum*. *Terræque* a Scal. est. 'Subripit,' inquit, 'diem per terræ orbem et tumorem.' Quid vero illud erit, *dies surripit diem*? Libri omnes, *terrasque*. Repone, *Hic e. i. d. m. terrasque per o. S. et n. cælum s. c. cl.* Dies morte sua *subripit terras* per totum orbem: subripit, eo quod amplius conspici nequeunt, et similiter *cælum* claudit. Virgilius Æn. I. 92. 'Eripiunt subito nubes cælumque diemque.'' *Bent.* 'Omnes constanter *captum*, scil. orbem, quod non erat mutandum.' *Stoeb.*—958 Scal. Delph. et vulg. *Consumitque d. T. s. lege n.* ''Itane,' inquit Scaliger, 'occasus refert Phœbum? certe ortus refert. Aliud agebat Auctor, cum hæc caneret: hæc non probantur nobis.' Silet hic Huetius, alias semper paratus ad Scaligerum castigandum. Nos poëtæ laboranti sic succurrimus. Libri omnes, *consumatque diem*. Repono, *Q. v. et c. Ph. r. que r. que, Continuatque d.* Sedes hæc, in nostro occasu sita, *vocat* solem et *condit* diverso respectu; *condit* sub nostro horizonte, *vocat* ad horizontem contrarium, cui tunc sol exoritur; *recipit* solem a nobis, *refert* ad illos: et *continuat* diem, qui a nobis ad illos sine intermissione transit. Gemblacensis *sub nocte*, et Lipsiensis in textu *lege*, sed inter lineas *nocte*. Dederat Auctor, *t. sub sorte n.* Sic I. 108. 'Quasque vices agerent, certa sub sorte notavit.'' *Bent.* 'Cod. Lips. *consummatque*. Recte. Nec minus bene Cod. Paris. Regiom. Ald. et Rom. *Consumitque*. quæ duo verba a Nostro promiscue usurpari, supra jam observavimus. *Tali sub sorte*] Melior omnino ceterorum lectio, *tali sub lege*. Nimirum, hoc or-

NOTÆ

955 *Necnon et fidei, &c.*] Est et fidei et amicitiæ locus. Idem quippe locus hic, qui condit solem et sidera, recipit, et reddit pariter solem et sidera vicissim.

958 *Tali sub sorte* [*lege*,] *&c.*] His 7. vss. concludit Poëta tali sub lege, tali sub jure, talique ordine fuisse observandas duodecim stationes, id est, octotopos seu octo locos intermedios, præter quatuor cardines, ut quisque noverit signa quæque et planetas, dum per has stationes volitant, vires ex suis stationibus accipere, et vicissim reddere.

Templorum tibi sunt vires, quæ pervolat omnis
Astrorum series, ducitque et commodat illis
Ipsa suas leges; stellæque ex ordine certo,
Ut natura sinit, lustrant; variasque locorum
Efficiunt vires; utcumque aliena capessunt
Regna, et in externis subsidunt hospita castris.
Hæc mihi sub certa stellarum parte canentur.
Nunc satis est cœli partes titulosque notasse,
Effectusque loci per se cujusque, Deosque,
Cui parti nomen posuit, qui condidit artem,
Octo topos; per quos stellæ in diversa volantes

decim sic fuerunt tibi observandæ sub tali ordine; quas virtutes omnis ordo siderum percurrit, et assumit, et impertitur ipse suas leges; et planetæ quoque secundum certum ordinem, prout scilicet naturæ auctor permittit, percurrunt eas, et faciunt ut virtutes stationum sint diversæ; et aliquando subeunt aliena imperia; et veluti hospites manent in alienis sedibus. Hæ autem res cantabuntur a me in certa parte stellarum. Nunc sufficit observasse regiones cœli, et nomina illarum, et effectus uniuscujusque stationis per seipsam; et Deos, et cui parti nomen octotopos dedit is, qui invenit hanc disciplinam. Jam sequitur ex ordine rerum dicendum per quos

dine observandos fuisse dicit octo Locos præter quatuor Cardines, ut quisque noverit Signa quæque et Planetas, dum per has stationes volitant, vires ex suis stationibus accipere et vicissim reddere.' *Stoeb.*—959 Scal. Delph. et vulg. *quas*, et sic Paris. et Regiom. 'Lege *quæ pervolat*. *Quæ* templa, non *quas* vires.' *Bent.*—961 Scal. Delph. et vulg. *Ipse*. '*Ipse* nihil habet quo referri possit. Gemb. Voss. Venet. *Ipsa*: ipsa series astrorum.' *Bent.*—967 'Regiom. distinguit *cujusque* (.) et cum Codd. Paris. ac Lips. *deusque Qui part. nom. pos.* Quæ solum spectant Mercurium, quemadmodum et ea quæ sequuntur, *qui condidit artem*, vel *arcem*, quod de nihilo positum quis credat? præsertim in tanto consensu Codd. Paris. Lips. et Editorum omnium. Potuit enim *arcem* ponere pro *Horoscopo*, cui, tanquam primario loco, Mercurius præest.' *Stoeb.*—969 Scal. Delph. et vulg. *stellæ diversa volentes*. et mox pro *reddant*, *reddent*. '*Volentes* Scaligeri est. Libri omnes *volantes*, at *reddant*. Repone, *stellæ in d. volantes Q. reddant m.* 'In diversa volantes:' ut Noster I. 207. 'In convexa volans.'' *Bent.* 'Delendum hoc *in*, auctori-

NOTÆ

959 *Templorum*] Stationum, vs. 854. 414. 942.

962 *Natura*] Auctor naturæ, Deus.

965 *Hæc mihi, &c.*] His 6. vss. ultimis monet se alibi observaturum qua ratione signa et planetæ reddant et accipiant vires a duodecim stationibus; quod tamen in hoc opere non præstitit: nunc autem satis esse ait notasse situm, ordinem, titulos, tutelas, effectusque varios cujusque stationis, Deosque et Numina, quorum sint illæ stationes.

968 *Artem*] Astrologiæ disciplinam.

969 *Octo topos*] I. e. octo locos, seu octo stationes et sedes, quæ inter quatuor cardines intercipiuntur. Ita-

Quos reddant motus, proprio venit ordine rerum.

locos stellæ diversimode vagentur, et quos motus habeant.


tate omnium, quos modo laudavimus, librorum. *stellæ* sunt Signa et Planetæ. *volantes*, i. e. se moventes. *diversa* dictum pro *diverso inter se modo*. Adjectiva enim neutra utriusque numeri, Attica quidem elegantia, pro Adverbiis poni, quis ignorat? Et hanc Atticæ Musæ Venerem optimi, non ligatæ tantum orationis sed et prosæ, Latini Scriptores suam fecerunt. Tacitus Annal. III. 11. 'Post quæ,' inquit, 'reo T. Arruntium, T. Vinicium, Asinium Gallum, Æserninum Marcellum, Sex. Pompeium patronos petenti, iisque diversa excusantibus, M. Lepidus, et L. Piso, et Livineius Regulus adfuere.' Ibi certe *diversa excusare* est, *alius aliter*. Nam *diversorum*, quæ excusanda essent, *criminum* reus non agebatur is, qui erat accusatus. Ad eandem sermonis elegantiam referre non dubitamus illud Virgilii Georg. IV. 293. ubi de Nilo: 'Et diversa ruens, septem discurrit in ora.' *ruens diversa*, i. e. ultro citroque. Nam si conjunxeris hæc, *diversa septem in ora*, illud *diversa* illepidum omnino foret ac vere otiosum. Salmas. *Octatopon per quam*, &c. legit, ac contra Scal. defendit in De annis Climact. p. 187.' *Stoeb.*

NOTÆ

que hactenus disputatum est de quatuor cœli cardinibus, de quatuor quadrantibus, et de octo locis seu stationibus intermediis, quos Manilius octotopos vocat. Verum minus curant astrologi quatuor illos quadrantes cœli, quam quatuor ordines, et octotopos. Hinc vulgo distinguuntur tantum duodecim stationes, quas vulgo domus cœlestes vocant, quarum in numero quatuor cardines cœli censentur. Nos autem in figura pag. 367. distinximus 12. stationes: 4. quadrantes; et 4. cardines ex ordine suæ dignitatis: at in seq. fig. sunt tantum 12. stationes seu domus cœlestes cum suis tutelis ac titulis.

970 *Venit ordine*] Namque tertio sequenti libro aget potissimum Poëta de spatiis, quæ sidera in ortu et occasu suo occupant. His igitur præmissis operæ pretium duxi subnectere hanc figuram, quæ 12. stationum ordinem, titulos, tutelas, ac Numina contineat.

DUODECIM DOMUS CŒLESTES.



MARCI MANILII

ASTRONOMICON

LIBER III.

ARGUMENTUM.

POSTQUAM de variis ac vulgaribus aliorum poëtarum argumentis pauca præfatus est Manilius, I. Materiem nulli priorum, ut ait, cantatam aggreditur; alteram nempe duodecim athlorum rationem (in qua sors fortunæ dux est ceterorum) mensura verborum metitur, carminumque vinculo constringit eleganter. II. Cunctis athlorum sortibus breviter explicatis ex ordine, docet modum inveniendi fortunæ locum per astra, quo cognito facile est cetera dignoscere. Neque enim ita immota stant duodecim athla, sicut duodecim stationes cœli sunt immobiles: sed varie moventur pro diverso solis a luna, aut lunæ vicissim a sole motu ac recessu. Quod quidem præcipue observandum est in genituris diurnis aut nocturnis. III. Rem longe difficiliorem aggreditur; docet enim varias signorum ascensiones ac descensiones, seu ortus et occasus per quamcumque terrarum regionem, pro vario sphæræ situ ac habitu. In primis statuit duplicem temporis mensuram, horarum et stadiorum. Prius autem refutat veterem ac vulgarem opinionem de binis horis in ortum aut occasum cujusque signi, quam doceat modum inveniendi per quot horas ac stadia surgant aut cadant singula signa. IV. Quibus explicatis demonstrat rationem, qua menses hyberni per horas crescant, æstivi vero decrescant. Docet et quomodo solis annuos cursus signa quæque suos ducant: quomodo menstruos lunæ motus quisque suos mensis asserat: et quomodo primam diem quodque suam, primamque horam diei quodque suam signum horoscopans vindicet; aitque primum solarem annum ejus esse signi, in quo sol lucet: primum mensem ejus esse signi, in quo luna lucet: primum diem primamque diei horam ejus esse signi, quod horoscopans erit, dum quis nascitur. V. His autem absolutis aliam tradit rationem de annis vitæ, quos et signa quæque, et stationes quæque cœli dant. Quorum annorum per signa et stationes censum agit, quem exemplo lunæ lucentis in prima statione, qui est ortus,

confirmat inductionem præclaram agendo. Notat denique quot annos vitæ dent præcipue quatuor tropica signa; variasque refert opiniones de gradu in quo cujusque signi tropici versura contingat.

In nova surgentem, majoraque viribus ausum,
Nec per inaccessos metuentem vadere saltus
Ducite Pierides: vestros extendere fines
Conor, et irriguos in gramina ducere fontes.

O! Musæ estote duces Poëtæ erigenti se in opera nova, et aggredienti negotia majora suis viribus, nec timenti ire per sylvas invias; scilicet enitor dilatare vestros limites, et proferre modulos licet indignos in carmina. Ego enim non comme-

3 'Regiom. dedit, *vestros extendite fines* (.) Qua quidem distinctionis nota totam ille sententiam, versu sequente plane omisso, definivit.' *Stoeb.*—4 Rom. et vulg. et sic Gemb. *indignos.* 'Gembl. *vestros extendere fines Conor, et indignos in carmine ducere cantus.* Bonincontrius, *En conor ad indignos.* Sed Gembl. retinet vera vestigia elegantis lectionis. Legendum enim procuídubio: *vestros extendere fines Conor, et inriguos in carmina ducere cantus.* Metaphora a fontibus et rivis, quos specu et incili per arva deducunt. *Inriguos* semper illos veteres scripsisse sciunt antiquorum Codicum periti. 'Inriguos cantus' dixit, ut Cor. Severus 'Carmine inriguo.' Quid verius potest dici? Scribimus hæc doctis et veris Criticis, quos statim veritatis lumen afflabit.' *Scal.* Delph. veterem tuetur lect. 'Gemb. bene, quasi huic operi se imparem agnoscat Poëta. Scal. *inriguos* pro *irriguos*, quæ metaphora nihil ad mentem Poëtæ.' Ibid. Scal. Delph. et vulg. *carmina ducere cantus.* 'Bene sit Gemblacensi, qui solus habet *inriguos;* ceteri *dignos, indignos, indictos.* Sed quid est *ducere cantus in carmina?* Repone, *et inriguos in gramina ducere fontes.* Virgilius Georg. IV. 32. 'inriguumque bibant violaria fontem.' sed etiam *carmina* bene habet: ut Noster II. 8. de Homero, 'cujusque ex ore profusos Omnis posteritas latices in carmina duxit.'' *Bent.* 'Illud *gramina* suis ex hortis Bentleius ingessit. Infelix lolium, pro flore odoro! Codex Paris. omnium optime legit, *vestros extendere fines Conor* (:) *et indictos in carmina ducere cantus. Cantus in carmina ducere,* eadem locutio, qua Noster usus supra II. 8. Hoc vult: *Reddere conor mea carmina cantici modulo accommodata,* cujusmodi, in hoc quidem argumento, *nemo ante dixit.* Enimvero *indictus* est *nondum* vel *non dictus:* quemadmodum *invictus* signat *nondum*

NOTÆ

1 *In nova surgentem, &c.*] His 4. vss. auspicatur hunc librum tertium Manilius ab invocatione Musarum, quarum ope præsertim in hoc opere se indigere fatetur, quia rem novam a nemine ante cantatam aggreditur. Is autem mos est poëtarum, ut aut a Musarum, aut a Deorum Dearumve invocatione auspicentur, qui rebus præsidere creduntur quas sunt aggressuri.

3 *Pierides*] Musæ, sic dictæ a Piero Bœotiæ monte, quem incolere credebantur: vel a Pieria Bœotiæ civitate, in qua ex Jove et Mnemosyne natæ dicuntur: vel a Pieridibus Pieri Macedoniæ regis filiabus, quæ novem numero sorores novem Musas ad certamen cantus ausæ sunt provocare; sed quarum devictarum nomen in tropæum usurparunt postea Musæ.

Non ego in excidium cœli nascentia bella,
Fulminis et flamma partus in matre sepultos;
Non conjuratos reges, Trojaque cadente

narrabo bella exorientia in ruinam cœli, et ignes fulminis; et filios tumulatos in

---

victum. Virgil. Æneid. VII. 733. 'Nec tu carminibus nostris indictus abibis, Œbale.' Et Terentius Phorm. V. 7. 57. 'Quod dictum, indictumst. quod modo ratum, id irritum est.'' *Stoeb.*—6 Scal. Delph. et vulg. *flammas partusque.* 'Abest *que* a libris veteribus. Repone igitur, *F. et flamma partus in m. s.* et de gigantibus accipe; non, ut maluit Scaliger, de Baccho et Semele. Non enim sepultus est Bacchus, sed pereunte matre servatus.' *Bent.* 'Scaliger hæc de Bacchi Semelesque fato interpretatur. Fabulam tetigit Noster II. 17. ad quem locum, si velis, dicta vide. Modo autem non unius tantum partus, sed plurium mentionem Auctor facit: nec uspiam Bacchus *in matre* legitur *sepultus*, sed ex genitalibus matris fulmine præcipitatus: Arnob. I. p. m. 20. Ceterum in Titanum pernicie pariter *fulminis* meminere Scriptores. E multis unus Seneca Agamemn. vs. 334. 'cum Titanas Fulmine misso fregere dei.' Ubi Lipsius ex suo Cod. *Fulmine victos videre dei.* Quapropter rectius statueris, Nostri verba de Gigantum excidio esse intelligenda. Codd. Gembl. Paris. et Regiom. sic: *F. et flammas partusque in m. s.* Quibus accedit Cod. Lips. in quo scriptum erat *flammis*, quod mutavit altera manus superne, *mas.* Dictum antem, monente Scaligero, per ἓν διὰ δυοῖν, pro *fulminis flammas*, et hæc pro *fulmen*, uti II. 780. pro *ferrum*, dixit, *rigor ferri. Non etiam*, inquit, *referam* (vs. 9.) *fulmine jacto sepultos in matre partus.* in matre, i. e. *terra;* uti supra II. 880. coll. vs. 875. Videtur autem, Nostro bella Titanum et Gigantum eodem loco haberi, quæ nescio cur seorsim memoret Cicero de Nat. Deor. II. 28. pr. ubi, 'Nec vero,' inquit, 'ut fabulæ ferunt, dii bellis præliisque caruerunt, ut cum Titanis, ut cum Gigantibus sua propria bella gesserunt.'' *Stoeb.*—7 Rom. et vulg. *Trojamque cadentem.* et sic Delph. 'Bene. Ipsa enim Troja cecidit et solo est adæquata a Græcis. Scal. e Gemb. *Trojaque cadentes.* Supp. reges, cum Græci, tum Trojani, qui ante Trojam ceciderunt.' 'Egregiam hic opem tulit codex Vossianus, qui

NOTÆ

5 *Non ego, &c.*] His 25. vss. longa et multiplici poëtarum aliorum materia enumerata, jactat se non eandem materiam, aut similem, in argumentum assumere; innuitque speciosis rebus illos condidisse carmina, atque auro eborique decus addere facile esse. Ipse autem rem rudem et difficilem est aggressurus.

In excidium cæli, &c.] His itaque 2. vss. notat bella gigantum adversus Deos; quæ Hesiodus Græco carmine conscripserat. Quo de bello fusius dictum est I. 427. et II. 15.

6 *Fulminis*] Quo percussi sunt gigantes a Jove.

In matre] In terra, quæ parens fuit gigantum, et in qua sub montibus sepulti sunt, II. 874. 879. 880. Viderit autem Scaliger, qui hunc locum interpretatus est de Semele, non de gigantibus. Neque enim Semelæ partus, nempe Bacchus, in ipsa sua parente sepultus est, cum Jovis icta fulmine periit illa, sed a Jove assumtus est, et in femore repositus ad maturum nascendi tempus.

7 *Conjuratos*] Græcos et Trojanos, qui infesti in arma juraverant, et quorum bella eleganti carmine scripserunt Homerus et Virgilius.

Hectora venalem cineri, Priamumque ferentem;
Colchida nec referam, vendentem regna parentis
Et lacerum fratrem stupro; segetesque virorum,
Taurorumque truces flammas, vigilemque draconem,
Et reduces annos, auroque incendia facta,

parente sua. Non canam Hectora venditum, nec Priamum, qui reportat illum ad cineres. Non canam Medeam prodentem regna sui patris; et fratrem illius dilaceratum stupro, et messes hominum; et ignes taurorum, et custodem draconem; et annos renovatos; et incendia facta per aurum; et filios conceptos per scelus, et de-

versum hunc loco septimo habet; cum ceteri omnes post 37. ponant, et mendosum insuper, *Non ad juratos reges Trojaque cadentes.* Bent. 'Hunc versum in suam sedem post vs. 37. reducendum putamus, scriptis pariter ac vulgatis

NOTÆ

8 *Hectora venalem, &c.*] Virgilius post Homerum cantavit Hectoris miserum fatum. Hector quippe Priami Trojanorum regis filius ab Achille interfectus bigisque alligatus ter circum Trojæ muros raptatus est. Quam injuriam non passus Priamus auro corpus filii redemit, ut ex more cremaret illud. Virg. I. Æn. et Manil. II. 3. not.

9 *Colchida, &c.*] His 5. vss. notat Medeæ scelus, de qua tragœdiam inscripsit Seneca Medeam. Ea autem Æetæ Colchorum regis filia fuit, et Colchis dicta ab Colchide insula.

Vendentem regna parentis] Medea quippe patrem prodidit, dum Jasonem edocuit, qua ratione vellus aureum rapere posset, quod apud Colchos draco vigilans asservabat.

10 *Lacerum fratrem*] Medea enim, patris, quem prodiderat, iram metuens, fugam cum Jasone arripuit, secumque fratrem suum Absyrtum traxit, quem discerptum articulatim per agros huc illuc disjecit, ut insequenti patri moram faceret.

Segetesque virorum] Ea quippe lege impetravit Jason ab Æeta vellus aureum, ut et draconem vigilem, et tauros flammivomos, et viros ex dentibus draconis terræ satis ortos interficeret. Primum igitur Æeta seminavit partem eam dentium draconis, quem Cadmus olim interfecerat; pars enim dentium illius draconis data fingitur Cadmo, pars altera Æetæ a Marte et Pallade, testibus Apollon. III. et Pherecyde. Quibus ex dentibus terræ satis nati sunt viri ingentes armati; quos ut interficeret Jason a Medea edoctus, lapidem per ipsos eminus conjecit, cujus jactu illi incitati sese mutuo interfecerunt. Ovid. Metam. VII.

11 *Taurorumque flammas*] Duos æripedes et flammivomos tauros, quos ope Medeæ sub jugum facile misit Jason. Ovid. Met. VII.

Vigilemque draconem] Velleris aurei custodem, quem Jason ope Medeæ sopivit. Ovid. citat.

12 *Reduces annos*] Quos Medea incantatrix Æsoni Jasonis patri renovavit suis incantamentis. Ovid. Met. VII.

Auroque incendia facta] Medea quippe tandem a Jasone repudiata, rem indigne ferens, ignem in scriniolo, muneris loco, ad Creusam misit, quam ejus loco duxerat Jason; quo igne totam regiam et Creusam ipsam incendit. Ovid. Met. VII.

Et male conceptos partus, pejusque necatos:
Non annosa canam Messanæ bella nocentis;
Septenosve duces, ereptaque fulmine flammis
Mœnia Thebarum, et victam, quia vicerat, urbem:

terius interfectos. Non canam bella diuturna urbis Messanæ, quæ causa fuit belli perniciosi. Non canam septem ductores Athenarum, et muros Thebarum igne liberatos per fulmen Jovis, et urbem devictam, quæ victrix antea fuerat: nec recensebo

libris obsequentes.' *Stoeb.*—13 'Sic Burmann. ad Ovid. Metam. II. 11. 679. ex optimis libris, quibus nostri accedunt, Paris. et Regiom. quorum tamen ille *potentis* pro *nocentis*. perperam illud, si conferas Justin. IV. 4. ubi de hoc bello Messenio Lacedæmoniorum agens, 'veriti,' inquit, 'Lacedæmonii, ne hac perseverantia belli gravius sibi quam Messeniis nocerent,' &c. *Stoeb.*—15 Scal. Delph. et vulg. *Septenosque*. et sic Regiom. at Paris. *Septenosve*. 'Lege, *Septenosve duces*. Negat enim se ullum ex his argumentis tractare velle; non omnia: quod non unius est hominis; et negare insulsi esset.' *Bent.*—16 Scal. Delph. et vulg. *quæ*. 'Tres vetusti *quia vicerat*. Quod argutius est: id enim Καδμεία νίκη.' *Bent.* 'Cod. Paris. et Regiom. veræ lectionis assertores, *quæ*. Urbem enim meminit Thebarum, quam Athenienses, duce Theseo, ceperunt et diripuerunt, cum ante victricibus illa armis usa esset.'

NOTÆ

13 *Et male conceptos, &c.*] Quos enim stupro ex Jasone filios susceperat Medea, eos membratim discerptos ante illius conspectum ex alta turre disjecit. Ovid. Met. VII.

14 *Non annosa canam, &c.*] Hoc vs. notat vel primi Punici belli infestam causam, vel diuturnam Messanæ urbis in Peloponneso per novem et decem annos obsidionem. Messana enim civitas duplex fuit, altera in Sicilia, quam prima Punica bella nobilitarunt, quorum origo fuit, ut testatur Flor. II. altera in Peloponneso, quæ et Messene vel Mesene dicta, per decem et novem annos obsessa a Spartanis tandem fuit expugnata et solo æquata. Hinc forte *annosa bella* dixit. Quanquam et de bellis Punicis rectius *annosa bella* dixerit, quæ multos per annos gesta sunt inter Romanos et Carthaginenses. Quis autem hæc carminibus conscripserit Poëta, non comperi.

15 *Septenosve duces, &c.*] His 2. vss. notat bella Atheniensium cum Thebanis. Septem enim hi Athenienses, Adrastus, Amphiaraus, Capaneus, Hippodemon, Polynices, Tydeus, et Parthenopæus, duces missi sunt ad bellum Thebanum, cujus indicendi causa hæc fuit. Œdipus, Laio patre per imprudentiam interfecto, Jocastæ matris nuptias adierat. Quo ex conjugio nati Eteocles et Polynices inter se convenerant, ut alternis annis regnarent. Verum Eteocles anno perfunctus suo regnum Polynici cedere noluit. Qua injuria commotus Polynices vocavit sibi in auxilium Adrastum ceterosque sex supra dictos duces, ut Thebas expugnaret. Stat. in Thebaid.

Ereptaque fulmine, &c.] Capaneus enim dux Argivus ad Thebanum bellum profectus Thebas oppugnavit per scalas, quas cum ipse muris admoveret, a Thebanis tanta lapidum mole fuit obrutus, ut a Jove fulminis ictu extinctus dictus fuerit. Quo mortuo Thebæ liberatæ sunt ab igne, quem ipsis Capaneus minitabatur. Ovid. IV. Trist. 3.

16 *Et victam quia [quæ] vicerat ur-*

Germanosve patris referam, matrisque nepotes;
Natorumve epulas, conversaque sidera retro,
Ereptumque diem; nec Persica bella profundo
Indicta, et magna pontum sub classe latentem,
Immissumque fretum terris, iter æquoris undis:

fratres patris qui sunt nepotes suæ matris: nec dapes filiorum, et stellas retrogressas ex scelere patrato, et lucem diei subductam: nec memorabo bella Persica illata in mari, et pontum absconditum sub magna classe navium, et mare impulsum in

Stoeb.—17 Scal. Delph. et vulg. *Germanosque:* et mox 18. *Natorumque.* 'Iterum repone, *Germanosve, Natorumve.*' Bent. 'Cod. Paris. et Regiom. rursus *que* pro *ve.* quemadmodum vs. seq. *Natorumque. patris,* Œdipi. *matrisque,*

NOTÆ

bem] Sup. Thebarum. Has enim Athenienses postea duce Theseo ceperunt ac diripuerunt, quæ antea victrices fuerant. Apol. III.

17 *Germanosve patris, &c.*] Hoc vs. notat historiam Œdipi, qui, jussu patris, feris objectus fuit, quia ex oraculo audierat futurum ut a filio necaretur; sed Polybii regis pastore forte servatus est et nutritus. Adultus autem patrem insciens occidit, insciensque matrem suam Jocastam in uxorem duxit, ex qua liberos quatuor suscepit, quos Poëta 'Germanos patris, matrisque nepotes' vocat. Etenim ex matre uterini fratres erant Œdipi; erant et nepotes Jocastæ, quia filii erant ex Œdipo filio suo. Unde illud de Œdipo: 'Avi gener, patrisque rivalis sui: Frater suorum liberum, et fratrum parens.' Quod scelus scripsit Senec. in Theb. et Œdip.

Patris] Œdipi.

Matris] Jocastæ.

18 *Natorumve epulas, &c.*] Hoc vs. cum dimidio notat impium Atrei scelus, qui fratri suo Thyesti proprios illius filios epulandos apposuit; quod scelus Sol ipse non ferens ad Auroram retrogressus dicitur, Ovid. II. Trist. 1. Qua de re tragœdiam scripsit Seneca.

Sidera] Solem.

19 *Nec Persica, &c.*] His 2. vss. cum dimid. notat Poëta bellum quod Græcis Xerxes Persarum rex intulit. Septingenta millia de regno suo armaverat, et trecenta millia de auxiliis, ut non immerito proditum sit flumina ab ejus exercitu siccata: naves quoque mille ducentas numero habuisse dicitur, quibus totum mare stravit et operuit, teste Justino II. 10. Hujus autem apparatum lepide ridet Juvenal. Sat. X.

21 *Immissumque fretum terris, &c.*] Quædam enim maria, inquit Justin. II. 10. ad navigationis commodum per compendium ducebat Xerxes: Athonaque montem a continenti separari jussit, facta fossa passuum 1500. longa, easque latitudine, ut duæ naves contrariæ exciperentur. Juvenal. Sat. X.

Iter æquoris] Quædam enim maria, inquit Justin. citat. pontibus sternebat Xerxes: Hellespontumque, quod fretum est angustum inter Propontidem et Ægæum mare, ponte stravit, quo ex Asia in Europam pedes cum toto exercitu transiret.

Non regis magni spatio majore canenda,
Quam sint acta, loquar: Romanæ gentis origo,
Quotque duces urbis, tot bella atque otia, et omnis

terras, et viam factam in aquis maris: non canam reges magnos. Origo gentis Romanæ, quæ cantanda est majori cum otio, quam si narrem res tractatas jam, differtur canenda a me, æque ac tot imperatores orbis terrarum, et tot bella, tot

Jocastæ. Vide Senecam in Fabula.' *Stoeb.*—22 Scal. Delph. et vulg. *reges magnos*, et mox 23. *si tacta*. ' Quinam sunt illi *reges magni?* aqua hic hæret. Deinde *origo*, inquit, *Romanæ gentis, spatio majore canenda, quam si tacta loquar;* hoc est, ut volunt, protrita, ab omnibus decantata. Atqui jam Ennius res Romanas cecinerat; et proinde id opus tactum erat. Nec si *intactum* recte dicas pro novo, ut Horatius, 'Quam rudis et Græcis intacti carminis auctor,' idcirco et *tactum* recte dixeris pro vetere et vulgato. Tres vetusti, *Non regis magno:* Vossianus, *Regis magni*, et pro *si tacta* habet *sint acta*. Quantivis pretii hæc lectio est: *Non regis magni sp. m. c. Quam sint acta, l. Canenda spatio majore, quam acta sint.* De Alexandro magno accipe. Sueton. Cæs. 7. 'Pertæsus ignaviam suam, quod nihil dum a se memorabile actum esset, in ætate qua jam Alexander orbem terrarum subegisset.' Ovid. vi. Fast. 585. 'Tertia causa mihi spatio majore canenda est.'' *Bent.* ' Hæc ex Cod. Vossiano Bentleius dedit. Res erat in promptu. Nimirum, Vir magnus noluit, nisi unum, nosse *regem magnum;* itaque faciendum putavit, ut facili negotio de Alexandro exponi locus posset. Aliud prorsus suadent, imo validius postulant, Codex Paris. interpretesque vetusti, quorum facile princeps Regiomontanus. Hi consensu legunt cum Scaligero, cui Fayus adhæret: *Non* (scil. *referam* vs. 17.) *reges magnos*. Intelligimus, nec adeo sinistre, *reges alios Persarum*, præter Xerxem, qui *Magni* sunt vocati κατ' ἐξοχήν. Auctor locupletissimus Suidas, voce Μέγας βασιλεύς. Quem cum aliis in hujus rei testimonium vocavit Brissonius de Regno Persarum i. § 2.' *Stoeb.*—24 Scal. Delph. et vulg. *Totque duces orbis, t. b. tot o.* ' Vetusti quattuor, *Atque otia*. Inepte vero, *tot duces* totius *orbis:* quot, quæso, nominari possunt? Adde, quod *orbis* sequente versu iteratur. Repone, *Quotque duces urbis, tot bella atque otia.* Ad Romanos hoc pertinet: Quot, inquit, annui consules, tot bella atque otia; bella per æstates, otia per hiemes. Ex historia hoc constat.' *Bent.* ' Hæc ad nostrorum, i. e. optimorum Codd. et exemplarium fidem ita sunt restituenda: *Sp. m. canenda* (,) *Quam si tacta loquar* (,) *R. g. origo* (;) (*Totque d. orbis, tot bella, tot ocia, et omnis In p. u. l. ut c. orbis,*) *Differtur* (:) Quorum ordo et sensus: *Romanæ gentis origo, (totque duces orbis, tot, &c.)* in aliud tempus mihi *differtur: spatio enim majore sunt* ista *canenda, quam si tacta loquar.* Nonne sic omnia sibi optime cohærent? *Spatio majore*, scil. temporis, voluminis. Vel etiam dicitur pro, *curatius, verbosius.* Sic Ovid. Fast. vi. 585. ' Tertia causa mihi spatio majore canenda est.' Nostro in loco, *canenda* neutr. plur. uti quoque, *tacta;* pro quo, si contra libros liceret, equidem non dubitarem legere *trita*, usitatius

NOTÆ

22 *Non regis magni* [*reges magnos*] Romanorum reges primos: vel, quod verisimilius est, Philippum et Alexandrum magnos Macedoniæ reges. Jam enim postea sigillatim aget de Romanis, quorum originem, reges, imperatores, ac potestatem in aliud tempus sibi canendam differt.

23 *Romanæ gentis origo*] Quam Liv. et alii tum historici cum poëtæ altius a principio repetierunt.

In populi unius leges ut cesserit orbis,
Differtur: facile est ventis dare vela secundis;
Fœcundumque solum varias agitare per artes;
Auroque atque ebori decus addere, cum rudis ipsa
Materies niteat: speciosis condere rebus
Carmina vulgatum est opus, et componere simplex.
At mihi per numeros ignotaque nomina rerum,
Temporaque et varios casus, momentaque mundi,
Signorumque vices, partesque in partibus ipsis,
Luctandum est: quæ nosse nimis, quid? dicere quantum est?

tempora pacis, et quomodo totus terrarum orbis fuerit redactus sub jura unius gentis Romanæ. Facile autem est tradere carbasa ventis faventibus: et exercere per diversas artes terram quæ jam fertilis est, et difficile non est adjungere ornamentum auro et ebori quia ipsa materies, licet non elaborata, nitet. Labor est vulgaris et simplex scribere et facere versus in rebus præclaris per se. Sed obnitendum est mihi per modulos, et per incognitas voces rerum, per tempora, per diversos eventus, perque motus cæli, quorum singulæ vicissitudines et partes continentur in ipsis partibus. Quas res cognoscere nimium est: quod referre, quodque connectere pro-

quippe hoc, et sensui accommodatius. *Totque duces*, quot Consules, Proconsules, Legati militares, *orbis*, non *urbis*. Sonantius illud, et Romanæ majestati convenientius. *Orbis* scil. terrarum, uti mox iterum vs. seq. Τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων οἰκουμένην, Plutarch. Pompeio pag. 631. fin. et D. Lucas Evang. II. 1. *tot ocia*, i. e. paces: effectus pro causa. Virgil. Ecl. I. 6. 'O Melibœe, deus nobis hæc ocia fecit.'' *Stoeb.*—32 'Codex Venet. *varios cursus*: a Vossiano *casus* abest.' *Bent.*—33 Scal. Delph. et vulg. *Quorum quæque*. 'Nullum hic vocabulum est, quo referatur illud *partes*. Vossianus, *quorumque vices*. Repone igitur *Signorumque vices, &c.*' Bent. 'Libri omnes: *mom. q. mund. Quorum quæque, &c.* quod ut mutemus, causa non est. *Quorum*, neutro genere, ad hæc momenta mundi præcipue spectat. *Momentum* autem h. l. notat partem, seu gradum, motu vel longiore vel breviore absolvendum. Plin. VIII. 37. Sol quotidie ex alio cæli momento, quam pridie, oritur. Confer Nostr. II. 769. sqq. et III. 65. 70. &c. 'Horum,' inquit, 'singulas vicissitu-

NOTÆ

26 *Facile est, &c.*] His 5. vss. innuit se neque facilem, neque pulchram, neque vulgatam; sed intactam, rudem, et arduam materiam aggressurum. Quod quidem aliis poëtis hactenus non contigerat.

31 *At mihi, &c.*] His 5. vss. proponit argumentum rerum, quas hoc libro tertio tractaturus est, aitque se disputaturum de vario motu ac tempore siderum, a quibus vitas et fata hominum natura suspendit. Quas res carmine dicere non ita facile est, tum propter ignota rerum nomina, cum propter res ipsas, quæ ornari negant contentæ doceri.

32 *Momentaque mundi*] Motus cœli. Est enim *momentum* exiguum temporis spatium. Plin. VIII. 37. 'Sol quotidie ex alio cœli momento, quam pridie, oritur.' I. e. alia cœli parte.

Ordine quid proprio? pedibus quid jungere certis?
Huc ades, o quicumque meis advertere cœptis
Aurem oculosque potes, veras et percipe voces;
Intendas animum; nec dulcia carmina quæras;
Ornari res ipsa negat, contenta doceri.
Et siqua externa referentur nomina lingua,

prio versu, certisque mensuris vocum, quam magnum est opus! Huc adsis, o quicumque potes intendere aurem et oculos meis ausis, et accipe verba vera. Non advertas quidem mentem ad reges qui juraverunt in arma, neque ad Trojam pereuntem, neque expectes versus jucundos. Materies ipsa non patitur exornari, satis habens monstrari. Et si quæ vocabula dicentur aliena lingua, id non spectat ad

dines et partes contineri in partibus ipsorum.'' *Stoeb.*—35 Scal. Delph. et vulg. *Carmine.* 'Ex Gembl. totus locus ita distinguendus: *quæ nosse nimis. Quid? dicere quantum est? Carmine quid proprio? pedibus quid jungere certis?* Multum variant a vulgatis: et quidem longe elegantius.' *Scal.* 'Quorsum illud *carmine?* cum *pedibus certis* id ipsum sit quod *carmine.* Repone, *Ordine quid proprio?* Sic II. 750. 'Verum hæc posterius proprio cuncta ordine reddam.'' *Bent.* 'Codex Ms. Paris. et Exemplaria Regiom. Ald. Prukn. sic legunt: *Luctandum est* (:) *quod nosse nimis* (:) *quod dicere quantum est* (:) *Luctandum*, pro, laborandum est; vel, conandum, enitendum. *Quod*, ubique hujus loci, Conjunctio caussalis. Libri modo laudati rursus: *Carmine quod proprio* (:) *pedibus quod jungere certis* (.) Post vs. 37. legendus is, quem invitis Codicibus et præter caussam, cum capitis quadam mutatione, loco movit Bentleius: *Non ad juratos reges Trojaque cadentes. Non* et *nec*, quod sequitur, sibi invicem respondent aptius quam, *Intende animum, nec quæras, &c.* Voculam *ad* omnes Codd. agnoscunt, quæ τῷ *intendas* jungi se velle ipsa loquitur. Pro *curatos* reges, quod nullo sensu fertur in Ms. et Editis vetustioribus, nos equidem *juratos* ex Edit. Ald. Rom. et Prukn. lubentes recepimus. Quos autem Noster *juratos reges* vocat, Ovidio *jurati* audiunt *viri* II. Amor. 18. pr. 'Carmen ad iratum dum tu perducis Achillem, Primaque juratis induis arma viris.' Vide pluribus not. Cl. Viror. ad Metam. XIII. 50. Proprio huic rei vocabulo usus Rutilius I. 292. 'Credere maluerim Pygmæa damna cohortis Et conjuratos in sua bella grues.' *Trojaque cadentes*] Sic Scaliger ex Gemblac. cui Lips. et Regiom. accedunt. At Paris. cum Editis Ald. et Prukn. *Trojamque cadentem;* quod non plane ineptum. His autem satis diserte Noster declarat, se post Homerum Iliada scribere nolle.' *Stoeb.*—38 Scal. Delph. et vulg. *Impendas.* 'Immo lege, *Intendas animum:* ut passim alii. Possis quoque *Impendas hominem*, ut IV. 407. 'Impendendus homo est, deus esse ut possit in ipso.' *Bent.* 'Cod. Paris. et cum eo Lips. Regiom. ceteri omnes, *Impend.* quod malim. significantius quippe.' *Stoeb.*—

NOTÆ

36 *Huc ades, &c.*] His 8. vss. benevolentiam auditoris captat, profiteturque se non æque dulcia carmina cantaturum, ac si bellum Trojanum caneret; veniamque petit si quando vocibus utatur externis, cum omnia flecti nequeant, et propria, hoc est, Græca voce melius notentur.

40 *Externa*] Græca, qua potissimum scriptum est de his rebus de quibus agit Manilius.

Hoc operis, non vatis erit. Non omnia flecti
Possunt, et propria melius sub voce notantur.
Nunc age subtili rem summam perspice cura,
Quæ tibi præcipuos usus monstrata ministret,
Et certas det in arte vias ad fata videnda,
Si bene constiterit vigilanti condita sensu.
Principium rerum et custos natura latentum,
Cum tantas strueret moles per mœnia mundi,
Et circumfusis orbem concluderet astris
Undique pendentem in medium, diversaque membra
Ordinibus certis sociaret corpus in unum,
Aëraque et terras flammamque undamque natantem
Mutua in alternum præbere alimenta juberet;

Poëtam, sed ad rem. Namque res omnes nequeunt verti, et aliquando rectius significantur sua lingua. Ergo age, animadverte solerti diligentia rem magnam, quæ edocta suppeditat tibi maximas utilitates, et præbet certas vias in siderali hac disciplina, ad perspiciendos fatales casus, si modo ars illa facta fuerit solerti mente, et certa fuerit. Natura, quæ est origo et custos rerum occultarum, cum fabricaret tam ingentes moles rerum in muris universi, et circumcingeret stellis circumspersis orbem cælorum, qui ex omnibus partibus appenditur in medium universi, et conjungeret certis ordinibus varias partes in unum corpus, et imperaret aëra, et terram, atque ignem, et aquam etiam fluitantem præstare sibi mutuo alterna nutri-

---

41 'Sic est in Cod. Paris. At Regiom. *artis* pro *vatis*.' Stoeb.—44 Scal. ex Gemb. Delph. et vulg. *ministrat*, et mox, 45 *dat*. 'Lege cum libris recentioribus *ministret*, *det*. *Det* Lipsiensis quoque.' *Bent.*—46 Regiom. *constiterint*.—53 Rom. et vulg. *Mutua in alterutrum*. '*In alterutrum* βαρβαρίζει. Nam de duobus tantum dicitur. At hic de quatuor elementis. Gemblacen-

NOTÆ

41 *Flecti*] Suppl. in Latinas voces.

42 *Propria*] Græca.

43 *Nunc age, &c.*] His 4. vss. antequam rem aggrediatur, attentum reddit auditorem, præmonetque eum ut rem solerti cura observet, quæ in posterum magnos sibi in usus erit.

45 *Fata*] Fatales rerum eventus, quos sideribus alligari crediderunt veteres, I. 1.

47 *Principium rerum, &c.*] His 17. vss. primum præfatur Deum, seu naturam rerum auctorem, dum universum, universique partes singulas conderet, fata et vitas hominum suspendisse ab astris, quæ quidem sunt præcipua et nobiliora mundi opera, quæ quasi cœli præcordia obtinent; quæque modo vincunt planetas, modo vincuntur ab ipsis. Notat autem præcipue signa zodiaci.

48 *Mœnia mundi*] Cœlos, I. 155. 485. quibus universum, quasi mœnibus, cingitur.

49 *Orbem*] Suppl. Cœlorum.

50 *Diversaque membra*] Diversas universi partes.

51 *Corpus in unum*] In ipsum universum, in totum.

53 *In alternum*] I. e. vicissim, mu-

Ut tot pugnantes regeret concordia causas,
Staretque æterno religatus fœdere mundus;
Exceptum a summa ne quid ratione maneret,
Et quod erat mundi, mundo regeretur ab ipso;
Fata quoque et vitas hominum suspendit ab astris:
Quæ summas operum partes, quæ lucis honorem,
Quæ famam assererent, quæ nunquam fessa volarent:
Quæ, quasi per mediam mundi præcordia partem
Disposita obtineant, Phœbum lunamque vagasque
Evincant stellas, necnon vincantur et ipsa.
His regimen natura dedit, propriasque sacravit

menta, ut amicitia concors moderaretur tot contraria principia, et universum constaret obstrictum mutua concordia, et ne quæ pars universi subducta restaret a suprema mente, et ut id, quod pertinebat ad universum, gubernaretur ab ipso universo: natura, inquam, appendit etiam mortem et vitam hominum ab iis sideribus, quæ vindicarent sibi præcipuas partes athlorum, et decus, et gloriam splendoris, et quæ indefatigata volverentur, et quæ cum sint posita in medio cœlo occupent veluti viscera illius; et quæ superent solem et lunam, et ceteras stellas erraticas, sed quæ pariter ipsa superentur ab illis. Naturæ auctor tribuit his sideribus moderamen rerum, et de-

sis, *in alternum*, id est, *ἐναλλὰξ*, ut in vanum, *μάτην*.' *Scal.*—55 Scal. Delph. et vulg. et sic libri omnes *alterno*. 'Altero abhinc vs. habuimus *alternum*. Lege hic *æterna*.' Bent.—58 'Regiom. operarum forte vitio, *Fataque et vitas*.' Stoeb.—63 Cod. Lips. *Et vincunt*.—64 Rom. et vulg. et sic Paris. et Regiom.

NOTÆ

tuo. Elementa enim sibi mutuo serviunt, aliaque aliis temperantur, I. 253. et seqq.

54 *Causas*] Quatuor præcipue elementa, quæ pugnant, quæque sunt prima rerum principia, I. 247. et seqq.

55 *Mundus*] Universum, sed cœlum præsertim, quod divina vis agitat, I. 64. 111.

57 *Mundo regeretur*] Sic I. 111.

58 *Fata quoque, &c.*] Sic l. I. a vs. 235. ad vs. 262. ubi ait a signis zodiaci rationem omnem fatorum duci; i. e. fatales rerum eventus. Hic autem per *fata* intelligit *mortes*, I. 1.

59 *Operum*] Athlorum, de quibus jam infra vs. 75. et quæ per signa zodiaci disponuntur.

Quæ lucis honorem] Signa quippe zodiaci lucidiora sunt et clariora ceteris sideribus; quippe quæ, ut ait I. 258. 'Solemque alternis vicibus per tempora portant, Atque alia adverso luctantia sidera mundo.'

61 *Quæ, quasi per mediam, &c.*] Sic II. 17. et I. 257. 'Quæ medium obliquo præcingunt ordine mundum.'

62 *Phœbum*] Solem, I. 19.

Vagasque . . . stellas] Planetas, quæ stellæ sunt erraticæ, I. 15. qui a signis, sicut vicissim signa ab iis, vires capiunt, aut reddunt, II. 858. et seqq. 'Vertuntur in orbem Singula, et accipiunt vires ultroque remittunt. Vincit enim natura genus, legesque ministrat Finibus in propriis, et prætereuntia cogit Esse sui moris, vario nunc ditia honore, Nunc sterilis pœnam referentia sidera sedis.'

Unicuique vices, sanxitque per omnia, summam
Undique uti fati ratio traheretur in unam.
Nam quodcumque genus rerum, quodcumque laborum,
Quæque opera atque artes, quicumque per omnia casus
Humanæ in vitæ poterant contingere sorte
Complexa est: tot et in partes, quot et astra locarat,

dit unicuique signo suas proprias sortes, et statuit ne fatum duceretur ex omni parte ad unam et eandem rationem. Etenim posuit in suo proprio loco omne genus operum, omnia athla, et omnes disciplinas, et omnes rerum eventus, qui poterant accidere in vita hominum per omnes res: et collocavit res illas omnes in tot partes et in

---

regnum. Correxit Scal. ex Gemb. Ita etiam Bonincontrius.—65 'Ita hæc legenda sunt: *sanxitque per omnia, summam Undique uti fati ratio traheretur in unam.* Nam Gemblacensis etiam habebat *undique uti fati.* In unam summam, id est, in δωδεκάτοπον τοῦ κλήρου τῆς τύχης. Quod sequentia declarant. omnium ἐπιτηδευμάτων rationem in unam summam τῆς δωδεκατόπου conjecit.' *Scal.* 'Dedit hæc Scaliger, qui *in unam summam* interpretatur (coll. vs. 88.) per eam Athlorum sortem, quæ Fortuna est. Longe aliud sonant Ms. Lips. cum Paris. et Libri nostri; licet admodum obscure vel corrupte Regiom. *sanxitque quod omnia summa Undique: et ut fatum ratio traheretur in unum. summa....fatum....in unum* Lips. quoque habet. Edit. Ald. et Rom. non discedunt, nisi in his, *Undiq. qua fati ratio, &c.* E quibus commodam hanc est formare lectionem: *sanxitque Potentia summa Undique uti Fatum et Ratio traherentur in unum.* Gemblac. quoque, legente Scalig. *uti fatum* agnoscit. *Summa potentia* est Principium rerum, Natura, quæ Nostro 'divina potentia' dicitur infra vs. 90. 'Vis animæ divina,' I. 250. Ciceroni 'divina natura' in de Nat. Deor. II. 11. med. Quemadmodum autem h. l. *unum* seu commune regimen Noster tribuit Fato et Rationi, ita supra II. 82. Deum et Rationem conjunxit in cunctis rebus gubernandis.' *Stoeb.*—69 Scal. Delph. et vulg. *Humana in vita.* 'Gemb. *sorte. Humana sorte*, i. e. humanitus. Vulg. *sortem.*' Scal. 'Repone, *Humanæ in vitæ.*' Bent. 'Hæc ex Libris nostris ad sententiæ Manilianæ rationem ita sunt restituenda: *q. per o. c. Humana in vita p. contingere* (,) *sortem C. est in tot partes, quot et astra vocarant* (.) *Res posuit, certasque vices, &c.* Sensus est: Sortem omnium eorum casuum, qui hominibus per totam vitam contingere possunt, Natura complexa est tot in partes, in quot eam Astra s. Signa Zodiaci, hominibus utpote priora, vocarant. Sicut enim duodecim sunt Zodiaci Signa, ita duodecim Athlorum s. Operum sortes, quæ, dum Signa volvuntur in orbem, singulis Signis respondent, initio facto ab ea Athlorum sorte, quæ Fortuna est.' *Stoeb.*—70 Rom. et vulg.

NOTÆ

64 *His regimen, &c.*] His 11. vss. docet Deum seu naturam rerum auctorem singulis signis suas athlorum seu operum sortes attribuisse, ne fati ratio duceretur ad unam et eandem rationem in variis genituris nascentium. Igitur sicut sunt duodecim signa zodiaci, ita duodecim athlorum sortes, quæ, dum signa volvuntur in orbem, singulis signis respondent, initio facto ab ea sorte athlorum, quæ fortuna est. Rem fusius explicabimus infra vs. 75. claramque dabit figura pag. 414. quam de his excudi curavimus ad majorem rei notitiam.

69 *Sorte . . . Complexa est*] I. e. in duodecim sortes ac partes distribuit.

Disposuit; certasque vices, sua munia cuique
Attribuit; totumque hominis per sidera censum
Ordine sub certo duxit, pars semper ut eidem
Confinis parti vicinis staret in arvis.
Horum operum sortes ad singula signa locavit,

tot certas sortes, quot posuerat sidera: dedit unicuique sua nomina, et distribuit totam sortem et rem hominum per sidera sub certo ordine, ut pars maneret vicina illæ eidem parti quasi in finibus proximis. Porro alligavit has partes athlorum singulis signis,

Complexa est in tot partes. 'Gemblac. *Complexa est tot et in partes quot est astra vocarant.* Sed legendum: *C. est: t. e. i. p. quot et astra notarat. Res posuit.* Nam vocandi verbum nullum locum hic habere potest.' *Scal.* 'Libri *vocarant, vocarat.* Repone, *quot et astra locarat Disposuit.*' Bent. Delph. quoque *locarat.* 'Cod. Paris. *totque in.* Idem mox, *locarat.* Cod. Lips. et Regiom. *vocarant.* Cod. Paris. quoque *Res posuit et vices.* Dictum ἓν διὰ δυοῖν pro, rerum vicissitudines. Conf. notata nobis ad II. 925.' *Stoeb.*—71 Rom. et vulg. et sic Paris. Regiom. et Delph. *nomina.* 'Lege *momina.* quæ in sphæra mundi vocat pondera: 'signorum pondera vires.' Nam ridiculum esset nominare ea, quibus jam nomina sunt. Si cui tamen videtur retinendum *nomina*, poterit similitudine loci qui sequitur, 'nomenque genusque.' Quanquam alia ratio est.' *Scal.* '*Momina* a Scaligero est. Libri universi *nomina.* Repone, *certasque v. sua munia c. A.* Sic infra 161. 'Muniaque in numerum viresque exegimus omnes:' ubi libri omnes *nomina.* et IV. 307. 'Mentiturque suas vires et munia celat:' ubi pariter libri *nomina*, Scaliger *momina.*' Bent.—72 Regiom. *sensum.*—73 Rom. et vulg. *pars semper ut idem.* 'Scribe, *pars semper ut eidem Confinis parti vicinis staret in arvis*, auctore Gemblacensi. Elegans metaphora ab agris vicinalibus. Hic sensus est: Ut pars eidem parti confinis hæreret, ut arvus ager confini suo agro vicinus est.' *Scal.* Paris. et Regiom. *iidem.* Cod. Lips. *idem.*—74 'Cod. Paris. Regiom. et eum insecuti Editores, *in astris:* minus bene. Illud per metaphoram dictum, pro in stationibus ac castris vicinis. Ita enim duodecim athlorum sedes positæ sunt per sidera, ut quæ sors vicina est alteri sorti, ea quoque respondeat signi stationi propriæ; altera vero illa sors, vicinæ signi stationi, et ita de ceteris per ordinem.' *Stoeb.*—75 Rom. vulg. et Regiom. *partes.* Correxit

NOTÆ

72 *Censum*] Quicquid est hominis, opera, artes, studia, fatalesque rerum eventus. Census enim, ut dictum est I. 12. usurpatur pro opibus, fortuna, reque familiari.

74 *Arvis*] Per metaphoram, pro 'in stationibus' ac 'castris vicinis.' Ita enim duodecim athlorum sedes positæ sunt per sidera, ut quæ sors vicina est alteri sorti, ea quoque respondeat signi stationi propriæ; altera vera illa sors, vicinæ signi stationi; et ita de ceteris per ordinem.

75 *Horum operum, &c.*] His 12. vss. seqq. iterum docet has duodecim athlorum sortes non immota statione manere ad certa signorum castra, vs. 165. sed moveri, seu potius mutari ad varia signorum castra; scilicet ne fatorum ratio in omnibus genituris ab uno et eodem capite semper duceretur. Itaque duplex est distinguendum thema genituræ: alterum castrorum; alterum athlorum. De 12. castris seu stationibus signorum, quas 'domus cœlestes' vo-

Non ut in æterna cœli statione manerent,
Et cunctos hominum pariter traherentur in ortus
Ex iisdem repetita locis; sed tempore sedes
Nascentum acciperent proprias, signisque migrarent,
Atque alias alii sors quæque accederet astro,
Ut caperet genitura novam per sidera formam,
Nec tamen incerto confunderet omnia motu:
Sed cum pars operum, quæ prima condita sorte est,
Accepit propriam nascentis tempore sedem,
Cetera succedunt, signisque sequentibus hærent.

non ut starent perpetuo in iisdem cœli castris, et ut ducerentur æqualiter ad omnes nativitates hominum, quasi ducta semper ex iisdem sedibus: sed ut in tempore nascentium signa quæque sortirentur suas stationes, et mutarent illas, et ut alia sors stationis adveniret alteri signo post alia signa, ut scilicet nativitas nova acciperet aliam figuram per signa, neque tamen misceret omnia vago cursu et motu: sed postquam una sors athlorum, quæ posita est in primo loco, sortita est propriam stationem in tempore genituræ hominis, ceteræ sortes athlorum subsequuntur et adhærent signis se-

Scal. ex Gemb. et sic Paris.—80 Scal. Delph. et vulg. *aliis alio.* 'Atque aliis nascentibus ab alio signo sors fortunæ deduceretur, aliis ab alio. Sed Gemb. habet *alius.* Puto esse vestigium emendationis nostræ prioris, *alias.*' Scal. 'Libri vetusti, *Atque alius sors:* deest *alio.* Legendum, *A. alias alii s. q. accederet a.* 'Alias,' hoc est, alio tempore, accederet alii astro.' *Bent.* 'Vero est similior Codicis Paris. et Regiomontani lectio: *A. aliis alio s. q. accideret a.* Hæc interprete opus non habent. De temporis variatione supra vs. 78. ex qua consequitur, ut cum astra s. signa, successu temporis sede moventur, aliis sc. nascentibus sub alio astro, quod tum ipsorum genituræ præest, quævis alia sors contingat.' *Stoeb.*—83 Scal. Delph. et vulg. et sic Paris. et Regiom. *parte.* 'Immo repone, *sorte;* ut III. 96. 'Fortunæ sors prima data

NOTÆ

cant, disputatum est fusius l. II. a vs. 788. ad finem libri: jam vero de athlorum sortibus agitur. Athla autem Græca vox est, vs. 162. a verbo ἀθλέω, *certo, laboro, &c.* Athla igitur sunt opera, res, labores, studia, certamina, artes, et quicumque casus in vita humana possunt contingere. Cujusmodi duodecim classes distinxerunt artis sideralis auctores. Quæ quidem athlorum diversa genera et nomina videre est fig. pag. 414. quam de his excudi curavimus; et quorundam censum acturus est Poëta a vs. 96. ad vs. 160.

81 *Formam*] Thema, figuram, cœli positionem, &c.

82 *Nec tamen incerto, &c.*] His 4. vss. monet duodecim athla certum inter se servare ordinem, ita ut prima sors sit fortunæ, quam ducem cetera sequuntur: et sicut duodecim signa ex ordine volitant per duodecim athla; ita duodecim athla et per duodecim signa, et per duodecim stationes migrent duce fortuna. Consule fig. pag. 414.

83 *Quæ prima, &c.*] I. e. Fortunæ sors, quæ athlorum princeps est et dux, vs. 96.

Ordo ducem sequitur, donec venit orbis in orbem.
Has autem facies rerum per signa locatas,
In quibus omnis erit fortunæ condita summa,
Utcumque aut stellæ septem læduntve juvantve;

quentibus. Totus ordo sequitur primum, usquedum omnis ordo absolvatur in orbem. Verum sicut septem stellæ erraticæ aut male afficiunt, aut etiam adjuvant, (quoniam ita afficiunt,) istos ordines operum positos per sidera, in quibus operibus

est.' et 138. 'Præcipua undecima pars est in sorte locata.'' *Bent.*—88 Rom. et vulg. *natura et condita summa.* 'Repone ex Gemblacensi: *Fortunæ condita summa.*' Scal. Regiom. *fortuna et c. s.*—89 Scal. *Ut fit cum stellæ.* 'Locus deploratissimus. Gemblacen. *ut sit quum stellæ.* Præit viam toti loco restituendo, qui pessime acceptus erat: *Has autem facies rerum per signa locatas, In quibus omnis erit Fortunæ condita summa, (Ut fit) quum stellæ septem læduntve, juvantve, Cardinibusve movet divina potentia Mundi: Sic felix aut triste venit per singula fatum: Talis et illius sors est speranda negotii.* Quum has facies rerum per signa locatas, id est, τὴν δωδεκάτοπον sortis fortunæ, septem stellæ, ut fit, lædunt aut juvant, aut varia potentia cardinum mundi movet, prout, inquam, læduntur aut juvantur a stellarum suffragiis, aut factionibus, perinde erit felix aut triste fatum: perinde quoque erit aliter atque aliter tale negotium. Obscurissimus erat locus, et quem olim non capiebamus bonorum codicum ope destituti. Bene illi consultum est nunc.' *Scal.* Delph. *Ut quoniam stellæ.* 'Sic restitui ex vulg. bene quidem; nam vox *ut* particula est similitudinis, quæ respondet voci *sic*, vs. 91. Itaque vox *quoniam* parenthesi claudenda est, quasi iterum repetendæ sint voces *læduntve juvantve.* Scal. autem legit, *Ut fit cum.* Frustra autem hæc mutatio, cum nec clarior sit, nec alium sensum reddat.' 'Variant hic codices. Gemblacensis, *Ut sit cum stellæ.* Lipsiensis, *Ut cum stellæ.* Vossianus, *Utcumque stellæ.* Repone, *Utcumque aut stellæ.* sic II. 835. 'Utcumque admixtis subscribent viribus astra.' et III. 119. 'Atque, utcumque regunt dominantia sidera, paret.' et 141. 'movent ut mundum sidera cumque.' et 'ut' eodem sensu III. 101. 'Ut vaga fulgentis concordant sidera cœli.' et 126. 'Sidera ut inclinant vires.'' *Bent.* 'Cod. Paris. Regiom. *Ut quom jam stellæ, &c.* Malim, *Ut quemquam.*' Stoeb.

NOTÆ

87 *Has autem, &c.*] His 6. vss. monet singulas sortes athlorum bene aut male contingere nascentibus, pro bona aut mala planetarum affectione, et pro cardinum præsertim viribus ac dotibus. Jam vero longum esset singulas cujusque planetæ affectiones persequi ac recensere. Consulat lector Henricum Ranzonium 2. parte de Planet. c. 3. memb. 1. Has enim omnes vario carmine complexus est.

88 *Omnis fortunæ summa*] I. e. quicquid in vita homini potest contingere, ut dixit vs. 69. Et quod alio nomine vocat vs. 72. 'totumque hominis census;' et vs. 91. 'fatum.'

89 *Utcumque aut* [*Ut quoniam*] Sic restitui ex Vulg. bene quidem; nam vox *ut* particula est similitudinis, quæ respondet voci *sic*, vs. 91. Itaque vox *quoniam* parenthesi claudenda est, quasi iterum repetendæ sint voces *læduntve, juvantve.* Scaliger autem legit, *ut fit cum.* Frustra autem hæc mutatio, cum nec clarior sit, nec alium sensum reddat.

Stellæ septem] Suppl. erraticæ, i. e. septem planetæ, I. 15.

Cardinibusve movet divina potentia mundum:
Sic felix aut triste venit per singula fatum,
Talis et ullius sors est speranda negotî.
Hæc mihi solenni sunt ordine cuncta canenda,
Et titulis signanda suis rerumque figuris;
Ut pateat positura operum nomenque genusque.
Fortunæ sors prima data est. Hoc illa per artem
Censetur titulo, quia proxima continet in se
Fundamenta domus, domuique hærentia cuncta:
Qui modus in servis, qui sit concessus in arvis,
Quaque datum magnas operum componere moles;

omnis ratio fati sita erit; et sicut vis divina afficit illos suis cardinibus cœli; ita fortuna vel fortunata vel infortunata convenit cunctis athlis, et similis eventus illius rei est expectandus. Hæc autem athla sunt a me canenda magnifico ordine, et notanda suis nominibus, et notis rerum, seu vocibus, ut positio, et titulus, et ratio diversa athlorum innotescat. Primus locus datus est fortunæ. Quo nomine honoratur ille per disciplinam sideralem, quia complectitur in seipso fundamenta familiæ, et ea omnia quæ pertinent ad familiam: docet et quæ moderatio data sit in famulis, et quæ

—90 Scal. Delph. et vulg. et sic Paris. et Regiom. *mundi.* 'Repone *mundum.* Sic III. 141. 'movent ut mundum sidera cumque.'' *Bent.*—91 'Vel *Si felix.* Utrumque bene. Malim *Si felix.*' Scal.—92 Scal. Delph. et vulg. *illius.* 'Immo lege *ullius.*' Bent. 'Cod. Paris. et Regiom. *illius sors negoci,* i. e. sors athlorum. Namque res, negotium, opera, athla, &c. sunt eadem Manilio in argumento præsenti.' *Stoeb.*—99 Rom. et vulg. *consensus in arvis.* 'Legebamus olim *contentus,* non male. Bene enim nobis suspectus fuit locus de vitio. Sed melius Gemb. *qui sit concessus.* Eandem lect. habet alter Ms.' *Scal.* Et sic Delph. 'Cod. Paris. Regiom. *Quaque.* Iidem libri, *Quamque.*

NOTÆ

90 *Cardinibusve, &c.*] II. 787. et seqq. disputatum est de cardinum propriis viribus.

91 *Fatum*] Fortuna, vs. 88. et I. 1.

92 *Sors . . . negotî*] Sors athlorum; namque res, negotium, opera, athla, &c. sunt eadem Manilio hic.

93 *Hæc mihi, &c.*] His 3. vss. præmonet se singulas athlorum sortes esse explicaturum.

95 *Operum*] Athlorum.

96 *Fortunæ sors, &c.*] His 6. vss. explicat primam athlorum sortem, seu locum, qui fortunæ datur, estque ceterorum dux per sidera. Jam vero per fortunam intellige familiam, et id omne quod ad familiam spectat, servos, agros, ædificia, &c. Unde autem initium ducat sors athlorum per sidera, jam infra docebitur, vs. 186. et 194.

Artem] Sideralem nempe, i. e. astrologiam.

100 *Magnas operum moles*] Ædificia. Opus enim dicitur quod ædificando est editum. Hinc tam publica, quam privata ædificia dicuntur opera. Virg. *Æn.* VIII. 415. 'Mollibus e stratis opera ad fabrilia surgit.'

Ut vaga fulgentis concordant sidera cœli.
Posthinc militiæ locus est; qua quicquid in armis,
Quodve peregrinas inter versantibus urbes
Accidere assuevit, titulo comprenditur uno.
Tertia ad urbanos statio est numeranda labores.
Hoc quoque militiæ genus est, civilibus actis

in agris: et qua ratione concessum sit struere ingentia ædificia, (prout scilicet stellæ erraticæ cœli lucentis consentiunt.) Post hunc locum sequitur sors militiæ, qua id omne, quod solitum est evenire in bellis, et quod accidit iis, qui degunt in civitatibus externis, continetur hoc uno nomine. Tertius locus censendus est operibus civilibus. Quod quidem genus pariter est quoddam genus militiæ, constatque ex rebus urbanis,

et ceteri, *consensu*. quod non mutandum.' *Stoeb.*—101 'Cod. Paris. superne, *Et vag.* sed retinendum omnino, *Ut*, i. e. Prouti planetæ consenserint, (vs. 89.) seu læserint juverintve.' *Stoeb.*—102 Scal. Delph. et vulg. *Post hanc.* 'Libri vetusti *Posthinc*; ut Virg. Æn. VIII. 546. 'Posthinc ad naves graditur, sociosque revisit.' *Bent.* 'Sic Cod. Lips. Malim *Post hanc*, scil. sortem.' *Stoeb.*—103 Rom. et vulg. *Quaque peregrinas.* 'Gemblacensis, *Quæque peregrinas.* Neutrum bene. optime olim emendavimus: *Quodque peregrinas inter versantibus urbes Accidere assuevit.* Hæc secunda sedes est militiæ, et peregrinationis. Sententia etiam puero perspicua.' *Scal.* 'Gemb. et Lips. *Quæque.* Voss. *Quoque.* Lege *Quodve.*' Bent. 'Codd. Ms. Paris. Lips. et Regiom. *Quæque.* Ald. et Prukn. *Quaque.* Omnes, scripti pariter ac impressi, vetustiores *Accipere*, pro *Accidere.* quod quo loco sit accipiendum, juxta cum ignarissimis scio. Incommoda vero constructio, *versantibus inter urbes peregrinas*, quæ vix est ut exempli alterius documento probari possit. Dicimus, 'inter homines,' 'intra mœnia urbis versari:' illud non item. Adde, quod ne de peregrinantibus quidem accipi verba possunt. Quid enim his cum militia? præsertim, ubi Hobbesiano more non vivitur. Longe probabilior est scriptio Cod. Paris. Regiom. Ald. et Rom. qui legunt una voce, *interversantibus*, quod est frequentativum τοῦ *intervertere.* Usus hoc præ ceteris A. Gellius XI. 18. med. ubi, condemnatum quoque colonum, qui, fundo quem conduxerat vendito, 'possessione ejus dominum intervertisset.' Vides adeo, *interversantes peregrinas urbes* eos esse Manilio, qui urbes aliorum imperio subjectas occupant, expugnant, et earum rectores principesve dominio inter-

NOTÆ

101 *Ut vaga, &c.*] I. e. ut planetæ consenserint, seu læserint, juverintve, ut ait vs. 89.

102 *Posthinc, &c.*] His 3. vss. explicat secundam athlorum sortem, quæ militiæ est. Porro per militiam intellige id omne quod et in armis, et in peregrinationibus contingere solet; sæpe enim in itinere cum obviis et peregrinis est pugnandum.

105 *Tertia ad urbanos, &c.*] His 6. vss. explicat tertiam athlorum sortem, quæ urbanorum est negotiorum. Quo in genere censentur acta civilia, fides in actis contractis, amicitia civium, officia præstita, ingrati animi ratio, cultus et obsequium, et gratitudo.

106 *Hoc quoque militiæ, &c.*] Etenim quot lites, quot contentiones, quot rixas pariunt acta civilia! Unde Cicero pro Muræn. dixit 'urbanam militiam sequi,' pro 'in judiciis versari, et cum adversariis foro contendere.'

Compositum, fideique tenet parentia vincla:
Format amicitias, et sæpe cadentia frustra
Officia; et, cultus contingant præmia quanta,
Edocet; appositis cum mundus consonat astris.
Judiciorum opus in quarta natura locavit,
Fortunamque fori, fundentem verba patronum,
Pendentemque reum lingua vultuque loquentis

et continet nexus, qui obediunt fidei: facit et amicitias et obsequia, et beneficia, quæ plerumque nequicquam abeunt: docet quantæ remunerationes adveniant, (si modo cœlum consentit per sidera vaga admota). Auctor naturæ posuit rationem judiciorum in quarto loco, et sortem fori: et causidicum proferentem voces: et accusatum, qui dependet a verbis causidici: et oratorem sedentem in rostris, et qui explicet plebi

---

vertunt. Hoc vero nonne ad militiam pertinet?' *Stoeb.*—110 Rom. et vulg. et sic Paris. et Regiom. *consonet.* 'Scribe *consonat;* quandocunque favent astra: familiare Manilio. Infra: 'utcunque regunt dominantia sidera.' Item: 'movent ut mundum sidera cunque.'' *Scal.*—111 Scal. Delph. et vulg. et sic Paris. et Regiom. *quarto.* 'Repone *quarta,* statione scilicet, ut III. 105. 'Tertia ad urbanos statio est.'' *Bent.*—113 seq. Scal. *rostrisque loquentem In posita.* 'Si mendo locus vacat, *loquentem* nove dixerit, pro oratore, τὸν δημηγόρον. ῥήτωρ ad verbum est *loquens, locutor.* Et in Teutonismo Germanico ita vocatur. Sed videtur exulceratus locus. Gemblacensis suspicionem auget. Ita enim habet, *rostroque loquentis Imposita.* Nunquam probavi *loquentem Impositum rostris.* Sed proba est sententia ex vestigiis Gemblacensis: *rostrisque loquentem In posita, et pop. n. c. j.* Patronum orantem, et ejus lingua pendentem reum, atque adeo tribunum plebis aut alium quempiam ὀχλοκόπον e Rostris perorantem in jura posita, et vetus jus ac jam conditum ac receptum populo explicantem, puta Ciceronem agrarias leges propositas antiquantem, et veteres explicantem. Opponit posita jura conditis, id est, promulgatam legem receptæ. In secunda Institutione: 'His etiam legum tabulas, et condita jura Noverit.'' *Scal.* '*In posita* jura, ut explicat

NOTÆ

108 *Cadentia frustra Officia*] I. e. frustra reddita, et quæ ingrati animi ratio plerumque sequitur. Quanquam sunt qui per *officia frustra cadentia* intelligi voluerunt caduca officia et munera, de quibus novell. 53. apud Justinian. Hoc est, cum munus alicujus eorum, qui publica principis negotia gerunt, per ejus mortem cecidit. Verum non tertia, sed quarta, sors athlorum est rerum forensium.

110 *Mundus*] Cœlum.

Appositis .... astris] Planetis consentientibus, vs. 101.

111 *Judiciorum opus, &c.*] His 9. vss. explicat quartam athlorum sortem, quæ rerum est forensium, seu judiciorum fori. Quo titulo continentur judicia, judex, patronus, reus, orator, leges, jus antiquum et receptum, &c.

113 *Vultuque loquentis* [*rostrisque loquentem*] Oratorem. Rostra enim locus fuit apud Romanos ante curiam Hostiliam, in quo suggestum erat ornatum rostris navium, quas olim Antiatibus Romani ceperant. Quo ex suggesto conciones et orationes habebantur ad populum. Quatuor

Composito; et populo nudantem condita jura,
Atque expensa sua solventem jurgia fronte,
Cum judex veri nihil amplius advocat ipso.

leges promulgatas: et judicem qui dirimat solo suo vultu lites, quæ bene ponderatæ sunt, quia judex nihil magis vocat in auxilium judicii, quam ipsam veritatem. Id

Scaliger, quæ scilicet conditis opponuntur. Nihil vidi infelicius. Libri vetusti, *rostrisque loquentis imposita.* Repone, *voltuque loquentis Composito. Pendentem vultu*, ut Ovid. Fast. I. 18. 'Ingenium vultu statque caditque tuo.' Certe, nisi sic correxeris, *pendentem lingua*, absolute dictum, id erit quod 'latere pendens' apud Ennium, (Cic. Tusc. I. 44.) 'Ipse summis fixus saxis asperis, evisceratus, Latere pendens, saxa spargens tabo, sanie, et sanguine atro.' Vultus compositus passim, et oratori in primis convenit.' *Bent.* Delph. *rostrisque loquentem Impositum.* Vide Nott. infra. 'Cod. Lips. *rostrisque loquentis Imposita.* Cod. Paris. et Regiom. *rostrumq. loquentis Impositum.* Editi Ald. et Rom. *rostrisque loquentem* sc. Oratorem *Impositum*, i. e. constitutum Vs. 114. *nudantem.* Sic Cod. Paris. in margine. *nudantis*, in versu.' *Stoeb.*—116 Rom. et vulg. *Quum judex vero.* 'Scribe ex Gembl. *Quum judex veri.* Quum, inquit, judex veri ad verum tuendum nullum aliud externum auxilium advocat, præter ipsum verum. Nam veritas ipsa satis est per se ad se ipsam defendendam.' *Scal.* Delph. *vero.* 'Gemb. bene, i. e. veritate; Scal. *veri*, quasi sit hæc verborum constructio: cum judex veri, nihil amplius advocat ipso, supp. *vero.* Clarior Gemb. lectio.' '*Veri*] Non aliter, uti videtur, Cod. Lips. et, legente quidem Scaligero, membrana vetustissima Gemblac. cujus tamen dubia fides, eo quod Fayus ex eadem prodidit *vero*, cui Cod. Paris. Editique præstantiores adstipulantur. Utrumque commodum admittit sensum. Scaliger sic exponit: Cum judex veri ad verum tuendum nullum aliud auxilium externum advocat, præter ipsum verum. Hic tamen sensus paulo implicatior; neque nobis alterum suppetit exemplum, quo *judex veri* non invenuste conjungi probetur; tametsi *verum* pro æquo et justo probis Auctoribus venire non ignoramus. Quid enim clarius his Horatii I.

NOTÆ

enim fori genera distinxit Cicero, 1. Orat. pro quadruplici causarum genere. 1. Forum, in quo civiles agebantur causæ. 2. Subsellia seu judicia, quæ sedes erant sub dio, in quibus sidebant judices, qui reos sententiis tabellaribus judicabant, et qui jura publica exercebant. 3. Rostra. 4. Curia, quæ sedes aut templum fuit publici consilii, in quo sententiæ dicebantur, et in quam Senatus conveniebat.

114 *Composito* [*Impositum*] I. e. sedentem, suppl. oratorem. Scaliger *in posita*, suppl. jura, quæ erant leges trinundino promulgatæ. Trinundinum autem spatium est viginti septem dierum, quasi ternarum nundinarum, quæ statæ feriæ erant apud Romanos, uno quoque die celebrari solitæ, eoque consilio institutæ, ut octo diebus rustici in agris essent, nono autem in urbem commearent, partim ut res necessarias sibi compararent, partim ut plebiscita et senatusconsulta frequentiore populo referrentur, quæ ideo trinundino, hoc est, tribus nundinis proponebantur, ne quempiam latere possent. Unde lex jure lata non dicebatur, nisi trinundino esset promulgata. Quam Scaligeri lectionem non improbo.

Condita jura] Leges promulgatas, vel potius jus antiquum et receptum.

115 *Solventem*] Suppl. judicem.

Quicquid propositas inter facundia leges
Efficit, hoc totum partem concessit in unam;
Atque, utcumque regunt dominantia sidera, paret.
Quintus conjugio gradus est per signa dicatus,
Et socios tenet et consortes, hospitiisque

omne, quod eloquentia facit inter jura condita, abiit in hunc unum locum, et cedit, prout stellæ erraticæ dominantes afficiunt cœlum. Quinta sors per sidera consecrata est matrimonio, et complectitur socios, et comites; et hospitalitas simul huic

Epist. 7. vs. ult. verbis? 'Metiri se quemque suo modulo, ac pede, verum est.' Adeoque cum *judex*, simpliciter dictus, idem involvit quod *judex veri*, causa non est quamobrem alteram non debeas sequi lectionem, quæ *vero* cum *ipso* conjungere suadet, in hunc sensum: Judex nihil amplius advocat quam ipsum verum. Sed ne hæc quidem Auctoris exhaurire mentem videntur. Multo minus autem consultum erit, locutionem illam, *amplius veri*, cum Vierschroto ad idioma referre Græcorum, quibus comparativus cum secundo casu construitur. Quin potius, auctore Pruknero, scribendum putamus *vero*, quod est *autem*. Unde periodus nascitur ex πρότασι et ἀπόδοσι composita, quæ sensum reddit omnibus numeris absolutum, scilicet hunc: *Cum autem* judex nihil amplius advocat, *quam id ipsum* quicquid facundia efficit inter leges propositas (:) *tum vero* quicquid est ejusmodi, quod ad judicis et causæ patroni officium pertinet, *totum hoc in unam* eandemque *partem concessit*. Nimirum, præter facultatem verum a falso discernendi legesque interpretandi, *facundia* quoque, seu dicendi vis, quæ non mediocre telum ad utrumque illud officium rite defungendum. Lege Ciceronem de Offic. II. 14.' *Stoeb.*—119 Rom. et vulg. *Atque utcunque gerunt.* 'Manifesto legendum, *Atque utcunque regunt*. Ibid. *dominantia sidera, manant*. Gemblacensis optime, *dominantia sidera, parent*. Non opus habet doctore. Ineptissime hæc reformavit Bonincontrius: *Atque utcunque manent dominantia sidera, ducunt*.' Scal. Delph. *paret*. 'Sic restituo, supp. quicquid, &c. Male ergo alii *parent*. Vulg. *manant*, alii *ducunt*.' 'Sic quidem libri veteres. Sed aliud hic agebat Scal. Repone *paret*. Concessit atque paret.' *Bent.* 'Hoc *regunt* non a quoquam libro, sed a Scaligero est. Scripta et cusa lectio, *gerunt*. Porro, pro *parent* Cod. Paris. et Editi Rom. Ald. *manant*. Unus Regiom. *manat*, quasi ex fonte, qui in sideribus situs est. Hoc totum *concessit et manat*. Rectissime. Sensus: Utcumque, i. e. prouti Planetæ adsunt vel desunt causæ, quæ in judicium venit, ita manat, vel successu gaudet, id quod facundia inter propositas leges efficit (vs. 117.)' *Stoeb.*—121 seq. Scal. Delph. et vulg. *comites atque hospitium una Jungitur, et s. conjungens*. 'Non probo lect. Gemb. *Et socios tenet, et comitantes hospitis una*. Vulgatæ accedimus.' *Scal.* 'Quis pati hoc potest, *jungitur* et *conjungens?* In priore versu variant codices. Voss. *E. s. t. comitem hospitis una*. Lips. *et comites hospitis una*. Gemb. *et comitantes hospitis una*. 'Non probo,' inquit Scal. 'lect. Gemb. vulgatæ accedimus.' Nobis vero neutrum placet. Restituo tibi veram lect. *et consortes, hospitiisque Fungitur*, *&c.* Complectitur socios, consortes, hospites, amicos. Horat. Carm. III. 24.

NOTÆ

119 *Dominantia sidera* [*signa*] Planetæ.

120 *Quintus conjugio, &c.*] His 3. vss. explicat quintam athlorum sortem, quæ conjugii est; quæque complectitur pariter id omne quod pertinet ad socios, comites, hospites, et amicitiæ fœdus.

Fungitur, et similes conjungit fœdere amicos.
In sexta dives numeratur copia sede,
Atque adjuncta salus rerum: quarum altera, quanti
Contingant usus, monet; altera, quam diuturni;
Sidera ut inclinant vires, et templa gubernant.
Septima censetur sævis horrenda periclis,
Si male subscribunt stellæ per signa locatæ.
Nobilitas tenet octavam; qua constat honoris
Conditio, et famæ modus, et genus, et specioso

sorti adjungitur, et concordia, quæ jungit pares amicos. Locuples abundantia censetur in sexta sorte, et conservatio divitiarum, quæ comitatur illam. Quarum una docet quam magni usus divitiarum contingant: altera, quam duraturi sint illi usus: prout scilicet stellæ erraticæ inflectunt vires suas, et regunt stationes signorum. Septima sors, quia horrifica est, attribuitur horrendis discriminibus, (si stellæ erraticæ, quæ per signa positæ sunt, male annuerint.) Dignitas generis occupat octavam sedem, in qua continetur status dignitatis, et ratio æstimationis, et nobili-

59. 'Cum perjura patris fides Consortem et socium fallat et hospites.'' *Bent.* 'Cod. Paris. et Regiom. sic: *Et socios tenet et comites: atque hospitis una Jungitur et similes conjungens fædus amicos.* Qua quidem lectione, dubito, an vero dari similior ulla possit. Quapropter ceteras a Scaligero et Bentleio fusius prolatas, lubentes omittimus. Illa autem, verbis rite ordinatis, Auctoris mentem per se ipsa recludit. Patebit hoc saltem in posterioris membri constructione, in quo aqua potissimum hæsisse Viris doctis videtur: Atque hospitis scil. fœdus jungitur una, i. e. simul huic gradui, et fœdus conjungens amicos similes scil. hospitibus, suppl. eodem gradu comprehenditur.' *Stoeb.*—125 '*Monet*] Vide infra ad vs. 141. Vs. 127. *censetur*] Cod. Paris. *censentur.* Pro *sævis*, Regiom. hic et fere ubivis *scævis.* Vs. 128. *si male*] i. e. infeliciter. Ita Nemesianus Cyneg. 35. 'Qui male tentantem curru Phaëthonta loquuntur.' Vide sis Barth. ad h. l. qui plura exempla congessit.' *Stoeb.*—

NOTÆ

123 *In sexta, &c.*] His 4. vss. explicat sextam athlorum sortem, quæ est divitiarum dispensatio et conservatio.

124 *Quarum altera*] Nempe divitiarum dispensatio.

125 *Altera*] Nimirum salus rerum, seu divitiarum conservatio.

126 *Sidera ut inclinant, &c.*] I. e. prout planetæ afficiunt cœlum ac signa.

Templa] Signorum castra aut stationes, II. 942.

127 *Septima censetur, &c.*] His 2. vss. explicat septimam athlorum sortem, quæ est periculorum ac vitæ discriminum.

128 *Stellæ*] Suppl. erraticæ, i. e. planetæ.

129 *Nobilitas tenet, &c.*] His 5. vss. explicat octavam athlorum sortem, quæ est nobilitatis, famæ, gratiæ: explicat simul et nonam athlorum sortem, quæ est puerorum educationis et nutritii, i. e. ea quæ sunt nutricis et nutritoris, pædagogi et gubernatoris, &c.

Gratia prætextu. Nonus locus occupat omnem
Gnatorum sortem dubiam, patriosque timores,
Omniaque infantum mixta nutritia turba.
Huic vicinus erit, vitæ qui continet actum:
In quo sortimur mores, et qualibus omnis
Formetur domus exemplis; quaque ordine certo

tas stirpis, et favor, qui situs est in specie apparenti. Nona sedes tenet omnem fortunam ambiguam filiorum, et metus paternos, et omnia quæ sine discrimine spectant ad educationem puerorum. Locus huic proximus erit ille, qui complectitur actum vitæ; et in quo sunt famulorum mores, et dabit qualibus exemplis cuncta familia instituatur; et quo certo ordine famuli dociles abeant ad sua quæque munia.

132 Rom. et vulg. *Fatorum seriem.* Scribe, *Natorum seriem.* Ait enim eo τὴν παιδοτροφίαν omnem καὶ ἀνατριβὴν contineri.' *Scal.* 'Dedit Scaliger *Natorum*, quod non satis prisce Bentleii sonuit auribus. Itaque maluit, *Gnat.* Neutrum Manilii scripturæ sensuique convenit. Rescribendum *Fatorum*, quod Codd. Paris. et Lips. juxtaque hos impressi veteres universi tuentur. Dicit enim, *Parentum ac liberorum dubiam esse fatorum sortem*, eo quod liberi sunt quasi tela in manu jaculantis.' *Stoeb.*—133 Rom. et vulg. *Omniaque intrantum.* 'Qui nascuntur, non intrant, sed prodeunt in lucem. Unde γένεσις ab Astrologis dicitur ἐκτροπὴ, id est, *exitus*; ut etiam vertunt Arabes. Ineptum ergo *intrantum*, quod proculdubio falsum. Manilius enim scripsit *Infantum.*' Scal. 'Ubi quidem, invito sermonis Latini genio, Scaliger mutavit hoc *intrantum*, quod laudati modo libri consensu ferunt. 'Qui nascuntur,' inquit ille, 'non intrant, sed prodeunt in lucem.' Atqui non *lucem* substituendum, sed *mundum*. Cui proprium vocabulum hoc *intrare*, vel absolute positum; ceu patet ex hoc Catonis loco, in Commentar. jur. civ. quem recitat Festus ad voc. Mundus, qui quid ita dicatur, sic refert: Mundo nomen impositum est ab eo mundo, qui supra nos est. Forma enim ejus ex iis qui intravere cognoscere potuit adsimilis ille ejus inferiorem partem, &c. 'Omnia nutritia' sunt ea quæ ad infantum nutritionem pertinent. Sic iterum 'nutritia' IV. 880. *mixta turba*, sic scribendum.' *Stoeb.*—135 Rom. et vulg. *In quo servorum mores et qualibet omnis.* 'Atqui de servis in officio continendis postea dicit. Bis ergo idem dixisset. Ne igitur ταυτολογεῖν auctorem nostrum putemus, consulamus Gemblacensem. In eo ita scriptum fuit: *In quo sortium rumores æqualibus omnis.* Textus Bonincontrii: *In quo sortitur mores et qualibet omnis.* In utroque aliter extant vestigia veri. Scripsit Manil. *In quo sortimur mores, et qualibus omnis Formetur domus exemplis.*' Scal. '*Servorum mores.* Bene; hic enim locus totus est servorum ac familiæ.' *Delph.* 'Cod. Paris. *servorum series.* Regiom. et Interpretes ceteri, Scaligero vetustiores, *servorum mores.* Et ita scribere potuit Auctor, qui decimum hunc locum servis asserit totum. Servorum autem nomine hoc quidem vs. ipsi veniunt filii familias, ex ephebis nondum egressi, qui antiquo Romanorum jure non multo certe melioris fuere conditionis, quam servi proprie dicti, de quibus mox. De utrisque D. Paulus ad Galat. IV. 1. Consule quoque Rittershus. ad LL. XII. Tabb. p. m. 76.' *Stoeb.*—136 Scal. Delph. et vulg. *quoque.* Lege *quaque*; ut III. 140. 'Quaque

NOTÆ

134 *Huic vicinus erit, &c.*] His 4. vss. explicat decimam athlorum sortem, quæ est actionum vitæ, servorumque ac familiæ munerum.

Ad sua compositi discedant munera servi.
Præcipua undecima pars est in sorte locata,
Quæ summam nostri semper, viresque gubernat;
Quaque valetudo constat, nunc libera morbis,
Nunc oppressa; movent ut mundum sidera cumque.

Principalis sors posita est in undecimo loco, qui regit perpetuo totam nostri rationem, et robur nostri corporis: et in quo valetudo nostra, modo exemta morbis, modo vexata morbis asseritur, prout dictæ stellæ erraticæ afficiunt cœlum. Neque

••••••••••••

valetudo constat.'' *Bent.* 'Cod. Paris. et Editi præstantiores omnes, *quoque;* quod huic 'ordine certo' jungitur aptissime. Provocat quidem Cl. Bentleius ad alterum locum vs. 140. sed dubiam reddunt ejus lectionem Cod. Paris. et Regiom. qui ferunt *Quæque valitudo,* non *Quaque.* Alteram vocem *valit.* sic scriptam quoque refert Codex Lipsiensis.' *Stoeb.*—141 'Vitiosam interpunctionem restituo: *Quaque valetudo veniat nunc libera morbis, Nunc oppressa, movent ut mundum sidera cunque.* Ibid. *movent ut mundum sidera cunque*] Paulo ante: *Sidera ut inclinant vires, et templa gubernant.* Ter aut quater in hoc tractatu habes similem clausulam.' *Scal.* 'Pro hoc *ut,* Libri veteres universi, et Regiom. *monent et sidera mundum.* Supra vs. 125. 'quanti Contingant monet usus;' i. e. docet, monstrat. Hoc autem loco *monent* capere possis pro, admonent. *Mundum,* id est, munditiem scil. corporis, quæ sane ad valetudinem tuendam omnino pertinet. Alteram lectionem quo minus admittamus, hæc præcipue vetat ratio, quod sidera mundum, sive cælum, sive hoc universum, non movent, sed in illo moventur. Illud *cumque,* quod scripti cusique nostri ferunt Libri, male videtur a Scaligero mutatum in *cunque.* Nec saniore consilio Bentleius illud *cumque* a sequentibus distinctionis nota separavit. Pertinet enim ad πρότασιν sequentis periodi, cujus ἀπόδοσιν habes vs. 144. Quod ut clarius patescat, locum apponimus integrum, ex lectione Regiom. eademque Codicis Paris. cum interpunctione Prukneri. Habebis ipsa Manilii verba: *Monent et mundum sidera* (,) *cumque Non alias sedes tempusve genusve medendi* (,) *Quæ sibi deposcat* (,) *vel cujus tempore præstet Auxilium* (,) *et vitæ succos misere salubreis.* Codex quoque Lips. *Non alias sedes ... prestet ... et vitæ succus miserere salubres.* ubi *miserere,* scribentis vitio, pro *misere.* Quorum ut sensum eruas genuinum, non illum ab interpretibus effictum, hoc videtur ordine procedendum: *Cumque* valetudo *non habeat alias sedes,* quam hanc undecimam partem, non item aliud *tempus genusve medendi,* quam munditiem seu purgationem corporis, quæ fit aëris beneficio a sideribus varie affecto et temperato, *Quæ sibi deposcat* scil. valetudo tum conservanda tum etiam restauranda, *vel cujus,* i. e. cujuscunque demum sideris *auxilium præstet,* melius vel potentius sit, *tempore,* pro, in tempore, vel, si mavis, quoad, propter tempus: *et* pro *etiam,* subaud. tum vero, *misere,* pro *mittunt,* scil. sidera *vitæ,* Dativ. *succos salubreis,* i. e. humores, sanitati tuendæ vel restituendæ convenientes. 'Mitto' sic apud Ciceronem occurrit de Nat. Deor. II. 40. med. 'Luna eam lucem, quam a Sole accepit, mittit in terras.' Horum vero ceterorumque planetarum conjunctionibus et radiationibus tam inter se quam cum hærentibus signis, plurimum tribuunt hujus

NOTÆ

138 *Præcipua undecima, &c.*] His 7. vss. explicat undecimam athlorum sortem, quæ est valetudinis et medicationum.

141 *Movent ut mundum sidera*] I. e. ut planetæ afficiunt mundum.

Non alia est sedes, tempusve genusve medendi
Quæ sibi deposcat, vel cujus tempore præstet
Auxilium in vitæ succos miscere salubres.
Ultimus et totam concludens ordine summam
Rebus apiscendis labor est, qui continet omnes
Votorum effectus, et quæ sibi quisque suisque
Proponit studia atque artes, hæc irrita ne sint:
Seu ferat officium, nutus blanditus in omnes:
Aspera sive foro per litem jurgia tentet,
Fortunamve petat pelago, ventisque sequatur:
Seu Cererem plena vincentem credita messe,
Aut repetat Bacchum per pinguia musta fluentem:

est alius locus qui vindicet sibi vel tempus, vel genus sanandi corpora, vel in cujus tempore remedia sint meliora, et magis conveniat præbere liquores salutares vitæ. Postremum opus, et quod claudit ordine totum numerum athlorum, datur opibus acquirendis, et est illud quod complectitur cuncta effecta desideriorum, et facit ne vanæ sint disciplinæ et munera, quæ quisque proponit sibi et suis. Sive quis adulatus in omnia obsequia reddat officium; sive aggrediatur atroces rixas in foro per judicium; sive quærat et insectetur divitias per mare et per tempestates; sive colligat plenam messem, et segetem, quæ superet horrea ipsa; sive eliciat vinum, quod

artis institutores. Consule Ptolemæum in Quadripart. I. 2. et III. 11.' *Stoeb.*—142 Rom. et vulg. *Non alias sedes.* 'Vestigia priscæ scripturæ, *Non aliast s.* ut supra, 'quæ condita partest.' Ergo, *Non alia est sedes.*' Scal.—144 Scal. Delph. et vulg. pro *in*, *et*. 'Quid est *miscere vitæ?* Repone *in*. Præstet, melius sit, miscere salubres succos in vitæ auxilium.' *Bent.*—149 Rom. et vulg. et sic Paris. et Regiom. *blanditur*. Correxit Scal. ex Gemb.—151 'Paris. et Regiom. *ventosque*, quod alteri præferre nemo dubitabit.' *Stoeb.*—152 Rom. et vulg. *S. C. plenam vincentemque horrea messem.* 'Mendosum tinniunt. Corrige ex Gemb. et altero Ms. *S. C. plena vincentem credita messe.*' Scal. 'Eorundem Codd. fide (Paris. et Regiom.) rescribendum *plenam C. vincentem horrea*, non *credita messem*: sic, non *messe.*' Stoeb. Et sic Delph. 'Vulg. et Rom. bene ad sensum priorum istorum verborum *Cererem plenam*: quia enim Ceres seu messis plena est et copiosa, vincit horrea. Scal. *vincentem credita messe*: cujus sententiæ sensum non capio.'—

NOTÆ

145 *Ultimus et totam, &c.*] His 11. vss. explicat ultimam et duodecimam athlorum sortem, quæ est votorum omnium, studiorum, et artium, quas quisque ad res adipiscendas sibi proponit, sive per blanditias, sive per litem, sive per navigationem, sive per vindemiam, et per alias ejusmodi rationes.

152 *Cererem*] I. e. messem. Ceres enim, quia frugum Dea credita est, a poëtis usurpatur pro messe ac frugibus, II. 21.

153 *Bacchum*] Vinum. Bacchus enim, quia vini Deus creditur, vulgo usurpatur pro vino ac vindemia, II. 20. 21.

Hac in parte fides, inque hac momenta dabuntur;
Si bene convenient stellæ per signa sequentes:
Quarum ego posterius vires in utrumque valentes
Ordine sub certo reddam, cum pandere earum
Incipiam effectus. Nunc ne permixta legentem
Confundant, nudis satis est insistere membris.
Et quoniam certo digestos orbe labores,
Nominaque in numerum, viresque exegimus omnes;

distillet per uvas bene uberes. In hoc loco dies et tempora rerum istarum dabuntur, modo stellæ erraticæ bene succedant, et consentiant per signa. Quarum stellarum erraticarum ego referam postea sub certo ordine vires potentes in utramque partem, quando incipiam explicare effecta illorum. Nunc autem, ne res confusæ perturbent lectorem, sufficit morari in simplicibus partibus; et sufficit quod redegimus in mensuram carminum opera duodecim disposita per totum cæli circulum, et titulos, et

153 Paris. *reputat.*—154 Scal. Delph. et vulg. *H. i. p. dies atque hæc m. d.* 'Quid *dies* hic faciat, nullus video. Dissimulat Scaliger; Huetius vero sic locum tentat, *Hac in p. die rerum hæc m. d.* 'Ut *die* sit pro *diei*, et *diei* pro *cœli* vel potius *zodiaci*.' Vide an nobis melius cedat conjectura; *Hac in p. fides, inque hac m. d.* Fides, effectus, eventus, dabitur; ne vota et studia sint irrita; si modo stellæ concordent.' *Bent.* 'Libri omnes reponi jubent, *dies atque hæc mom. Dies* h. l. tempus denotat longius, quod certe sibi exposcunt mortales, ejusmodi vota concipientes. Eadem notio τοῦ *dies* apud Virgil. Æn. XI. 425. 'Multa dies, variusque labor mutabilis ævi Rettulit in melius,' &c. Ubi hoc *multa* non cum *dies*, sed cum *rettulit* conjungendum esse, res ipsa loquitur. *Dies*, tempus. Servius ad loc.' *Stoeb.*—157 Rom. et vulg. *pandere rerum.* 'Corrige, *pandere earum:* scil. stellarum. Sed utinam comparerent ea.' *Scal.* 'Codd. Paris. et Lips. cum Editis Ald. et Rom. *rerum*, quod retinendum, coll. vs. 162. Regiom. *pondere rer.* aperto vitio, quod tamen eodem auctore in aliis correximus supra I. 34.' *Stoeb.*—160 Scal. Delph. et vulg. *toto.* 'Vetusti quattuor, *Et quoniam certo:* hoc rectius, quia *digestos* dicit. Ita II. 690. 'Quæ mihi mox certo digesta sub ordine surgent.' et I. 148. 'et certo digestum est ordine corpus.'' *Bent.* 'Legendum cum Cod. Paris. et Editis vetustioribus, *toto.* Illud *certo*, quod Codex quoque Lips. agnoscit, ex vs. 157. huc videtur irrepsisse. *Toto orbe*, i. e. Zodiaco, cujus divisione fiunt duodecim domicilia.' *Stoeb.*—161 'Malim *Momina.* Sæpe hæc duo conjungit, momina et vires. Sed quidam dicent excusari posse. Maneat ergo

NOTÆ

155 *Stellæ*] Suppl. erraticæ, i. e. planetæ.

156 *Quarum ego, &c.*] His 8. vss. primum innuit se alibi disputaturum de viribus in utramque partem planetarum per athla et signa: de quibus tamen nullibi in hoc ejus opere astronomico mentio fit. Deinde concludit interea satis esse id monuisse, ne rerum multitudo lectorem perturbet, duodecimque labores seu opera, quæ Græci athla vocant, ut et annotatum est vs. 75. in singulas suas sortes ex ordine distribuisse, eorumque nomina per vires ac rationes edocuisse.

160 *Labores*] Opera, athla, vs. 75.

161 *In numerum*] In carminis mensuram, I. 10.


Athla vocant Graii ; quod cuncta negotia rerum

omnes virtutes illorum, quæ opera Græci vocant athla ; quæ omnia opera rerum bene

securum in sede sua.' *Scal.*—162 Scal. Delph. et vulg. et sic Paris. et Re-

NOTÆ

162 *Athla*] Græca vox ἆθλον, quasi *certamen*, *labor*, *opus*, &c. vs. 75. not. Recentioribus autem dicitur πρᾶξις, i. e. *actio ;* vel ἐπιτήδευμα, i. e. *studium*, *ars*, *professio*, &c. Hactenus igitur de duodecim athlorum sortibus, quorum nos hanc figuram excudi curavimus, in qua I. seu exterior ordo est 12. stationum immotarum, quas nudis numeris signavimus. II. est 12. signorum quæ ad 12. illas stationes moventur : est et 7. planetarum, qui pariter ad illas stationes moventur per signa, quorum tamen sedes proprias assignare hic non potuimus. III. est duodecim athlorum, quæ pariter moventur ad 12. signa per cœlos ; et quorum fortunæ locum, qui dux est ceterorum, addiximus primo cardini seu ortui ad ipsum arietem, qui dux est quoque signorum. Quem fortunæ locum signavimus nota orbiculari, quasi fortunæ rota.



In genera et partes bis sex divisa coërcent:
Nunc, quibus ascendant signis quandoque, canendum est.
Perpetuas neque enim sedes, eademve per omnes
Sidera nascentes retinent: sed tempore mutant,
Nunc huc nunc illuc signorum mota per orbem;
Incolumis tamen ut maneat, qui conditus ordo est.
Ergo age, ne falsa variet genitura figura,
Si sua quemque voles revocare ad signa laborem,
Fortunæ conquire locum per sidera cuncta:

constant distributa in duodecim sortes et genera. Jam vero tandem mihi canendum est quibus signis singula athla assurgant. Neque enim servant stationes æternas, eademve signa omnibus nascentibus; sed acta modo in hanc partem, modo in illam, per circulum signorum identidem variant, ita tamen ut quæ series eorum posita est restet salva et eadem. Agedum igitur, ne nativitas mutetur ex fallaci forma ducta; si cupies reducere uniuscujusque athli sortem ad suos fatales casus, primum quære per

giom. *quæ;* et mox 163. *cohærent.* 'Oratio solœca est. Repone, *Athla vocant Graii; quod c. n. r. In g. et p. bis sex d. coërcent. Athla,* ἆθλα, ex XII. laboribus Herculis; *quia* hæc loca *coërcent,* continent, complectuntur, omnia negotia sub sedibus XII.' *Bent.*—165 Scal. Delph. vulg. et Paris. *eademque.* 'Lege cum vetustis quattuor, *eademve.*' Bent.—166 Rom. et vulg. *tempora.* 'Scribe, *sed tempore mutant.* Jam dixit vs. 78. 'sed tempore sedes Nascentum acciperent proprias.' *Scal.* 'Paris. et Regiom. *nascentis retinet sed tempora mutat.* Sic quoque per omnia Cod. Lips.' *Stoeb.*—167 Paris. et Regiom. *meta.*—169 Rom. et vulg. *ne fulsa varia.* 'Scribo *ne falsa variet.*' Scal.—170 Scal. Delph. et vulg. *fata.* Regiom. *quæque ... labores.* Paris. *queque.* '*Ad fata* in utraque Scaligeri editione: nescio tamen unde hoc evenerit; cum et omnes libri et prius editi habuerint, *Si sua quemque voles revocare ad signa laborem.* Quæ lectio manifeste vera est. Si quemque laborem, quodque ἆθλον, ad sua signa revocare voles. Nihil ille in notis habet, unde consulto et studio mutavisse putes: ergo casui et humanæ incuriæ jure hoc concedatur.' *Bent.*—171 Scal. Delph. et vulg. *perquire.* 'Vetusti quattuor *conquire.*' Bent. 'Sic cod. Lips. Sed *perquire,* quod Scal. dedit, Cod. Paris. et vulgati vetus-

NOTÆ.

164 *Nunc, quibus, &c.*] His 5. vss. præmonet Poëta se docturum modum inveniendi athlorum loca per signa. Neque enim immota stant athla, sicut stationes ac castra duodecim, de quibus disputatum est II. a vs. 788. ad finem libri, ut supra monui vs. 75. sed mota aguntur per 12. signa, integro tamen ordine semper manente in orbem.

169 *Ergo age, &c.*] His 7. vss. monet primum inveniendum esse fortunæ locum, quo reperto per signum aliquod, ceteræ athlorum sortes facile sequentur per cetera signa. Dux enim ceterorum est fortunæ sors. Hujus autem sortis inveniendæ jam duplicem traditurus est modum, nimirum pro vario solis a luna, et lunæ a sole intervallo per signa.

170 *Signa* [*fata*] Effectus fatales, I. 1.

Laborem] Ἆθλον, vs. 162.

Quæ primo pars est numero sic dicta sub athlis.
Qui tibi cum fuerit certa ratione repertus,
Cetera prædicto subeuntibus ordine signis
Conjunges, teneant proprias ut singula sedes.
Et ne forte vagus fortunæ quærere sedem
Incipias, duplici certam ratione capesse.
Cum tibi, nascentis percepto tempore, forma
Constiterit cœli, stellis ad signa locatis,

cuncta signa sedem fortunæ, (quæ prima numero sors est ita appellata inter athla.) Quæ sors fortunæ cum per certam viam fuerit a te inventa, reliquas sortes athlorum addes subsequentibus signis, eo ordine quo dictum est, ut quæque habeant sua loca. Et ne fortasse incertus cœperis investigare locum fortunæ, accipe geminum modum inveniendi illum certo modo. Quando figura cœli erit tibi nota et constans tempore cognito nati alicujus, et stellis erraticis bene appositis ad signa sua quæque cœli, si

tiores habent.' *Stoeb.*—172 Rom. et vulg. *Quæ primo pars est numerosis dicta sub athlis.* Parvo discrimine legendum: *Quæ primo pars est numero sic dicta sub athlis.* Quæ, inquit, pars ita cognominata, nempe *pars fortunæ*, vel quod idem est, *sors fortunæ*, est primo numero sub athlorum dodecatopo.' *Scal.* 'Ita Scaliger in secunda editione: in priore sic: *Quæ primo pars est numero subjecta sub a.* Libri vetusti hoc modo: *Quæ primum pars est numerosis dicta sub athlis.* Dolet tantum ingenium inanibus conjecturis deteri; cum versus sit spurius, nec correctionis capax. Dixerat Auctor III. 96. 'Fortunæ sors prima data est.' Quid opus erat repetitione, præsertim verbis tam insulsis? *numerosis*, quæ tantum XII. sunt? *prima sors* athlorum, et tamen *sub athlis?*' Bent. 'Hic versus, quem scripti pariter ac impressi omnes agnoscunt, in parenthesi est legendus. *primo*] Cod. Lips. *primum.* Idem, *numerosis* pro *numero sic.* vulgatum tuentur Cod. Paris. et Regiom. *dicta*] sic Paris. et Lips. *ducta* Regiom. Vs. 176. *fortunæ*] Ms. Paris. *naturæ.*' Stoeb.—177 Scal. Delph. et vulg. *duplicem certa.* '*Duplicem* interpretantur diurnam et nocturnam. Atqui *una* est fortunæ sedes, et interdiu et noctu; sed *duplex* est sedem istam inveniendi ratio. Codex Vossianus, *duplici.* Repone igitur, *duplici certam ratione capesse. Duplici*, casu sexto, ut Virgilius, Æneid. lib. IX. vs. 707. 'Nec duplici squama lorica fidelis et auro.'' *Bent.* 'Scal. *duplicem*, cui Codd. Paris. Lips. et Regiom. præ primis favent. *duplicem*, scil. modum, *capesse.* Iidem omnes, *certa*, quod restituendum, et cum voc. *ratione* jungendum. 179. *locatis*] sic idem Cod. in margine; *vocatis*, in

NOTÆ

172 *Quæ primo, &c.*] Vs. 96.

176 *Et ne forte, &c.*] His 2. vss. monet certam se traditurum rationem duplicem inveniendi fortunæ locum per sidera. Quod jam præstabit vs. 186. et seqq.

178 *Cum tibi, &c.*] His 8. vss. monet, dum quis nascitur, observandum esse an de die, an de nocte nascatur. Hinc enim duplex ratio inveniendi fortunæ locum per signa: altera per solis, altera per lunæ stationem in signis, ut jam docebitur.

Forma] Figura, thema cœli, &c.

179 *Stellis*] Suppl. erraticis, i. e. planetis.

Transverso Phœbus si cardine celsior ibit,
Qui tenet exortum, vel qui demergit in umbras,
Per tempus licet affirmes natum esse diei.
At si subjectis Phœbus fulgebit in astris
Inferior dextra lævaque tenentibus orbem
Cardinibus, noctis fuerit per tempora natus,
Hæc tibi cum fuerint certo discrimine nota,

sol sublimior vadet, quam cardo duplex oppositus (nimirum quam ille qui occupat orientem, aut quam ille qui immergitur in aquas,) convenit ut dicas illum esse natum in tempore diei. Sed si sol lucebit in sex signis infra terras positis, et inferior quidem quam illi duo cardines qui occupant orbem et ad dextram et ad sinistram, oportet ut ille natus sit in temporibus noctis. Cum autem has res cognoveris per

versu. 180. *ibit*] Idem *erit*, quod forte legendum *exit*.' Stoeb.—181 Scal. Delph. et vulg. *undas*. 'Repone *umbras*; ut infra 448. 'mergentur in umbras.'' *Bent.* 'Paris. cum Lips. et Regiom. *in undas*, quæ formula Nostro, æque ac altera, solennis. Alter locus, a Bentleio in mutationis præsidinm excitatus, infra vs. 443. suspicione non caret, neque adeo huc pertinet, siquidem Codd. nostris ibi legitur, *in umbris*.' Stoeb.—183 Scal. Delph. et vulg. *senis*. '*Subjectis senis* non belle exit ὁμοιοτέλευτον. Gemb. *sævis*; Lips. *sevis*; Voss. *senus*. Repone *Phæbus*. Scriptum olim *Fæbus*: inde nata immutatio, *fædus*, *sævus*.' Bent. 'Cod. Paris. *sævis fulg*. Lips. *sevis*. sensu quidem parum sano, aut prorsus nullo. Regiom. et vulgati reliqui cum Scaligero rectius *senis*, quod non oportuit sollicitari. *Subjecta sena astra* sunt sex illa

NOTÆ

180 *Transverso .... cardine*] I. e. ortu et occasu, qui ambo sunt cardines transversi et oppositi per cœlos, et supra aut infra quos sol lucet aut latet.

Phæbus] Sol, I. 19.

186 *Hæc tibi cum fuerint, &c.*] His 8. vss. explicat et tradit primam rationem inveniendi fortunæ locum per signa, scilicet in genitura diurna. Itaque cognito solis loco per signa, i. e. cognito signo, aut etiam gradu signi, quo sol lucet de die, dum quis nascitur; et similiter cognito signo, aut etiam gradu signi, quo tunc luna lucet, numerandum est quot gradus sol distet a luna per sidera, procedendo nimirum a sole ad lunam per signa consequentia a dextra in sinistram, quo motu feruntur ipsi planetæ per cœlos. Percepto autem huic numero signorum, graduumve signorum, addendi sunt gradus signi tunc ascendentis, quot nempe jam ascenderit super ortum. Deinde totam hanc summam signorum aut graduum ita distribuas, ut, initio ducto ab horoscopo, i. e. ab ortu cardine, singulis signis suos triginta gradus addas, totque ipsi signo ascendenti, quot tantum jam decurrerit. In quo autem signo, aut gradu signi, te summa relinquet, in eo statue fortunæ locum: ceteris signis cetera respondebunt sequentia sibi. Rem exemplum illustrabit. Sol ergo teneat v. g. in diurna genitura aliqua 20. grad. arietis, horoscopante seu ascendente super ortum 10. grad. cancri: luna vero occupet 10. gradum libræ. A 20. gradu arietis ad 10. grad. libræ, per signa consequentia a dextra in sinis-

Tunc si forte dies nascentem exceperit alma,
A sole ad lunam numerabis in ordine partes
Signorum: ortivo totidem de cardine duces,
Quem bene partitis memorant horoscopon athlis.
In quodcumque igitur numerus pervenerit astrum,
Hoc da fortunæ. Junges tunc cetera signis
Athla suis, certo subeuntibus ordine cunctis.
At cum obducta nigris nox orbem texerit alis,
Si quis erit, qui tum materna excesserit alvo,

distinctam rationem, tunc si fortasse clara dies exceperit puerum nascentem, numerabis a sole ad lunam gradus signorum interceptorum ex ordine; et sumes tot gradus, incipiendo a cardine orientali, quem Græci vocant horoscopon, signis nempe recte divisis per suas 30. partes. Itaque in quodvis signum summa data inciderit, hoc signum tribue fortunæ: addes postea alia opera suis signis, (omnibus scilicet subsequentibus per certum ordinem.) Sed quando nox operta pennis atris operuerit globum terrarum, si quis erit, qui tunc exierit ex utero materno, muta modum, vel-

signa subter horizontem versantia.' *Stoeb.*—190 Scal. Delph. et vulg. *astris.* 'Immo lege *athlis.*' Bent. 'Malim *astris*, consensu Cod. Paris. et ceterorum. *Bene partitis astris*, i. e. cum signa rite divisa sunt per suos quæque triginta gradus; vel in suas sortes, ut suas quæque sedes occupent; aliud ortivum, aliud occiduum; aliud supremum, aliud inferiorem cardinem; aliaque alias ex ordine stationes. *Partitus*, passive, supra II. 693.' *Stoeb.*—194 'Meliore, præ ceteris editoribus, libro, aut feliciori certe ingenio usus Regiom. dedit *umbris.* Nox enim 'umbra terræ:' Servius ad Æn. IV. 184. Et Noster 'noctes' simpliciter 'umbras' vocat infra vs. 236. 255. et alibi.'

NOTÆ

tram, arietem, taurum, geminos, cancrum, leonem, virginem, et libram, gradus intercipiuntur 170. Quibus adde 10. gradus cancri horoscopantis seu ascendentis, summa fiet grad. 180. Jam vero duc hanc summam 180. initio facto ab ortu cardine, i. e. a signo seu gradu signi ascendentis, nempe, ut ponitur, a 10. grad. cancri, per signa ex ordine subeuntia, superstites sunt gradus 20. cancro. Da igitur e summa prædicta 180. grad. 20. cancro; leoni sequenti 30. virgini 30. libræ 30. scorpioni 30. sagittario 30. tibi supererunt tantum 10. gradus, qui te deserent in 10. gradu capricorni, qui tibi locus erit fortunæ quæsitus, terminabiturque in decimo gradu aquarii subsequentis. Sequens vero athlorum sors, quæ secunda est ordine, incipiet a 10. grad. aquarii, desinetque in 10. grad. piscium; et ita de ceteris. Tota hæc res patet oculis in hac figura, in qua I. ordo, seu exterior, est duodecim stationum. II. Signorum, quorum dux aries jam tertiam nonæ stationis partem decurrit. III. Solis et lunæ, quorum alter, notatus rota duplici, occupat, ut monui, 20. grad. arietis: altera, notata semicirculo, tenet grad. 10. libræ; namque adverso signis motu planetæ feruntur, quod maxime est observandum. IV. Athlorum, quorum dux fortuna, in posita figura cœli, occupat octavam stationem, aquarii vero 10.


Verte vias, sicut naturæ vertitur ordo.
Consule tum Phœben imitantem lumina fratris

uti ratio naturæ mutatur. Quære tunc lunam, quæ sequitur lucem fratris sui solis

NOTÆ

gradus. v. ordo denique continet 12. numeros athlorum.

DE DIURNA GENITURA.



188 *A sole ad lunam, &c.*] I. e. numerabis quot gradus intersint solem inter et lunam, incipiendo scilicet ab eo gradu signi in quo tunc sol lucet, et procedendo ad usque gradum signi, in quo tunc quoque luna lucet, per signa subeuntia a dextra in sinistram, quo motu planetæ feruntur, ut jam monui vs. 186. not.

189 *Ortivo de cardine*] De ortu, de horoscopo, &c.

Totidem] Sup. partes aut gradus, quot scilicet interfuerint a sole ad lunam.

190 *Horoscopon*] Græca vox, ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν τὰς ὥρας, i. e. *ab horis inspiciendis*, II. 828.

Partitis . . . athlis [*astris*] Vel signis rite divisis per suos quibusque triginta gradus, ut interpretatus sum; vel, quod maluerim tamen, signis rite distributis in suas quibusque sortes : scilicet ut suas quæque sedes occupent, aliud ortivum, aliud occi-

Semper, et in proprio regnantem tempore noctis.

perpetuo, et quæ dominatur per suum tempus noctis. Et quot gradus signorum,


NOTÆ

duum, aliud supremum, aliud inferiorem cardinem, aliaque alias ex ordine stationes.

193 *Hoc da fortunæ*] I. e. attribue hoc signum athlo fortunæ, quod est primum ac dux ceterorum athlorum.

194 *At cum obducta, &c.*] His 9. vss. alteram tradit rationem inveniendi fortunæ locum per signa in nocturna genitura. Idem autem ordo servatur, qui in genitura diurna, vs. 186. not. nisi quod a luna ad solem graduum interceptorum summa colligitur: v. g. si quis de nocte nascatur, teneatque sol tunc infra terras 15. grad. gemin. luna vero 20. grad. aquarii; horoscopante 25. grad. leonis; numerabis quot gradus intercipiuntur a 20. gradu ad 15. grad. geminorum: sunt autem 115. Quibus adde 25. leonis jam exortos, fit summa 140. Ex his jam 140. grad. tribue leoni horoscopanti superstites 5. gradus; virgini sequenti 30. libræ 30. scorpioni 30. sagittario 30. supererunt 15. grad. Ergo te deseret summa in 15. grad. capricorni, qui locus erit fortunæ quæsitus: sequens autem athlon, quæ secunda sors est, incidet in 15. grad. aquarii, et ita de ceteris. Totam hanc rem tibi pariter sub oculos subjiciet hæc tabella.

DE NOCTURNA GENITURA.



Quotque ab ea Phœbus partes et signa recedit,
Tot numerare jubet fulgens horoscopos a se.
Hunc fortuna locum teneat subeuntibus athlis,
Ordine naturæ sicut sunt cuncta locata.
  Forsitan et quæras agili rem corde notandam,
Qua ratione queas a tali tempore nati
Exprimere immerso surgentem horoscopon orbe.
Quod nisi subtili visum ratione tenetur,

quotve signa sol distat ab illa, horoscopus affulgens postulat ut computes tot gradus ab ipso. Fortuna autem occupabit hanc sedem quam ille numerus designabit, ceteris operibus sequentibus, velut sunt omnia posita per legem naturæ. Forte fiet ut quæras rem quoque observandam solerti mente; scilicet quomodo possis, in tali tempore pueri nascentis, repræsentare horoscopum ascendentem in tanta mole cœli. Quæ tamen res nisi nota habeatur solerti mente, necesse est ut principia disciplinæ

Stoeb.—204 Rom. et vulg. *Qua ratione queas natalis.* 'Ineptissime, ut et cæco paret. Felicissime olim nobis succurrit legere: *Qua ratione queas a tali tempore nati Exprimere immerso surgentem horoscopon orbe.* quo nihil verius excogitari potuit. *A tali tempore, ἀπὸ τοῦ δοθέντος χρόνου.* Sic infra ad eundem modum, ad eandem sententiam: 'variosque referre Sub tali regione dies.' *ἐν τῷ δοθέντι κλίματι.* 'Talis,' *ὁ δεῖνα.* Ausonius: 'Et quicquid vocum bellua talis habet.' *τὸ δεῖνα θηρίον.* Et potest quoque legi *a talis, τοῦ δεῖνα.*' *Scal.* 'Ms. Paris. Regiom. Ald. et Rom. *natalis temp.* quod 'nascentis tempus' infra vs. 223. Dato tempore quo puer natus est, quomodo possum invenire ac repræsentare mihi signum horoscopans? De hoc præcise *natali tempore* quæritur.' *Stoeb.*—205 Delph. *immenso.* 'Ita omnes bene. Sic enim sese explicat Poëta vs. 215. 'Ac tantæ molis minimum deprendere punctum.' Scal. *immerso*, propter vocem sequentem *surgentem.*' 'Libri omnes habent *immenso.* Bene. Conf. vs. 215. Cum enim perpetuis cursibus eant signa per *immensum cœlum*, quis tantæ molis vel minimum punctum possit deprehendere, faciemque cœli componere?' *Stoeb.*—206 Rom. et vulg. *Quod nisi sub stellis visus ratione tenetur.* Ita habent manuscripti duo, Gemblacensis et alter, item textus Bonincontrii. Solennis error veterum librariorum *substelis* pro *subtilis.* Sciunt hoc qui veteres libros triverunt. Itaque olim non ab-

NOTÆ

197 *Phœben imitantem, &c.*] Lunam, quæ radiis solis est obnoxia, II. 914.

200 *Horoscopos*] Signum primum ascendens.

203 *Forsitan et quæras, &c.*] His 25. vss. objectionem proponit de modo inveniendi signum horoscopans. Cum enim perpetuis cursibus eant signa per immensum cœlum, quis tantæ molis vel minimum punctum possit deprehendere, faciemque cœli, ut est, componere? Quod tamen omnino præstandum est; alias enim tota artis fundamenta ruerent, falsoque signo horoscopante mentitur suam faciem cœlum. Igitur præcipue noscendi sunt et quatuor cœli cardines, et signa per eos volitantia. Quæ quidem res tam plena laboris videtur, quanta est effectu. Cui difficultati faciet jam satis, dum modum inveniendi signorum ascensiones per singulas terrarum regiones docebit.

Fundamenta ruunt artis, nec consonat ordo:
Cardinibus quoniam falsis, qui cuncta gubernant,
Mentitur faciem mundus, nec constat origo,
Flexaque momento variantur sidera templi.
Sed quanta effectu res est, tam plena laboris,
Cursibus æternis mundum per signa volantem,
Ut totum lustret curvatis arcubus orbem,
Exprimere; et vultus ejus componere certos;
Ac tantæ molis minimum comprendere punctum:
Quæ pars exortum, vel quæ fastigia mundi,

hujus elabantur, nec ullus ordo bene stet. Quia fallentibus cardinibus, qui regunt omnia in hac arte, cælum exhibet falsum vultum, nec ullum est initium certum signorum, quia signa quoque cæli mutantur motu in instanti. Verum quam magna res est in effectu, tam difficilis est cognitu, repræsentare scilicet cælum, quod per sidera movetur perpetuis motibus, ut peragret omnem circulum signorum, qui curvis templis constat; et constituere veram faciem illius, et percipere vel minimam partem tam immensæ molis: et deprehendere quæ pars portet orientem, quæ pars ferat verticem

surde legebamus, *Quod nisi subtilis visus ratione tuetur.* Quod sane rejici non poterat, nisi Gemblacensis partim juvaret, partim reclamaret. Ibi enim conceptum est, *Quod nisi substellis visum ratione tenetur.* Itaque minimum laborem reliquit ad verum eruendum. Legendum enim: *Quod nisi subtili visum ratione tenetur, Fundamenta ruunt artis, nec consonat ordo.* Ita vetus conjectura nostra, adjuta ope codicis Gemblacensis, veram sententiam hujus loci restituit. Quam ineptum sit sub stellis horoscopum indagare, sciunt qui sine risu hæc audire non possent. Quod, inquit, visum et consideratum subtili ratione nisi tenetur, fundamenta ruunt artis.' *Scal.* *Subtili visum* Scal. bene. Rom. et vulg. *sub stellis visus*, supp. horoscopus, nec insana lectio.' *Delph.* 'Ms. Paris. Lips. et Editi nostri, *sub stellis visus.* Nec ita male. Nisi quis signum horoscopans *sub stellis* vel in cœlo stellato requisiverit, illudque in numerato ita habuerit, ut oculis quasi cerneret; fundamenta ruunt artis,' &c. *Stoeb.*—210 'Malim *templis*, hoc est, stationibus et domiciliis cœli.' *Huet.*—214 'Textus Bonincontrii, *Exprimet et vultus.* Sunt vestigia priscæ scripturæ in archetypo, ex quo propagata sunt ista, quæ exstant hodie inferioris notæ et mendosissima exemplaria. Nam in archetypo scriptum erat *Exprimeret vultus.* ut supra *partest*, et alibi *Et Capitex uno.*' Scal. 'Cod. Paris. *Exprimat*, minus bene. Nectitur enim, mediante vocula *et*, cum sequentibus, *componere*, *comprendere*. Ordo et sensus: Res est plena laboris, exprimere, ut (pro *uti*) mundus, qui est Sol, cursibus æternis, seu perpetuis, per signa volans, lustret, id est, circumeundo peragret totum orbem, puta, terrarum, curvatis arcubus, scil. eclipticæ. Hoc pacto constituta periodus, nihil est quod a Cl. Vierschroto in Noctib. Gothan. Ms. II. 14. fin. ad eam exigatur regulam, quam Cortius tradit ad Sallust. Catil. II. 2. 'Esse quædam vocabula, quæ, cum duos casus sustinere possent, elegantiæ causa cum illo verbo conjungantur, eumque casum recipiunt qui minus videtur accommodatus.'' *Stoeb.*—215 Scal. Delph. et vulg. *deprendere.* et sic Paris. et

NOTÆ

207 *Artis*] Astronomicæ.

209 *Origo*] Initium cœli, aut signorum.

210 *Templi*] Cœli, zodiaci. II. 354.

Aut seros obitus aut imum obsederit orbem.
Nec me vulgatæ rationis præterit ordo,
Quæ binas tribuit signis surgentibus horas,
Et paribus spatiis æqualia digerit astra:
Ut parte ex illa, qua Phœbi cœperit orbis,
Discedat numerus, summamque accommodet astris,
Donec perveniat nascentis tempus ad ipsum:
Atque ubi substiterit, signum dicatur oriri.
Sed jacet obliquo signorum circulus orbe,

cœli, vel occidentem, vel denique quæ pars jaceat in infimo cœlorum circulo. Neque ratio methodi vulgaris fugit me, quæ dat duas horas singulis signis orientibus, et quæ distribuit paria signa æqualibus spatiis, ita ut computatio retro ducatur ab ea parte, in qua rota solis inceperit; et adaptet numerum signis, donec veniat ad ipsum tempus horoscopantis signi; et cum numerus desierit, tunc illud signum dicatur ascendere. Verum hæc ratio nulla est; quia circulus signorum ducitur in obliquum gyrum, et

Regiom. 'Gemb. *comprendere.*' Bent.—217 Rom. et vulg. *Auferat occasus.* Scal. et Delph. *Aut ferat occasus aut imo sederit orbe.* 'Libri vett. *auferat*, unus *aufferat;* omnes *orbem*. Certe *ferat*, quod a Scal. est, sententiæ non respondet, quæ *occupet*, *teneat*, vel simile quid postulat. Repono, *Aut seros obitus aut imum obsederit orbem*. Vide infra ad vs. 507.' *Bent.* 'Non difficili quidem puerperio, at invitis libris illud *seros* edidit Bentleius. Neque vero, quod V. C. putat, primus vel solus Scaliger vulgavit *ferat*. Etenim ante illum Regiomontanus, *Aut ferat occasus*, legit. Codices quoque Paris. et Lips. hujus lectionis vestigia tenent in *auferat occasus*. *Ferre, tenere, occupare* Nostro sunt synonyma. *aut imum obsederit orbem*] Propius iterum ad Manilii scripturam Regiom. et Scaliger, *aut imo sederit orbe*. Cod. Lips. *orbem*,

NOTÆ

216 *Quæ pars, &c.*] Etenim inprimis observandum est quæ signa teneant quatuor ipsi cardines, ut inde facilius innotescat, quas medias cœli partes signa teneant.

218 *Nec me vulgatæ, &c.*] His 7. vss. vulgatam proponit methodum inveniendi signi horoscopantis, quæ Chaldæorum fuit æruscatorum. Illi enim singulis signis binas in exortum horas tribuebant. Atque ut signum horoscopans invenirent in alicujus genitura, observabant qua hora ille nasceretur, et ab hac hora ad ortum solis retrocedebant, tribuendo singulis signis binas horas, donec ad ipsum orientis cardinem pervenissent: v. g. nascatur quis hora meridiana, die 22. Junii, qua sol cancrum ingreditur; horoscopans signum scorpionis fuerit necesse est. Namque a meridie ad sextam horam matutinam horæ sunt sex, quæ binæ datæ signis retro positis tria adimplent signa, leonem, virginem, et libram. Itaque qualem gradum cancri tunc sol intraverit, talis erit gradus scorpionis horoscopans.

223 *Nascentis*] Exorientis, scilicet vel signi, vel cœli.

225 *Sed jacet obliquo, &c.*] His 13. vss. primam reddit rationem cur præ-

Atque alia inflexis oriuntur sidera membris:
Ast illis magis est rectus surgentibus ordo,
Ut propius nobis aliquod, vel longius astrum est.
Vix finit luces cancer, vix bruma reducit:
Quam brevis ille jacet, tam longus circulus hic est.
Libra ariesque parem reddunt noctemque diemque.
Sic media extremis pugnant, postremaque primis.

alia signa ascendunt obliquis partibus; alia vero ascendentia habent circulum magis rectum, prout aliquod est nobis propinquius. Vix cancer terminat dies, vix solstitium brumale reddit illos: scilicet ille circulus cancri tam longus est, quam hoc dictum solstitium brumale est breve. Libra et aries efficiunt dies et noctes æquales. Ita media tempora mediis opponuntur, et ultima ultimis. Similiter tempora noctis non

quod alteri lectioni favet.' *Stoeb.*—230 Scal. Delph. et vulg. *illa.* '*Ille*, nempe bruma. Sed codex Venet. *ille*. *Ille* brumæ circulus, hic cancri.' *Bent.*—232 Scal. Delph. et vulg. *extremaque summis.* '*Sic media*, aries et libra, *pugnant extremis*, cancro et capricorno; *extremaque* capricornus, pugnant *summis*, cancro: vides diverso sensu accipi *extremis* et *extrema*; quod non oportebat. Forsitan Auctor dederit, *Sic media extremis pugnant, postremaque primis.*' Bent. 'Vetus Codicum lectio, *extremaque summis.* Extrema signa extremis opponuntur, v. g. cancer et capricornus. Media mediis, v. g. aries et libra. Sic et alia intermedia intermediis, v. g. taurus et scorpius; gemini et sagittarius; leo et aquarius; virgo et pisces. Qualis enim est diuturnitas diei in altero istorum signorum binorum; talis est nox

NOTÆ

dicta methodus falsa sit. Quippe quia, ut certa stare posset, recta omnia oriri signa par esset: alias enim paribus horis æqualia signa non essent. At docet signa non omnia oriri recta, sed alia recta, alia obliqua, prout remotius a nobis recedunt, aut propius accedunt. Sic quia v. g. proxime ad nos accedit cancer, capricornus vero longissime recedit, illum oriri maxime obliquum, hunc maxime rectum ait. Quo enim rectius oritur signum aliquod, eo minus temporis in eo decurrendo sol insumere videtur; quo vero magis obliquum surgit, eo tardius sol illud lustrat. Hinc dies in cancro longissimi; noctesque brevissimæ in capricorno. Loquitur autem Poëta habita ratione populorum regiones septemt. habitantium. Sed de hoc diverso, recto et obliquo, signorum ortu occasuve, consule Clavium in S. c. Sph. Joan. de Sacrobosc. Longior enim essem in hisce referendis, quam hæc brevis interpretandi ac annotationes faciendi ratio postulat.

229 *Bruma*] Solstitium hybernum, II. 404. cujus initium dat capricornus, sicut æstivi solstitii principium dat cancer oppositus.

230 *Ille* [*illa*] Bruma.

Hic] Cancer.

231 *Libra ariesque parem, &c*] Quia æqualiter a nobis recedunt.

232 *Sic media extremis, &c.*] I. e. sic extrema signa extremis opponuntur, v. g. cancer et capricornus. Sic media mediis, v. g. aries et libra. Sic et alia intermedia intermediis, v. g. taurus et scorpius; ge-

Nec nocturna minus variant, quam tempora lucis:
Sed tantum adversis idem stat mensibus ordo.
In tam dissimili spatio, variisque dierum
Umbrarumque modis, quis possit credere in auras
Omnia signa pari mundi sub lege meare?
Adde quod incerta est horæ mensura, neque ullam
Altera par sequitur: sed sicut summa dierum

minus diversa sunt, quam diei. Sed par ratio inest solum mensibus oppositis. In tam dispari intervallo, inque tam diversis rationibus dierum ac noctium, quis queat credere cuncta signa migrare in æthera cœli æquali mensura? Adjice quod regula horæ non est æqua, neque pars una sequitur aliam: sed volvitur sicut sors dierum,

in altero opposito, et contra.' *Stoeb.*—234 Rom. vulg. Paris. et Regiom. *tamen.* ' Gembl. *Sed tantum adversis.* longe melius, et sententiæ Manilii convenientius. Nam adversis mensibus, id est, septenis quibusque mensibus, tenorem eundem alternæ dierum et noctium diversitatis constare ait. Cancri dies longissimæ: adversi vero signi, sive Capricorni noctes, pari mensura. Jam clara omnia.' *Scal.*—236 Paris. et Regiom. *qui possit.*—237 Rom. et vulg. *pari sub lege manere.* Manere in auras barbarum est. Opus est enim non quietis, sed motus verbo, ut loquuntur Grammatici. Sed omnino scripsit Manilius, *sub lege meare.* Etiam alibi *manent* pro *meant* legebatur. Meare in auras, est oriri. Lucanus de signorum ortu: ' Non obliqua meant, nec tauro scorpius exit Rectior.' Quis, inquit, possit credere, pares ascensiones esse, quum jam probaverim alia πολυανάφορα, alia ὀλιγοανάφορα esse?' *Scal.* ' Regiom. *manere.* Sed malim *meare in auras*, i. e. oriri. Lucanus de signorum ortu: ' Non obliqua meant, nec tauro scorpius exit Rectior,' &c. Quis, inquit Noster, possit credere, pares esse ascensiones, cum jam probaverim, aliorum longiorem, aliorum breviorem ascensionem esse?' *Stoeb.*—239 Scal. Delph. et vulg. *pars.* Et sic Paris. et Regiom. ' Mirum vero, si nullam

NOTÆ

mini et sagittarius; leo et aquarius; virgo et pisces. Qualis enim est diuturnitas diei in altero istorum signorum binorum, talis est nox in altero opposito, et contra.

236 *In auras*] In æthera, seu aërem superiorem, quem spiramus. *Aura* enim opponitur hic inferiori terrarum parti. Virg. Æn. VII. ' Ad sidera rursus Ætherea, et superas cœli venisse sub auras.'

238 *Adde quod, &c.*] His 8. vss. alteram reddit rationem cur vetus illa methodus inveniendi signi horoscopantis sit falsa. Nimirum quia horæ dierum ac noctium sunt inæquales pro inæqualibus diebus ac noctibus, quæ modo longiores, modo breviores feruntur. Verum hæc ratio non valet nisi apud Italos, qui diem ac noctem metiuntur ortu et occasu solis; quique suos dies pariter ac noctes in duodecim tamen horas partiuntur; quæ quidem horæ inæquales sunt pro inæquali dierum ac noctium sorte. Valet autem argumentum. Cum enim sex signa de nocte, sexque de die semper oriantur et occidant, ut bene constat, et ut ipse testatur Aratus, necesse est ut Italis saltem ea singula signa interdum per horas inæquales oriantur et occidant de die ac de nocte.

Vertitur; et partes surgunt, rursusque recedunt:
Cum tamen in quocumque dies deducitur astro,
Sex habeat supra terras, sex signa sub illis.
Quo fit ut in binas non possint omnia nasci,
Cum spatium non sit tantum brumalibus horis;
Si modo bis senæ servantur luce sub omni,
Quem numerum debet ratio, sed non capit usus.

et partes omnes horarum oriuntur et iterum abeunt sicut dies. Attamen omnis dies, in quocunque signo profertur, habet sex signa super terras, et sex infra illas. Unde accidit ut cuncta signa nequeant oriri in duas quæque horas, quandoquidem spatium non datur tam magnum, horis scilicet ita diversis, cum duodecim horæ contineantur sub omni die. Quem tamen horarum summam ratio debet con-

---

horam altera pars horæ sequitur. Ergo omnis hora est ultima. Quid potest absurdius? Sensit hoc Huetius; et idcirco *sequitur* interpretatur, assequitur, exæquat. Quis vero hoc illi concesserit? Repono, *Adde quod incerta est horæ mensura, neque ullam Altera par sequitur*. Sic infra III. 532. 'Horaque non ulli similis producitur horæ.'' *Bent.*—244 Scal. Delph. et vulg. *pugnantibus*. 'Pugnantibus horis,' ut infra 264. 'Inde cadunt noctes, surguntque in tempora luces, Donec ad ardentis pugnarunt sidera cancri.' ut igitur noctes diebus pugnant, ita horæ horis, nocturnæ scilicet diurnis. Ergo horæ, generali epitheto, *pugnantes* dicuntur. Ergo falsum est, *tantum non esse spatium horis* in universum. Sensit hoc Salmasius; ideoque in Solinianis sic locum interpolat: *Cum sp. non sit statum pugnantibus h. Statum*, certum, statutum. Sed, cum *statum* priorem syllabam corripiat, error manifestus est; viro tamen magno, ob multa merita, condonandus. Repono, *Cum sp. non sit tantum brumalibus h.* Cum non sit tantum in die spatium brumalibus horis, quæ brevissimæ sunt; ut æquent duodecim horas vernales seu æquinoctiales, quem numerum poscit ratio et computatio: sed res et usus non capit. *Brumalibus horis*, ut infra III. 265. 'Atque ibi conversis vicibus mutantur in horas Brumales.' et IV. 326. 'Quod facit æquales luces brumalibus umbris.' Ovid. Met. IV. 199. ad solem amore delirantem, 'modo surgis eoo Temporius cælo: modo serius incidis undis, Spectandique mora brumales porrigis horas.'' *Bent.* 'Non placet hoc *tantum* magno Salmasio, qui proinde emendavit *statum*, ut sit sensus verborum: Non possunt binis horis omnia signa ascendere, cum horarum mensura non sit stata et certa, si modo tamen duodenas horas in

NOTÆ

246 *Quem numerum &c.*] His 29. vss. docet interea ex data occasione, quæ sit dierum ac noctium horarumque varia mensura, quæve ejus diversitatis reperiendæ facilis ratio tenenda sit. Hanc autem regulam accommodat horis ac diebus noctibusve Italicis, ut jam sigillatim annotabitur. Porro hos 54. vss. seqq. e sua sede in alienam transtulerat Scaliger, nimirum post vs. 492. nos eos in suam sedem retulimus; bene enim cum superioribus cohærent. Neque enim abs re est ut Manilius, agens de dierum, noctium, ac horarum inæqualitate, data occasione, horarum ac dierum mensuram doceat, antequam veras cujusque signi ascensiones tradat, ubi veterem illam sententiam de binis horis in singula signa jam satis refellisse visus est. Nec refert quod eandem iterum postea refutet.

Nec tibi constabunt aliter vestigia veri,
Ni, lucem noctemque pares dimensus in horas,
In quantum vario pateant sub tempore noris;
Regulaque exacta primum formetur in hora,
Quæ sub lance dies æqua perpendat et umbras.

cipere, licet usus non admittat. Neque enim alio modo cognosces certas vias veritatis, nisi mensus fueris noctem et diem in æquales horas, et cognoveris in quantum tempus protrahantur in diverso tempore anni; et nisi primo norma ducatur in horas diligenter partitas, quæ quidem norma quasi examinet et tardum diem et tardas

omni die servamus. Ad eundem fere intellectum dare Auctor potuit, *Cum spatium non sit sibi par, &c. Brumalibus horis*] Codici Paris. et Regiom. cum Scaligero convenit, qui dedit *pugnantibus*. Bene. Non enim pugnant tantum horæ brumales cum æstivis, verum etiam diurnæ cum nocturnis ob inæqualitatem.' *Stoeb.*—247 'Hæc et sequentia superioribus tam manifesta connexione cohærent ut mirer importunum Scal. studium, qui extra codicum testimonium, rationemque adeo ipsam, hæc sedibus suis exturbare fuit ausus, et in peregrinum locum ablegare. Nam postquam eorum sententiam explosit Manil. qui binas tribuunt horas signis surgentibus, quid aptius et convenientius facere potuit, quam assignare tempus, æquinoctii nimirum, quo ratio ista verax est, et locum habere potest?' *Huet.* 'Hos versus qui sequuntur, numero quattuor et quinquaginta, Scaliger in secunda editione extra locum, quem in codicibus habent, detrudit ultra versum 482. quod ob facinus pœnas dedit Salmasio ad Solinum, et postea Huetio: neque ego vel defendo vel excuso.' *Bent.* Vide Delph. not. infra. 'Eadem versuum series in Codd. Paris. et Lips. quam Regiom. quoque servavit.' *Stoeb.*—250 Scal. Delph. et vulg. *exactas .... horas.* 'Vetusti quattuor *exacta*. Repone *exacta ... hora*. Nisi regula formetur in hora exacta sive æquinoctiali.' *Bent.* 'Ita Cod. Lips. q. d. in hora æquinoctiali. Regiomontanus autem, consentiente Cod. Paris. quibus accedunt Scaliger et eo vetustiores, *exactas in horas*, i. e. sincera æqualitate distributas. Has autem horas mox docet Auctor bis in anno horologiis sciothericis colligi posse, scil. circa æquinoctium autumni, quod in libra fit; quum, confecto æquinoctio, diem noctes vincere incipiunt: et circa æquinoctium vernum; quo peracto, noctes concedunt diebus.' *Stoeb.*—251 Rom. et vulg. *Quæ segnemque diem.* Gembl. *Quæ signemque diem.* 'Munit viam ad veram lectionem, *Quæ signetque diem sedes, perpendat et umbras.* Trajectio: quæ sedes signet diem, et perpendat umbras. Sic Virgilius: 'Sunt aliæ,

NOTÆ

Debet] Sup. capere. Scilicet quodlibet signum continet 30. grad. quælibet hora 15. grad. unde ratio videtur docere binas horas in singula signa duci. Verum id usus non capit; quia tempora dierum non mensurantur zodiaci longitudine, sed signorum ascensione, quæ modo recta, modo inflexa surgunt.

250 *Exacta* [*exactas*] Diligenter partitas.

251 *Quæ sub lance* [*segnemque diem*] *&c.*] Ita restituendum. *Segnem* enim vocat diem ac noctem, quæ longior ac tardior fertur: quales feruntur in principio cancri dies, et noctes initio capricorni. Scaliger, *Quæ signetque diem sedes perpendat et umbras.* Vulg. *Quæ segnemque diem sedes, &c.* Quæ sanæ non sunt lectionis, sed veræ tantum sententiæ vestigia.

Hæc erit, in libra cum lucem vincere noctes
Incipiunt, vel cum medio concedere vere.
Tunc etenim solum bis senas tempora in horas
Æqua patent, medio quod currit Phœbus olympo,
Is cum per gelidas hyemes summotus in austros

noctes. Hæc autem regula ducetur in libra, quando noctes incipiunt superare diem, aut quando in medio vere incipiunt cedere diebus. Tunc enim tantum tempora paria dierum ac noctium extenduntur in 12. horas, eo quod sol volitat in medio cælo. At cum sol remotus ad meridionales partes lucet in octavo gradu duplicis

quas ipse vias sibi repperit usus.' id est, sunt aliæ viæ, quas repperit usus.' *Scal.* 'Libri vett. *Quæ signemque diem sedem p. e. u.* Repono, *Quæ sub lance dies æqua p. e. u.*' Bent. Delph. *segnemque diem.* Vid. not. inf. 'Minime concedunt hanc mutationem Libri præstantiores, nec sententiæ ratio eam admittere ullo pacto potest. Cod. Paris. sic, *Quæ segnesque dies segnes perpendat et umbras.* Idem pro altero *segnes* in marg. *sedes,* quod Regiom. ceterique receperunt, adeoque sic versum constituerunt: *Quæ segnemque diem sedes perpendat et umbras.* Ordo verborum, Quæ sedes perpendat et segnem diem et umbras seu noctes, (uti supra ad vs. 194.) Ut horarum iniri ratio possit, demendum est *segnitiei* seu longitudini dierum, et noctibus tribuendum; ut hæ illis æquentur. Illi enim eo, quo Manilius scripsit loco, majus spatium agunt per annum ac noctes. Atque ad hanc quoque rationem Rutilius de ineunte autumni tempore, non minus scite quam venuste, I. 183. 'Et jam nocturnis spatium laxaverat horis Phœbus chelarum pallidiore polo.' Ceterum *segnis, piger, tardus* synonyma sunt ejus, qui longum temporis spatium motu cursuve absolvit. Hoc sensu 'piger Bootes' Ovidio audit Fast. III. 405. qui 'tardus' Catullo. 'Tarda lumina' Nostro dicuntur 'æstiva' I. 568. ubi vide notam.' *Stoeb.*—255 Rom. et vulg. et sic Paris. et Regiom. *cum currit.* Reposuit Scal. ex Gemb. *quod currit.*—256 Scal. Delph. et vulg. *Hic.* 'Huet. reponit *Hinc.* Sed vetusti tres *his*, et Gemb. *is.* Recte *Is.* *Is*, Phœbus scilicet, in versu priore. Sic Virgilius Æn. VIII. 321. de Saturno, 'Is genus indocile ac dispersum montibus altis Composuit.'' *Bent.* Ibid. Rom. et vulg. *astro.* Correxit Scal. ex Gemb. 'Cod. Paris. et Regiom. *Hic.* Cod. Lips. *His.* *hiemes*] Lips. *hieme.* Pontedera, § 8. *hiemis.* sic quoque Cod. Paris. Codd. Paris. et Lips. *in astro.* Regiom. *in austrum.* Ponted. l. c. *in astra.*

NOTÆ

252 *Hæc erit, in libra, &c.*] Methodum proponit inveniendi brevitatem longitudinemque dierum ac noctium. A libra ad capricornum colligitur noctium longissima mensura: dierum vero brevissima sors. Et contra ab ariete ad cancrum colligitur dierum sors longissima, noctium vero brevissima. Quæ tamen mensura temporum mutatur pro varia elevatione poli super horizontem. Quo enim polus magis attollitur, eo longiores sunt dies in cancro, noctes vero breviores; et contra, eo breviores sunt dies in capricorno, noctes vero longiores. Recte autem a libra et ab ariete mensura temporum duci debet, quia dies ac noctes in iis æquales semper sunt. Loquitur autem Poëta, ut monui, habita ratione populorum septemtrionales terras incolentium.

253 *Medio vere*] Nimirum in ariete.

255 *Olympo*] Cœlo, I. 178.

256 *In austros*] In partes meridionales, habita quidem ratione nostri.

Fulget in octava, capricorni parte biformis;
Tunc angusta dies vernales fertur in horas
Dimidiam atque novem: sed nox oblita diei
Bis septem, apposita numerus ne claudicet hora
Dimidia. Sic in duodenas exit utrimque,
Et redit in solidum naturæ condita summa.
Inde cadunt noctes, surguntque in tempora luces;

capricorni in frigida hyeme, tunc brevis dies volvitur in novem horas vernas cum dimidia. Nox vero immemor lucis fertur in quatuordecim horas, addita dimidia hora, ne summa non compleatur. Ita numerus dierum ac noctium constitutus abit et revertitur ex utraque parte in integram summam naturalem diei. Ex una parte noctes minuuntur, et dies crescunt in tempora, usque dum certando pervenerint ad

Sequere Regiom. et tutissimus ibis.' *Stoeb.*—258 Rom. et vulg. *vertit.* 'Sed Gemb. habet *fertur.*' Scal. 'Ms. Paris. et editi veteres, *vertit*; a quibus cur h. l. discedamus, causam non intelligo.' *Stoeb.*—260 '*Bis septem* (,) Regiom. sic interpungit: *Bis septem apposita* (:) *num. ne claudicet* (:) quo significat hæc, *numerus ne claudicet*, in parenthesi esse legenda. Cod. Paris. pro *numerus* leg. *numeris.*' Stoeb.—261 Paris. et Regiom. *Dimidias.* Ibid. Scal. Delph. et vulg. et sic Paris. et Regiom. *utrumque.* 'Recte codex Venet. *utrimque.*'

NOTÆ

257 *In octava capricorni parte, &c.*] Loquitur ad mentem veterum astronomorum, qui brumæ initium posuerunt in octavo tantum capricorni gradu. Quia enim sol, ante et post initium capricorni, vix dierum ac noctium mutationem reddere videtur, propter zodiaci flexuram, quæ in majori arcu, qualis est zodiacus, non percipitur, aut vix sentitur; ideo in octavum grad. capricorni brumale solstitium referebant: sic et verni temporis initium in octavum grad. arietis; æstivum solstitium in octavum grad. cancri; autumni principium in octavum grad. libræ. Sed hunc errorem veterem jam recentiores astronomi castigaverunt.

258 *Vernales, &c.*] I. e. quæ ab hyemalibus crescunt in vernales.

259 *Dimidiam atque novem*] Loquitur Poëta ex doctrina Eudoxi, qui de sphæra scripserat ad elevationem poli grad. 36. Itaque juxta hanc doctrinam recte statuitur dies brevissimus in bruma horarum 9½, quales contingunt regionibus ac civitatibus, quæ in quinto climate continentur; v. g. Babyloniæ, Rhodi, &c. Dies autem iisdem regionibus ac civitatibus longissima est in solstitio æstivo horarum 14½. Cujus rei ratio colligitur ex diverso climatum genere ac numero. Quodlibet enim clima facit ut una semihora dies noctesve crescant, initio ducto ab ipso æquatore hinc inde ad polos mundi. Res patet in hac tabella, in qua prior numerus est 24. climatum; secundus 48. parallelorum; tertius certæ elevationis poli pro vario climate ac parallelo; quartus dierum solstitialium, i. e. longissimorum in quolibet climate; quintus latitudinis climatum per gradus ac minuta.

Donec ad ardentis pugnarunt sidera cancri.

NOTÆ

Climata	Paralleli	Elevatio Poli. D.	M.	Dies Solstitial. D.	M.	Latitud. D.	M.	Climata.	Paralleli	Elevatio Poli. D.	M.	Dies Solstitial. D.	M.	Latitud. D.	M.
1	1			11.	0.	8.	30.	13	25	58.	24.	18.	0.	1.	34.
	2	8.	30.	12.	30.				26	59.	58.	18.	30.		
2	3	8.	30.			8.	70.	14	27	59.	58.	18.	30.	1.	12.
	4	16.	37.	13.	0.				28	61.	19.	19.	0.		
3	5	16.	37.	13.	0.	7.	26.	15	29	61.	19.	19.	0.	1.	10.
	6	24.	3.	13.	30.				30	62.	29.	19.	30.		
4	7	24.	3.	13.	30.	6.	34.	16	31	62.	29.	19.	30.	0.	59.
	8	30.	37.	14.	0.				32	63.	28.	20.	0.		
5	9	30.	37.	14.	0.	5.	45.	17	33	63.	28.	20.	0.	0.	49.
	10	36.	22.	14.	30.				34	64.	17.	20.	30.		
6	11	36.	22.	14.	30.	4.	57.	18	35	64.	17.	20.	30.	0.	40.
	12	41.	20.	15.	0.				36	64.	57.	21.	0.		
7	13	41.	20.	15.	0.	4.	13.	19	37	64.	57.	21.	0.	0.	31.
	14	45.	33.	15.	30.				38	65.	28.	21.	30.		
8	15	45.	33.	15.	30.	3.	33.	20	39	65.	28.	21.	30.	0.	23.
	16	49.	6.	16.	0.				40	65.	51.	22.	0.		
9	17	49.	6.	16.	0.	2.	55.	21	41	65.	51.	22.	0.	0.	17.
	18	52.	1.	16.	30.				42	66.	8.	22.	30.		
10	19	52.	1.	16.	30.	2.	27.	22	43	66.	8.	22.	30.	0.	12.
	20	54.	28.	17.	0.				44	66.	20.	23.	0.		
11	21	54.	28.	17.	0.	2.	7.	23	45	66.	20.	23.	0.	0.	7.
	22	56.	35.	17.	30.				46	66.	27.	23.	30.		
12	23	56.	35.	17.	30.	1.	49.	24	47	66.	27.	23.	30.	0.	3.
	24	58.	24.	18.	0.				48	66.	30.	24.	0.		

Atque ibi conversis vicibus mutantur in horas
Brumales; noctemque dies, lucemque tenebræ
Hybernam referunt, alternaque tempora vincunt;
Nunc huc nunc illuc gradibus per sidera certis
Impulsæ: quarum ratio manifesta per artem
Collecta est, venietque suo per carmina textu.
Atque hæc Niliacas demum est mensura per oras,
Qua rigat æstivis gravidus torrentibus arva
Amnis, et erumpens imitatur sidera mundi

stellas calidi cancri. Et in eo loco, vice versa, dies vertuntur in horas hybernas, et dies imitantur noctem hyemalem, et noctes diem hyemalem, et superant vicissim tempora, dum deducuntur certis partibus per signa modo in hanc, modo in illam partem. Quarum noctium et dierum modus certus repertus est per disciplinam, et iterum dabitur suo ordine per versus. Et hæc est tandem mensura dierum ac noctium per illas regiones, quas Nilus fluvius, qui tumescit fluctibus æstivalibus, irrigat, et qui influens per septem ostia et fauces, quæ propulsant ipsum mare, sequitur

Bent.—264 ‘Regiom. *pugnarit*, pro quo rectius Paris. *pugnarint*.’ Stoeb. et sic Rom. et vulg. Mutavit Scal. ex Gemb.—265 Rom. vulg. Paris. et Regiom. *ubi*. Correxit Scal.—271 Scal. Delph. et vulg. *Atque hæc est illas*. ‘Libri veteres mendose, *Atque hæc illa demum est mensura per horas*. Repono, *Atque hæc Niliacas demum est mensura per oras*. Ex mutilato vocabulo *Niliacas* remansit *illa*. Noster I. 217. ‘Nusquam invenies fulgere Canopum, Donec Niliacas per pontum veneris oras.’ *Bent*. ‘Non debuit tentari scripta et vulgata vetus lectio, Regiomontano præsertim ac ceteris Editoribus probata, eaque non insulsa penitus. Ita enim illa, *Atque hæc est illas demum mensura per oras*. Regiom. Ald. et Rom. *horas*. non male; si cum iisdem Editoribus post legas, *Quas rigat, &c.*’ Stoeb.—272-3 Scal. et vulg. *Quas .... amnis Nilus*. ‘*Amnis* quidem de Nilo recte dicitur; ut de eo Virg. Georg. IV. 293. ‘Usque coloratis amnis devexus ab India.’ Sed *amnis Nilus*, sic junctim positum, geographi potius est quam poëtæ. Repone, *Qua r. æ. g. t. arva Amnis, &c.* Per oras Niliacas, qua amnis rigat arva. Horat. Carm. III. 3. 45. ‘Horrenda late nomen in ultimas Extendat oras, qua medius liquor Secernit Europen ab Afro, Qua tumidus rigat arva Nilus.’ Vide vero quibus gradi-

NOTÆ

260 *Numerus ne claudicet*] I. e. ut summa 24. hor. diei naturalis adimpleatur.

262 *In solidum*] In 24. horas, quæ sunt solida summa diei naturalis.

263 *Inde*] I. e. ab initio capricorni ad cancrum.

265 *Atque ibi*] I. e. ab initio cancri ad capricornum.

269 *Per artem*] Per methodum supra traditam vs. 250.

271 *Atque hæc, &c.*] His 4. vss. posterioribus monet eam, quam tradidit, mensuram dierum ac noctium, Ægypti regionibus contingere.

272 *Æstivis gravidus*] Nilus æstivo tempore totam Ægyptum suis restagnationibus obrutam tenet et fœcundat, I. 44.

273 *Imitatur sidera mundi*] Lunam scilicet et solem, quæ sicut maria, ita Nili æstus movent, terrisque im-

Per septem fauces, atque ora fugantia pontum.
Nunc age, quot stadiis et quanto tempore surgant
Sidera, quotque cadant, animo cognosce sagaci;
Ne magna in brevibus pereant compendia dictis.

stellas cœli. Jam vero age, percipe solerti mente ac perspicaci animo, quot stadiis, et quanto tempore, signa quæque exoriantur, quotque occidant, ne longæ epitomæ ca-

bus error creverit. Cum *quas* reposuissent librarii pro *qua*, sequebatur ut eraderent *arva:* cumque in priore versu disperiisset *Niliacas*, necesse erat ut *Nilus* huc ingereretur.' *Bent.* 'Libri scripti pariter ac impressi, tantum non omnes, hunc versum sic repræsentant: *Quas rigat æstivus gradibus torrentibus amnis Nilus, et erumpens, &c.* Cur autem *æstivis gradibus*, intelliges ex infra dicendis ad vs. 634. ubi rursus Bentleium, frustra tamen, suum *arva* videbis substituisse.' *Stoeb.*—276 Rom. et vulg. et sic Paris. *quoque.* 'Scribe *quotque cadant.* quot stadia. Supra, 'Quot surgant in quoque loco cedantque per horas.'' *Scal.*—277 Rom. et vulg. *Ne magna in brevibus.* 'Tolle τὸ in. *Ne magna brevibus careant.* Positio syllabæ committitur in sequenti. Supra, 'Quæque loca triplici signarit linea ductu.' Compendia ne careant brevibus dictis. Hoc est, quod superius dixerat: 'Ut brevia in longo compendia

NOTÆ

mittunt, et referunt, ut dixit Poëta II. 89. 90. et seqq. Ita enim credidere veteres. Recentiores autem Nili æstum referunt in nives, quæ per æstatem liquefiunt, et ruunt e montibus Æthiopiæ. Nescio ego quid commentus sit Scaliger de similitudine Nili septem ostia habentis, cum septem planetis. Quasi vero ea fuerit Manilii mens.

274 *Pontum*] Mare Mediterraneum, in quod se Nilus exonerat magno cum impetu. Unde Papin. Theb. VIII. de Nilo dixit: 'septemque patentibus arvis In mare fert hyemes.'

275 *Nunc age*] His 3. vss. monet se traditurum methodum inveniendi tempus et horas, quas singula signa ducunt, dum oriuntur et occidunt. Duplicem autem ejusmodi tradit methodum, alteram a vs. 278. ad vs. 301. alteram vero a vs. 301. ad vs. 321. Porro loquitur tantum Poëta de horis et stadiis, quibus singula signa zodiaci exoriuntur, et occidunt: de aliis vero temporum rationibus nec mentionem facit, nec methodum tradit: verum facile est ceteras temporis sortes ad hæc duo genera referre. Itaque duplicem methodum traditurus est inveniendi illius utriusque temporum sortis, horarum scilicet et stadiorum. Quid autem sint stadia, de quibus hic agit Manilius, et quot per totum zodiaci circulum ducantur, jam infra sumus explicaturi: et ex ejusdem dictis ac doctrina figuram pag. 434. excudi curavimus, in qua quasi sub oculos subjecimus totam hanc de stadiis Manilianam rationem. Alias enim non ita obvium cuique fuisset hoc stadiorum genus, diversum per diversos signorum ortus et occasus, quos vulgus ascensiones et descensiones vocat. Interim moneo non convenire inter se auctores de stadiorum numero per totum zodiacum. Alii enim plus, alii minus quam 720. stadia esse volunt. Consule Firmic. III.

277 *Ne magna in brevibus, &c.*] Sic II. 928. 'Ut brevia in longo compendia carmine præstem.'

Nobile lanigeri sidus, quod cuncta sequuntur,
Dena quater stadia exoriens, duplicataque ducit
Cum cadit: atque horam surgens ejusque trientem
Occupat; occiduus geminat: tum cetera signa
Octonis crescunt stadiis orientia in orbem,
Et totidem amittunt gelidas vergentia in umbras.
Hora novo crescit per singula signa quadrante,

reant brevibus verbis. Primo præclarum signum arietis, quod dux est ceterorum, sumit sibi quadraginta stadia, cum surgit: et dum occidit assumit illa stadia geminata: et sic dum exoritur, tenet unam horam integram, et tertiam horæ partem: dum vero cadit, duplicat. Cum reliqua signa surgentia super terras augentur octo stadiis; et delabentia in frigidas tenebras perdunt tot stadia; hora quidem in iis singulis signis augetur uno novo quadrante horæ, et tot horæ partibus, ex quot par-

carmine præstem.'' *Scal.* 'Sic Scaliger; et versu contra morem Auctoris scabro, et sensu perverso aut nullo. Libri omnes, *Ne magna in brevibus.* Repone, *Ne magna in brevibus pereant compendia dictis.* Animum sagacem adhibe: ne, dum brevitati studeo, magna artis commoda et compendia prætervolent te et pereant.' *Bent.* 'Malim sequi Regiom. qui legit, *Ut magna in brevibus veniant compendia dictis.* Eodem redit lectio Cod. Paris. *Ne magna in brevib. careant compend. dict.* Ubi *careant*, pro *deficiant*. *Compendium* h. l. utilitas, commodum. Ita enim accipiunt vocem, qui Latine loquuntur. Noster infra IV. 19. 'damna' et 'compendia vitæ,' vel rerum, componit. Arnobius II. p. m. 86. med. 'Quid est vobis,' inquit, 'investigare, conquirere, quisnam hominem fecerit? animarum origo quæ sit? &c. quæ neque scire compendium, neque ignorare detrimentum est ullum.' Ad vs. 278. confer Ponted. Epist. § 3.' *Stoeb.*—281 'Sic Cod. Paris. in textu; *gemina* in margine pro var. lect.' *Stoeb.* Ibid. Scal. Delph. et vulg. et sic Paris. et Regiom. pro *tum*, *cum*. 'Alii dicerent *quum crescant*. Sed probum est *quum crescunt*. Ennius: 'quom volito vivo per ora vivom.' *Scal.* '*Cum crescunt*, pro *crescant* excusat Scaliger. Sed religio nulla vetat, quo minus *tum* reponatur.' *Bent.* —283 Rom. et vulg. *rigentia*. Paris. *eademque rigentia*. 'Legendum haud dubie *vergentia*. Gelidum solet vocare, quod solis aut stellarum lumine pri-

NOTÆ

278 *Nobile lanigeri, &c.*] His 8. vss. docet Poëta arietem, dum exoritur, occupare stadia 40. i. e. hor. 1. et minut. 20. Dum vero occidit, tenere stad. 80. i. e. hor. 2. et min. 40. Quinque vero reliqua signa, taurum, geminos, cancrum, leonem, et virginem, dum exoriuntur, singula crescere stad. 8. Non ita tamen ut æquali spatio singula ascendant; sed ut quodque signum sequens præcedenti addat semper stadia octo. Sic quia aries ascendit stad. 40. taurus sequens ascendet stad. 48. gemini, stad. 56. cancer, stad. 64. leo, stad. 72. virgo, stad. 80. Dum autem hæc signa quinque occidunt, non duplicant, ut aries, hanc stadiorum summam; sed amittunt, ordine quidem mutato, ita ut taurus occidat stad. 8. minus quam aries; gemini stad. 8. minus quam taurus, et ita de ceteris: aries autem occidat stad. 80. taurus ergo occidet stad. 72. gemini, stad. 64. cancer, stad. 56. leo, stad. 48. virgo, stad. 40. Tota hæc res patet in hac tabula, pag. sequenti posita.

Tertiaque in quinas partes pars ducitur ejus.

NOTÆ

Stadiasmorum Ratio.

Ortus					*Occasus*				
Signa	*Stadia*	*Horæ*	*Minuta*	*Gradus*	*Signa*	*Stadia*	*Horæ*	*Minuta*	*Gradus*
♈	40.	1.	20.′	20.	♈	80.	2.	40.′	40.
♉	48.	1.	36.′	24.	♉	72.	2.	24.′	36.
♊	56.	1.	52.′	28.	♊	64.	2.	8.′	32.
♋	64.	2.	8.′	32.	♋	56.	1.	52.′	28.
♌	72.	2.	24.′	36.	♌	48.	1.	36.′	24.
♍	80.	2.	40.′	40.	♍	40.	1.	20.′	20.
Ortus					*Occasus*				
♎	80.	2.	40.′	40.	♎	40.	1.	20.′	20.
♏	72.	2.	24.′	36.	♏	48.	1.	36.′	24.
♐	64.	2.	8.′	32.	♐	56.	1.	52.′	28.
♑	56.	1.	52.′	28.	♑	64.	2.	8.′	32.
♒	48.	1.	36.′	24.	♒	72.	2.	24.′	36.
♓	40.	1.	20.′	20.	♓	80.	2.	40.′	40.
Signa	*Stadia*	*Horæ*	*Minuta*	*Gradus*	*Signa*	*Stadia*	*Horæ*	*Minuta*	*Gradus*

Hæc sunt ad libræ sidus surgentibus astris

tibus tertia illius pars constat ; et præterea tertia pars illius quadrantis horæ erogatur in tot partes quot sunt signa illa crescentia. Hæc eadem sunt augmenta sig-

vatum est. In Sphæra, 'Et gelidum extremo lumen sentimus ab igne :' hoc est, languens a luce. Sic frigidum est ἄναστρον: 'Frigida cæruleo contorquet lumina vultu.'' *Scal.*—285 Scal. et vulg. *quartas partes inducitur.* Delph. *quantas.* Vid. not. inf. 'Libri veteres: Gemblacensis, *Tertiaque in quarta parte sic ducitur ejus.* Lipsiensis, *si ducitur.* Vossianus, *partes educitur.* Sen-

NOTÆ

279 *Dena quater stadia*] I. e. stadia 40. Singula autem stadia hæc Maniliana respondent binis horæ momentis ; respondent et singulis semigradibus zodiaci. In die sunt 24. horæ : in singulis horis minuta 60. in zodiaco gradus 360. Igitur sunt omnino stadia Maniliana hæc 720. ut dicetur infra vs. 419. Manilius autem hanc stadiorum rationem accommodavit ad ascensiones et descensiones signorum, pro eo sphæræ habitu, quem statuit vs. 259. ad elevationem poli grad. 36. In hoc enim sphæræ situ arcus diurnus maximus, seu dies maxima, est horarum 14. cum dimidia. Arcus vero diurnus minimus, seu dies minima, horar. 9. cum dimid. Porro horis 14. cum dim. respondent stadia 435. horis vero 9. cum dim. respondent stadia 285. At duplex hæc summa 435. et 285. in unam ducta adimplet numerum supradictum stad. 720. sicut horæ 14. cum dim. et 9. cum dimid. adimplent horas diei 24. Jam vero eadem ratio accommodari posset ad alios sphæræ situs, mutata stadiorum summa ad ortum et occasum signorum, pro vario arcu diurno maximo et minimo. Quod et Manilius docebit infra vs. 395. et seqq.

Duplicata] I. e. 80. stadia.

280 *Ejusque trientem*] I. e. horæ tertiam partem, nimirum minuta 20. Est enim triens pars tertia assis: as autem vulgo sumitur pro solido et toto quovis, quod per duodecim partes dividi potest. Partes autem horæ sunt minuta 60. quorum tertia pars, seu triens, sunt 20.

281 *Cetera signa*] Nempe quæ ab ariete ad libram feruntur, taurus, gemini, cancer, leo, virgo.

282 *Octonis crescunt, &c.*] Ut explicui jam vs. 278.

283 *Totidem*] Scilicet, stad. 8.

284 *Hora novo crescit, &c.*] His 2. vss. nihil aliud vult Poëta, quam docere singula illa quinque signa, quæ ab ariete ad libram sequuntur, crescere minutis 16. Etenim cum singula crescant 8. stadiis, stadiaque 8. dent minuta 16. sequitur ut singula crescant minutis 16. Verum tota difficultas rei latet in ipsis Manilianis verbis. Itaque *hora*, i. e. illa hora et minuta 20. quibus aries ascendit, *crescit novo quadrante*, i. e. augetur minutis 15. *per singula signa*, i. e. per alia quinque signa sequentia, taurum, geminos, &c. *tertiaque*, suppl. pars ; *ejus*, sup. quadrantis, quod est quinque minuta. Namque quadrans horæ constat minutis 15. tertia autem pars 15. sunt 5. *Inducitur*, i. e. erogatur ac additur, non quidem tota simul et semel, sed *in quantas partes*, i. e. in tot partes divisa, quot sunt illa reliqua signa, in quæ inducitur et erogatur : sunt autem ea signa quinque : igitur tertia pars quadrantis horæ erogata in quinque signa, dat singulis tantum unitatem. Quæ unitas juncta cum 15. dabit 16. quæ summa est minu-

Incrementa: pari momento damna trahuntur,
Cum subeunt orbem. Rursusque a sidere libræ,
Ordine mutato, paribus per tempora versa
Momentis redeunt. Nam per quot creverat astrum
Lanigeri stadia aut horas, tot libra recedit.
Occiduusque aries spatium tempusque cadendi

nis quæ exoriuntur post signum libræ. Simili spatio temporis decrementa ducuntur illis, cum cadunt sub terras; et iterum a signo libræ, mutatis vicibus, revertuntur similibus spatiis per adversa tempora. Namque per quot stadia, aut horas sidus arietis excreverat, per tot libra decrescit. Quod momentum,

tentia hoc postulat. Hora crescit per minuta XVI. horæ quadrans est tantum XV. restat minutum unum, quod addendum est; et hoc versu exprimi debet. Repono, *Tertiaque in quinas partes pars ducitur ejus.* Hoc est, et tertia pars ejus quadrantis in quinas partes dividitur; id enim est ducitur. Tertia pars quadrantis est V. in quinas ducta est I. Sic III. 429. 'Tertia pars ejus numero superaddita tauri.'' *Bent.* '*in quinas partes pars, &c.*] Hoc est, Et tertia pars ejus quadrantis in quinas partes dividitur, id enim est ducitur. Tertia pars quadrantis est 5. in quinas ducta est 1. Itaque cuivis quadranti quinque signorum unum minutum seu scrupulum superadditur, quo fiant 16. In hoc omnino vertitur intellectus Auctoris. Vide autem, annon eundem sensum admittat vetus lectio quam Lipsiens. cum Editis nostris constanter servat, *Tertiaque in quarta parte si ducitur ejus.* At cæsura illa, *parte si*, minus bene habet. Vero longe similior scriptio Cod. Vossiani, legente Bentleio, *partes educitur.* Integrum ex illo Codice versum dare Viro ingeniosissimo visum non est. Putamus autem, eum sic esse constitutum: *Tertiaque in quartas partes educitur ejus.* Accedit huic Cod. Paris. qui sic habet, *Tertiaque in quartam partem seducitur ejus.* Ubi *seducitur* scribæ Librarii vitium, ex modulante dictantis ore conceptum, pro *si educitur.* Igitur hoc dicere vult Auctor: Quadrans horæ accedit reliquis quinque ascensionibus; et præter quadrantem illum tertia pars ejus quadrantis ducitur, i. e. erogatur s. producitur in quartas partes, i. e. in quadrantes ipsos. Nam quadrans horæ sunt 15. scrupula: tertia pars quadrantis 5. scrup. Ergo quum scrupula singula accedunt singulis quartis, sive quadrantibus, jam non quadrans erit 15. scrupulorum, sed 16. excessus accrescens singulis horariis temporibus ascensionum.' *Stoeb.*—288 Rom. et vulg. et sic Paris. et Regiom. *rursusque ad sidera libræ.* 'Scribe, *rursusque a sidere libræ.* eundem errorem supra in doctrina horarum castigavimus.' *Scal.*—292 Rom. et vulg. *tempusque oriendi.* 'Quomodo convenire possunt hæc duo, *occiduus* et *oriendi?* Contraria enim sunt, tanquam occidere et oriri. Sed Manilius scripsit, *tempusque ruendi Quod dabat.* Ruere diem aut noctem Oceano, solennis poëtarum locutio: 'ruit Oce-

NOTÆ

torum horæ, quibus singula signa crescunt exorientia. Hic locus hac interpretatione atque explicatione fuit illustrandus. Neque enim cuilibet facile obvius erat: unde vs. 285. fuit quoque restituendus.

286 *Hæc sunt ad libræ, &c.*] His 9. vss. docet cetera sex signa, libram, scorpionem, sagittarium, capricornum, aquarium, et pisces, pari modo se habere ad ascensiones et descensiones suas, quo se habuerunt sex signa priora ab ariete ad libram, vice versa.


Quod tenet, in tantum chelæ consurgere perstant.
Ejus in exemplum se signa sequentia vertunt.
Hæc ubi constiterint vigilanti condita mente,

quodve spatium occidendi aries occupat, quando occidit, in id tantum spatium libra luctatur exoriri. Et in ejus exemplum ea signa, quæ subsequuntur, movent se. Postquam autem hæ res repositæ fuerint in animo memori,

ano nox.'' *Scal.* 'Editiones priscæ, *tempusque oriendi.* Hoc cum ineptum esse videret Scal. in priore editione substituit *tempusque morandi;* in altera, *ruendi.* At Gemb. et Lips. in textu, *canendi,* et superne *vel oriendi.* Venetus vero et Voss. in ipso textu, *tempusque cadendi.* Vero igitur reperto cessent conjecturæ.' *Bent.*—293 Vulg. *cum surgere perstat.* 'Emendavimus olim, *in tantum chelæ consurgere perstant.* Assentitur Gemblacensis. Signa κατὰ συζυγίαν, hoc est, æqualiter a punctis æquinoctialibus distantia, sunt ἰσοανάφορα, hoc est, æquales ortus et obitus habent; quibus scilicet contingit recte oriri, et oblique occidere, aut contra. Virgo et chelæ, sive libra, æqualiter a punctis æquinoctialibus absunt. Ergo ἰσοανάφορα, &c.' *Scal.*—294 Regiom.

NOTÆ

295 *Hæc ubi constiterint, &c.*] His 6. vss. concludit ex dictis supra jam facile esse invenire signum horoscopans. Cum enim certo noveris quanto tempore, quotve horis, singula signa exoriantur, certoque observaveris quod signum sol decurrat, quaque diei hora quis nascatur, a sole retrocedendum est per signa ad ipsum signum tunc horoscopans. Res patet in hac figura, in qua sol tenet 5. grad. capricorni, ipsius vero cancri gradus 15. horoscopat.



Jam facile est tibi, quod quandoque horoscopet astrum,
Noscere: cum liceat certis surgentia signa
Ducere temporibus, propriisque ascribere in horas
Partibus; ut ratio signis ducatur ab illis,
In quîs Phœbus erit; quorum mihi reddita summa est.
Sed neque per terras omnes mensura dierum
Umbrarumque eadem est, simili nec tempora summa
Mutantur: modus est varius statione sub una.

tunc non erit difficile cognoscere, si quod signum aliquando horoscopans sit; quoniam jam poteris per certa spatia temporis habere signa exorientia, et distribuere in horas per suas quæque partes, ita tamen ut initium ducatur ab illis signis, in quibus sol erit, quorum ratio tradita est a me supra. Verum neque eadem mensura dierum ac noctium est per omnes regiones, nec tempora dierum ac noctium variantur æquali ratione. Ratio inæqualis est. Nunquam lana sideris Phryxæi, nec

versant. Paris. *versus.*—296 Scal. Delph. et vulg. pro *tibi, si.* ‘Illud *si* supervacuum est, et orationem inquinat. Repone *Jam f. e. tibi quod, &c.*’ Bent. ‘Libri veteres non inscite, *Jam facile est si quod quandoque, &c.* Id est: Jam facile est noscere, si quod astrum horoscopet, et quando. Illud *si* hoc loci valet *an*, uti apud Terent. Eunuch. III. 4. 7. ‘Idque adeo visam, si domi est.’ Et Phædrus ait de Vipera: ‘Hæc quum tentaret, si qua res esset cibi, Limam momordit.’ Ubi *si qua* non aliter accipiendum quam *an aliqua.* Vox autem *quandoque,* pro *et quando,* supra occurrit vs. 164. et infra vs. 484.’ *Stoeb.*—297 Vulg. *signis.* Et sic Paris. ‘Repone *signa.*’ Scal.—298 Vulg. et sic Paris. et Regiom. *propriasque ascribere in horas.* ‘Lege, *propriisque ascribere in horas Partibus.* Idem alibi plane eademque sententia: ‘In nulla fallet regione Horoscopus unquam, Quum poterunt certis numerari singula signa Temporibus parte ex illa, quam Phœbus habebit.’’ *Scal.*—300 Rom. et vulg. et sic Paris. et Regiom. *In quæ Phœbus erit.* ‘Archaismus, *in quæ erit.* Ulpianus: ‘in pubertatem decesserit.’ Cicero, ‘in Senatum dixi.’ Sed Gemblacensis habet *In quos.* Manifesto legendum *In quis.* Ibid. *quorum mihi reddita summa est*] Quorum signorum anaphorica summa et epilogismus redditus est. Gemblacensis *quarum:* id est, horarum. utrum melius, delibero.’ *Scal.*—302 Rom. et vulg. *tempora cursu.* Correxit Scal. ex Gemb. ‘Hoc *summa,* quod modo vs. 300. alio licet sensu, habuimus, minus venuste hic repeti videtur. Regiom. Ald. et Rom. *cursu,* quod malim; præsertim cum hoc in Ms. Palat. esse affirmet Barth. quamvis ab alia manu adscriptum, quod plane omissa vox fuit. Cod. Paris. sic, *nec tempore nota.*’ Stoeb.—303 Scal. Delph. et vulg. et sic Paris. et Regiom. *modus est varius*

NOTÆ

300 *Reddita summa est*] Nimirum a vs. 278. ad vs. 295. Hactenus igitur de prima methodo Maniliana inveniendi signi horoscopantis.

301 *Sed neque per terras, &c.*] Jam tertiam redditurus rationem cur methodus de binis horis per ortus singulorum signorum falsa sit, his 6. vss. monet non ubique terrarum, neque in cunctis regionibus, noctes ac dies æquales esse, neqnidem sub ipso ariete et libra, si cuncta signa exoriantur in binas horas. Quod quidem jam infra demonstraturus est a vs. 323. ad vs. 334.

Nam qua Phryxæi ducuntur vellera signi,
Chelarumque fides, justæque examina libræ;
Omnia consurgunt binas ibi signa per horas:
Quod medius recto præcingitur ordine mundus,
Æqualisque super transversum vertitur axem.

fila chelarum, nec æquilibria æquæ libræ exoriuntur eadem ac æquali summa, si nempe cuncta signa exoriuntur singula per duas horas. Equidem in ea terrarum parte, qua cælum cingitur recta sphæra, et qua æquale vertitur super axem hinc

Ratione sub una, &c. 'Hæc et verbo et distinctione peccant. Repone, *modus est varius statione sub una.* Una statio est zodiaci, sed varius dierum est modus. Sic infra de re eadem, III. 335. 'statio quando illius una est, Nostræ mutantur sedes.' *Bent.*—304 Scal. Delph. et vulg. *Nunquam*, et mox 306. pro *ibi*, *si*. 'Ita duo manuscripti, Gemblacensis et alter: item veteres editiones, præter textum Bonincontrii: ubi ineptissime est, *omnia quin surgunt binas sibi signa per horas.* Quod homini tenebras offudit, ne posset ne minimum quidem in sententia horum versuum videre. Legendum vero, *Omnia consurgunt binas si signa per horas.*' Scal. '*Nunquam* codices universi; at iidem *sibi signa*, pro *si signa*. Ipsa sibi sententia emendationem ministrat. Repone, *Nam qua P. d. v. s. C. f. j. e. l. O. c. b. ibi s. p. h.* Incassum hic laborat Scal. nec melius res Huetio cedit.' *Bent.* 'Libri omnes *Numquam*. Ms. Lips. cum Paris. et Libri nostri, *sibi*. vitiose. Scaliger emendavit *si*, quod textus rerum omnino postulat. Jam enim in eo est Auctor, ut confutet vanitatem opinionis, quæ binas horas ascensionibus signorum attribuit. Argumentum, quod hujus loci est, ab inæqualitate ascensionum eodem in loco deductum. Nam Alexandriæ aries oritur gradib. 20. 23′. taurus 24. 9′. Ergo non sunt æquales ascensiones: neque igitur binarum horarum.' *Stoeb.*—307 Scal. Delph. et vulg. *Quo.* 'Manifesto legendum: *Quos medius recto percingitur ordine mundus, Illis perpetua junguntur pace diebus Obscuræ noctes.* Est principium descriptionis climatum ab æquinoctiali ad polum. Per quos homines transiens mundus percingitur recto ordine. Sed in Gemblacensi legitur *Illi* non *Illis.* Tunc τὸ *illi* esset *illic*, et retinendum esset *Quo: Quo medius recto præcingitur ordine mundus Illi perpetua junguntur pace diebus Obscuræ noctes.* quod magis placet. *Illi* Cicero dixit non semel pro *illic*, ut alibi notamus. Verissima est ea lectio.' *Scal.* 'Libri omnes *Quod medius.* Recte, ut mox 314. 'Una quod æquali.' Causam reddit, cur sub ariete et libra signa omnia in binas

NOTÆ

304 *Phryxæi ... vellera signi*] Aries, qui dictus est Phryxæus a Phryxo, Athamantis ex Nephele filio, II. 34.

305 *Chelarumque fides*] Filamenta pedum scorpionis, quæ sumuntur passim a Manilio pro ipso libræ signo, I. 609.

307 *Quod medius, &c.*] His 16. vss. concedit quidem Poëta tempora dierum ac noctium æqualia esse iis regionibus ac gentibus quæ sub ipso æquatore jacent, rectamque sphæram habent qualicumque in signo fuerit sol. Eo quod iis populis recto semper ordine mundus supra terras fertur, æqualique semper sole una lustratur linea. Æquator quippe efficit æquinoctia.

Mundus] Cælum.

308 *Transversum ... axem*] Utrumque polum, quo uterque extremus axis mundi oppositus vertitur, I. 279.

Illic perpetua junguntur pace diebus
Obscuræ noctes: æquo stat fœdere tempus,
Nec manifesta patet falsi fallacia mundi,
Nec similis simili toto nox redditur ævo.
Omnibus autumnus signis, ver omnibus unum;
Una quod æquali lustratur linea Phœbo.
Nec refert tunc quo Phœbus decurrat in astro;
Littoreumne coquat cancrum, contrane feratur;
Sideribus mediis, an quæ sint quatuor inter.

inde oppositum, in ea quidem parte noctes tenebris involutæ concordant diebus æterno fœdere: tempus utrumque manet in pari concordia: neque ulla inæqualitas cœli inæqualis aperta videtur, et nox similis sibi volvitur perpetuo tempore: unus est autumnus, unumque ver omnibus signis, eo quod una linea decurritur ab æquali semper sole. Neque differt, quo in signo tunc sol volvatur: an comburat cancrum arenosum, an volvatur in signis oppositis: an vero sit in mediis signis, quæ sunt inter

horas surgant.' *Bent.*—309 Scal. vulg. *Illi.* 'Gemb. a manu prima *Illa*, et postea *Illi;* quod ceteri codd. secuti sunt. *Illa* venit ab *Illic;* quod reponendum est.' *Bent.* 'Lege cum Mss. et Edd. antiquioribus, *Illis.*' Stoeb.—311 seq. 'Versus spurii et inepti. Si corrigendi essent, sic darem, *Sed similis luci toto nox redditur anno.* Sed idem supra dictum erat; et *falsi fallacia mundi εἰς κόρακας* ejiciendum.' *Bent.*—312 Rom. et vulg. *Nec similis simili toto nox vertitur orbe.* 'Gemblacensis longe melius: *Nec similis simili toto nox redditur ævo.* 'Similis simili' ἑλληνίζει. ἴσος ἴσῳ. Aristophanes: *Οἴμοι κύλικος ἴσης ἴσῳ κεκραμένης*, Est autem 'simile' *τὸ ὅμοιον*! *Ἀρχαϊκῶς ἀντὶ τοῦ ἴσου* dictum, quod in Sphæra Mundi notamus.' *Scal.* 'Regiom. *Sed similis simili orbe.* Cod. Paris. *Nec sim. sim. anno.*' Stoeb.—314 Paris. et Regiom. una voce *coæquali.*—317 'Et hic quoque irreptitius et insulsus. Nil refert utrum in cancro an

NOTÆ

310 *Tempus*] Dierum scilicet ac noctium.

311 *Fallacia mundi*] Inæqualitas cœli temporisve.

313 *Omnibus autumnus, &c.*] I. e. semper dies ac noctes æquales sunt in omnibus signis, estque semper in cunctis autumnus et ver; hoc est, tales sunt dies ac noctes in omnibus signis per illas regiones, quæ sub æquatore jacent, quales sunt per alias ubique regiones in autumno et vere. Scilicet populi sub æquatore degentes perpetuo autumno vereque fruuntur, nec dies aut noctes aliis alias minores aut majores habent.

314 *Æquali Phœbo*] I. e. neque modo remotiori, modo propiori, sed æquali semper ordine fulgente.

316 *Littoreum*] Qui littoribus delectatur in terris, II. 224.

Contrane feratur; Sideribus] Nempe capricorno, qui opponitur cancro per sidera, et ariete et libra.

317 *Mediis, an quæ sint quatuor inter*] I. e. an sit sol in signis, quæ media sunt inter hæc quatuor, cancrum, capricornum, arietem, et libram. In quocumque igitur signo sit sol, nil refert; semper enim dies et noctes æquales sunt iis populis, qui sub recto mundo degunt, i. e. sub æquatore.

Quod, quanquam per tres signorum circulus arcus
Obliquus jaceat, recto tamen ordine zonæ
Consurgunt, supraque caput subterque feruntur;
Et paribus spatiis per singula puncta resurgunt:

hæc quatuor: eo quod, licet orbis signorum ducatur in obliquum per tres zonas, illæ tamen zonæ exoriuntur tunc recto tractu, ducunturque et super caput nostrum, et supra terras; et iterum ascendunt per singulas periodos æqualibus semper spatiis

capricorno sol feratur. Hoc satis est. Et signa intermedia necessario concluduntur.' *Bent.*—319 Rom. et vulg. et sic Paris. *Obliquos jaceat.* '*Obliquus.* Miseret me Bonincontrii, quem vulgata lectio in nugarum casses induit. Quid indignius mathematico, quam putare circulum zodiacum jacere per tres circulos obliquos? Itane tropici et æquinoctialis, ut uno verbo dicam, paralleli circuli, obliqui sunt? τὸ *jaceat* de obliquitate circuli dictum etiam alibi tetigimus: 'Sed jacet obliquo signorum circulus orbe.' Sed magis ludibrium debet, quum legit *jaciat*, non *jaceat*. Pudet nugarum.' *Scal.*—320 Scal. Delph. et vulg. *terrasque feruntur.* 'Sane bene; quod cum dixisset *supra caput* nostrum, addidit *terrasque:* ne nos forte in luna habitare crederemur. Dedit Auctor *subterque feruntur.* *Subter* adverbialiter. Patet emendatio ex ipsa serie: *Consurgunt*, mane; *supra caput feruntur*, interdiu; *subter*, noctu; *resurgunt*, postridie. Quomodo sodes resurgerent; nisi prius *subter* latuissent.' *Bent.* 'Legendum esse *terrasque*, Libri omnes loquuntur. Itaque hoc censeo reponendum.' *Stoeb.*—321 Scal. Delph. et vulg. *lustra.* '*Lustra* interpretatur Scaliger, *periodos quascumque:* ut infra 580. 'lustra decem solis,' decem annos. Atqui hoc inauditum alias, et ad hæc ipsa loca accommodatum est. *Lustrum* ubique est quinquennium; *lustra duo* illic legendum, non *decem:* hic repone, *Et paribus spatiis per singula puncta feruntur.* In sphæra, inquit, recta zonæ surgunt paribus spatiis per singula circuli puncta.' *Bent.* 'Noluit Cl. Bentleius retinere illud *lustra*, quod Libri universi consensu ferunt, eo quod *lustrum* non nisi quinquennium ipsi notat. Auctor vero est Plinius, *lustrum* etiam dici quadriennium; quo exacto, easdem redire vices Eudoxus putavit. Cujus quidem placita cum Noster est amplexus, facilis est conjectura, eum vocem illam sensu astronomico, non sacro vel politico, dedisse. Ipsa Plinii verba leguntur Hist. Nat. II. 48. fin. 'Omnium quidem (si libeat observare minimos ambitus) redire easdem vices, quadriennio exacto, Eudoxus putat: non ventorum modo, verum et reliquarum tempestatum magna ex parte. Et hoc est principium lustri ejus, semper intercalari anno, Caniculæ ortu.' Poteris etiam *lustrum* pro quovis anno accipere, uti infra vs. 580. et apud Virgil. Æneid. I. 287. 'Veniet lustris labentibus ætas.' Loquitur enim de illis temporibus, ubi nulla adhuc lustra fuere condita, nedum Urbs fundata.'

NOTÆ

318 *Per tres signorum circulus arcus, &c.*] Zodiacus quippe tribus fasciis constat, I. 673. 'Sic per tres gyros inflexus ducitur orbis,' &c. Et vs. 665.

321 *Per singula puncta* [*lustra*] Per singulas periodos. *Lustrum* enim proprie dicitur aliquod temporis spatium, quo res certa recurrit. Sic, quia apud Romanos olim quinto quoque anno census fieri solebat, ejus quinquennii tempus dictum est *lustrum*. Hic autem a Manilio accipitur vel pro quotidiana vel annua zodiaci revolutione, quæ semper certo temporis spatio fit.

Ac bene diviso mundus latet orbe patetque.
At simul ex illa terrarum parte recedas,
Quicquid ad extremos temet deverteris axes,
Per convexa trahens gressum fastigia terræ,

temporis: et cœlum absconditur et apparet per æqualem arcum circuli. Verum si statim discedas ab ea parte terrarum, quantum spatii retraxeris te ipsum, et direxeris gressus tuos ab ultimo uno polo per globosam superficiem terræ, quam natura

---

Stoeb.—323 Scal. Delph. et vulg. *Et simul.* 'Gemblacensis male, *At simul ex illa.* Et simul ab æquinoctiali recedas, quacunque te tulerit gressus in Septentrionem. Sentit κατὰ τὴν στιγμιαίαν πάροδον κατὰ πλάτος fieri παράλλαξιν.' *Scal.* 'Libri veteres recte *At.*' Bent.—324 Scal. et vulg. *ab extremo temet præverterit axe.* 'Sic Scaliger et Huetius [quem vide inter notas huic Editioni appensas]: hic tamen *extremum axem* polum interpretatur, et *præverterit*, apparere inceperit; ille *extremum axem*, summum globi clivum sub æquinoctiali. Utrumque durum et coactum. Gemblacensis *ab extremo*, et superne pro lectione varia *ad extremos.* Contra, Lipsiensis in textu *ad extremos*, superne *ab extremo.* Vossianus simpliciter, *ad extremos.* Repone, *Quicquid ad extremos temet deverteris axes. Extremi axes*, polus uterque: recte; nam de utroque æque verum est. *Devertere*, a via recta sub æquatore. *Prævertere* nihil loci hic habet. *Quicquid*, quantumcumque vel quantulumcumque.' *Bent.* 'Cod. Lips. et Editi principes, *ab extremo temet præverteris axe.* Conspirat Cod. Paris. nisi quod vitiose scriptum *tenet*, pro *temet.* Sensus: Quantum spatii recesseris ab alterutro polo. Cf. not. ad vs. 328. sq. Quæri tamen posset, an non legendum sit, *præverterit*, in hunc sensum: Quæcunque pars terræ versus polum eunti tibi incipiet apparere. Nam quæ progredientibus nobis eminus conspiciuntur, ea utique nos prævertunt.' *Stoeb.*—325 Scal. Delph. et vulg. pro *trahens, gradus.* 'Puto legendum: *Quicquid ab extremo temet præverterit axe Per convexa gradus gressum vestigia terræ.* Ordo: Quicquid gradus præverterit te gressum per fastigia terræ, ὅση δήποτε ἡ πάροδος γίνεται σοῦ κατὰ πλάτος προελθόντος. Hæc fuerit sententia hujus loci, siquidem vitio caret, quod valde dubito. τὸ *quicquid* est quantum, ὅσον.' *Scal.* 'Monstrum lectionis. Dissimulat tamen Scaliger: Huetius autem, qui *præverterit temet* amplexus est, *gressum gradus* accipit, *te qui gressus es gradus;* ut Plautus, 'machinabor machinam,' et alia similia. Et hoc quidem pacto omnia sint protinus alba. Vossianus pro *gradus* habet *gravis.* Repone, *Per convexa trahens gressum fastigia terræ.* 'Trahere gressum,' ut 'trahere genua,' 'trahere vestigia.'' *Bent.* 'Cod. Paris. *connexa.* Mox idem *gradus gressum.* Regiom. *gradum gressus.* Post, uterque *vestigia.* Hæc omnia tanti non sunt ut ea propter a vulgata sit lectione recedendum.

NOTÆ

322 *Bene diviso orbe*] Non inæquali orbe, seu circulo cœlorum; sed in duas partes æquales diviso.

Mundus] Cœlum, quod modo sub terris latet, modo super terras assurgit.

323 *At simul, &c.*] His 13. vss. cum dimidio probat in ceteris terræ partibus, præter regiones quæ sub æquatore jacent, inæquales esse dies ac noctes; eamque inæqualitatem majorem aut minorem esse pro majori aut minori recessu ab æquatore ad alterutrum e polis. Igitur signa singula non oriuntur in binas horas.

324 *Ad extremos axes* [*ab extremo axe*] Ab alterutro polo.

Quam tereti natura solo decircinat orbem
In tumidum, et mediam mundo suspendit ab omni:
Ergo ubi conscendes orbem, scandensque rotundum

format in globum rotundum terræ rotundæ, et quam appendit mediam ab omni parte cæli: igitur quando progredieris, et ascendens rotundum globum terrarum

Convexa: recte omnino. Non enim cava est terra; sed gibbosa et convexa. Quod pluribus argumentis adstruit Regiomontanus in Epitoma lib. I. Conclus. 2.' *Stoeb.*—326 Rom. et vulg. *Q. tereti n. soli d. orbe.* 'Scribe *teretis* et *orbem.*' Scal. Et sic Delph. 'Quid hic facit *natura soli?* nam agrorum cultura hic non agitur. Libri veteres, *solo.* Repone, *Quam tereti n. solo d. orbem In tumidum. Tereti,* globoso, ut Noster I. 207. 'teretes facit esse figuras Stellarum.' et 230. 'Sed quia per teretem deducta est terra tumorem.'' *Bent.* '*tereti solo*] id est, in longum rotundo. Vide notata ad I. 207. Regiom. sic vulgavit: *Quem teretis n. soli d. orbem. Decircinat* dicitur pro circumeundo describit. Conf. Savaro ad Sidon. Apollinar. Carm. XXIII. p. 192.' *Stoeb.*—328 Scal. Delph. et vulg. *consides.* '*Consides* a Scaligero est; libri veteres *consides,* novi *conscendes.* Aliud hic agebat vir magnus: quomodo enim considet quis, quod est sedendo quiescet, et tamen degredietur? Hæc frontibus adversis pugnant. Sed in notis, quasi sui oblitus, *desides* explicat; prave tamen pro *descendes,* ab æquinoctiali scilicet versus polum. Hæc sunt operæ nimium quidem celeris curaque carentis. Repone et distingue, *E. ubi conscendes orbem, scandensque r. Degrediere simul; f. p. a. t. Rotundum* genere neutro, substantive; ut infra versu 375. 'Dimidium e toto tantum videt orbe rotundi.' *Orbem scandensque,* pro *orbemque scandens,* ferula castigandum. Huetius [quem vide inter notas huic editioni appensas] quoque, qui ubique carpendo Scaligero invigilat, non ipse hic effugit culpam. Sugillat hominem, quod *digrediere* mutaverit in *degrediere:* sed ita plane Gemblacensis; et sententia hoc flagitat. At, inquit, hoc perinde est, ac si dixisset Manilius, cum descendes conscendens globum, quo nihil absurdius est. Itane vero? Immo qui terræ globum conscendit, necesse est ut simul descendat. Et hæc ipsa argutia est, quam Auctor hic captat. Sic I. 232. 'Exoriens simul atque cadens: quia fertur in orbem Ventris, et acclivis pariter declivia jungit.' et mox, 241. 'Et pariter surgente via, pariterque cadente.'' *Bent.* 'Tantum abest hæc lectio a veritate, quantum ab errore Manilius, qui scandentem simul et degredientem, i. e. descendentem, ne somniando quidem fingere potuit. Quæ cum sint prorsus inconvenientia, nemini recte sapienti admittenda. Per autem opportune adnotavit Barth. Advers. IX. 4. in Edit. Bononiensi se legisse, *conscendens orb. stridensque rotund. Digred.* Illique perspicacissimo Viro hoc, *Degred.* verum est visum, *scandens* vero nequaquam. Nobis alterum, *Digred.* magis probatur. Illud enim quarto casui junctum vix est, ut usquam reperias. Hoc vero legisse meminimus apud Hirtium de Bello Afric. ed. Clark. § 34. Oudendorp. 37. ubi, recto utriusque Interpretis judicio, vulgatum: 'Inde parvulam proclivitatem digressus, sinistra parte campi, propter mare legiones ducit.' Accedit optimorum librorum auctoritas, quibus fidem

NOTÆ

326 *Quam tereti, &c.*] Terra enim rotunda est, ut bene probavit I. 202. et seqq. totiusque imum est.

328 *Conscendes* [*consides*] Progredieris. Verbum enim *consido* in eo differt ab verbo *consideo,* quod hoc quietem, illud motum inferat.

Degrediere simul; fugiet pars altera terræ,
Altera reddetur: sed quantum inflexerit orbis,
Tantum inclinabit cœli positura volantis.
Et modo quæ fuerant surgentia limite recto
Sidera, curvato ducentur in æthera tractu.
Atque erit obliquo signorum balteus orbe,

recedes, statim et simul altera pars terræ recedet a te, et alia dabitur tibi: sed in quantum globus terrarum incurvatus fuerit tibi, in tantum forma cœli volitantis incurvabitur quoque tibi: et quæ signa jam antea tibi ascenderant recto ordine, nunc tibi feruntur linea curva in aëra: et balteus signorum erit obliquus in suo motu or-

derogare, in tanto præsertim consensu, religioni omnino foret. Ita enim legere est in Cod. Paris. editisque Ald. Rom. Prukn. et, qui his facem videtur accendisse, Regiom. *E. ubi conscendes orbem, stridensque r. Digrediere* (:) *s. f. p. a. terræ, A. reddetur, &c.* Loquitur Poëta de eo, qui vel cogitatione, vel duce globo artificiali, superficiem terræ, latitudinem tenus, peragrare velit, eundo scilicet ab uno polo ad alterum, ab austro ad boream, (ita enim intelligimus, 'extremos axes' dictum esse pro extremitates axis, i. e. polos, vs. 324.) Ille igitur, quo magis ascendit, eo longius, ob terræ globosam elevationem, digreditur stridens rotundum, i. e. discedit ab axe, quem Noster 'stridentem' dixit supra I. 451. hic autem addit *rotundum*, quod axis, quasi columna, in longum rotundus concipitur. Hac vero, qua cœpit, via progredientem, pars altera, australis nempe, fugiet; dum borealis altera conspectui ipsius reddetur. Confer cum his quæ dicemus infra ad vs. 374. sq. et quæ peracute disserit Regiom. in Epitoma lib. I. Conclus. 2. quæ inscribitur, 'Terram esse rotundam.'' *Stoeb.*—330 Rom. vulg. Paris. et Regiom. *orbe*. Scal. et Delph. *orbem*. 'Libri veteres *orbe*. Quis hodie tam validus, tam Atlanteis humeris, ut orbem inflectat? Repone, *sed q. inflexerit orbis, T. inclinabit c. p. v.* Utrumque intransitive: *se inflexerit, se inclinabit*.' Bent.—332 Paris. et Regiom. *fuerint*.—333 Paris. *ducuntur*.—334 Rom. et vulg. *obliquus*. Et sic Delph. Vid. Not. inf. Nostram lect. dedit Scal. 'Cod. Paris. Regiom. et ceteri præstantiores, *At erit obliquus*. Recte. Zodiacus enim, qui in modum baltei ducitur, bene dicitur 'obliquus orbe' iis regionibus quæ sub æquatore

NOTÆ

332 *Surgentia limite recto*] Nimirum sub æquatore, quo, ut dixit vs. 322. 'Ac bene diviso mundus latet orbe, patetque.'

334 *Obliquo* [*obliquus*] .... *orbe*] Zodiacus enim, qui in modum baltei ducitur, bene dicitur obliquus orbe iis regionibus quæ sub æquatore non jacent; sicut bene dicitur transversus spatio iis quæ sub eo sunt. Itaque degentibus extra æquatorem, puta extra 24. grad. ab æquatore, desinit esse transversus spatio, fitque obliquus orbe; i. e. jam non extenditur transversus iis populis, quomodo extendebatur sub æquatore, sub quo protenditur transversus ab uno tropico ad alterum, inque modum baltei ducitur: sed jam obliquus orbe fertur, i. e. periodos agit obliquas, non autem rectas, quas sub æquatore agit. Stat enim immotus zodiacus in balteum ductus; at nostræ mutantur sedes. Male ergo Scaliger legit, *obliquo*, suppl. orbe: et vs. seq. *statio* pro *spatio*. Hæc quippe non capiebat, quæ cuique obvia non sunt. Cum autem accesseris ad alterutrum

Qui transversus erat: statio quando illius una est,
Nostræ mutantur sedes. Ergo ipsa moveri
Tempora jam ratio cogit, variosque referre
Sub tali regione dies; cum sidera flexo
Ordine conficiant cursus obliqua malignos:
Longius atque aliis aliud propiusve recumbat.
Pro spatio mora cuique datur. Quæ proxima nobis
Consurgunt, longos cœli visuntur in orbes.

biculari, qui tunc erat transversus in sua extensione, quoniam statio illius unica est, nostræ autem stationes variantur. Igitur jam ratio ipsa jubet credere tempora dierum ac noctium mutari, et reddere diversos dies sub tali parte terrarum, quoniam signa obliqua peragunt motus suos obliquos quia mutaverunt suum ordinem; et quoniam aliud signum occidit remotius aut propinquius aliis signis. Secundum distantiam ab æquatore longa mora signorum est. Quæ signa exoriuntur propiora nobis, ea cernuntur per magnos arcus cœli; quæ vero remotissima nobis fulgent,

non jacent.' *Stoeb.*—335 *Qui transversus erat: statio, &c.*] Lege et distingue, *Qui transversus erat spatio* (:) Sic luculenter Editi nostri vetustiores. Zodiacus est transversus spatio iis qui sub æquatore degunt. Itaque degentibus extra æquatorem, puta extra 24. grad. ab æquatore, desinit esse transversus spatio, sitque obliquus orbe, id est, jam non extenditur transversus iis populis, quomodo extendebatur sub æquatore; sub quo extenditur ab uno tropico ad alterum, inque modum baltei ducitur: sed jam obliquus orbe fertur, id est, periodos agit obliquas, non autem rectas, quas sub æquatore agit.' *Stoeb.*—337 Regiom. *referri.*—341 Scal. Delph. et vulg. *mora magna.* 'Quid est *magna pro spatio?* Nec magna datur nec parva; sed æqualibus spatiis æqualis mora. Repone igitur, *Pro sp. m. cuique d.*' Bent. 'Rescribe *magna*, con-

NOTÆ

e polis, jam non obliquus orbe feretur tibi zodiacus, sed recto motu fertur turbinis instar; non supra caput tuum, sed circa latera tua instar circuli mobilis. Quod et Poëta jam infra monet vs. 355. et seqq.

336 *Ergo ipsa, &c.*] His 4. vss. concludit inde mutari tempora dierum ac noctium pro vario terrarum situ extra æquatorem, quia ubique sidera oriuntur ordine flexo, aliaque aliis remotiora aut propiora occidunt.

339 *Malignos*] Non rectos. In hoc enim malignitas cursus siderum. Sic 'maligna lux' dicitur, quæ non recta mittitur; 'maligna via,' quæ non recta.

341 *Pro spatio, &c.*] His 15. vss. seqq. docet pro diverso terrarum situ et spatio ab æquatore ad alterutrum polum, magis aut minus variari dies ac noctes. Quo enim remotiora nobis surgunt signa, eo minores sunt dies: contra, quo propiora accedunt, eo dies majores. Sic quia nobis v. g. degentibus ad septemtrionem intra polarem et tropicum cancri, signa æstiva surgunt remotiora, dies hyberni sunt nobis breviores: quia vero hyberna propius assurgunt, eo dies æstivi longiores. Et ita de aliis. Sic v. g. degentibus extra polarem æstiva signa non oriuntur per triginta noctes continuas: hyberna vero surgunt iis per dies triginta perpetuos. Et ita de ceteris ulterius degentibus, servata proportione.

Ultima quæ fulgent, citius merguntur in umbras.
Et quanto ad gelidas propius quis venerit arctos,
Tam magis effugiunt oculos brumalia signa:
Vixque ortis occasus erit. Si longius inde
Procedat, toto condentur singula mense,

ea demerguntur in obscuris tenebris. Et quo propinquius aliquis accesserit ad frigidas ursas, eo magis sidera hyberna faciunt ne oculis ejus cernantur, et vix ortus illorum signorum est eorundem occasus: si vero progrediaris remotius ab hoc loco, omnia signa brumalia latebunt tibi secundum omnes suas partes,

sensu et fide optimorum Librorum. Quo propiora, inquit, nobis, eo majores oriendo moras interponunt.' *Stoeb.*—343 Scal. Delph. et vulg. *effulgent cæcis m. in umbris.* 'Gemblacensis *quæ fulgent*, ceteri *et fulgent*; omnes vetusti *celeris* pro *cæcis*; Vossianus denique *umbras*. Repone, *U. quæ fulgent, citius m. in umbras.* ut III. 416. 'mergentur ad umbras.' et 545. 'quod tardius illa, Hæc citius peragant orbem.'' *Bent.* 'Illud *citius*, sensui apprime conveniens, nullus Scriptorum vel Editorum agnoscit. Unus tamen Lipsiensis emendationi favet, cui legitur *celeris*, antiqua et in nostris libris frequentissima terminatione, pro *celeres*. Cod. Paris. et Editi omnes habent *cæcis m. in umbris.*' Stoeb.—344 Rom. et vulg. *quando*. Correxit Scal. ex Gemb. Ibid. 'Cod. Paris. *qui*. minus bene.' *Stoeb.*—345 Scal. Delph. et vulg. *officiunt oculis.* 'An signa ipsa officiunt oculis, ne videri possint? Ergo ex lucidis opaca facta sunt. Libri veteres *efficiunt*, et Voss. *oculos*. Repone igitur *effugiunt oculos.* ut III. 378. 'Effugit ergo oculos Phœbus.'' *Bent.* 'Cod. Paris. et Editi nostri, *officiunt oculis.* id est, faciunt, ne oculi eorum qui ad frigidas arctos degunt, lumen eorum recipiant; quia vixdum oriuntur, quin occidant.' *Stoeb.*—346 Scal. Delph. et vulg. *ortus*. et sic Paris. et Regiom. 'nec versui numeri constant, nec verbis sententia. Repone *Vixque ortis, &c.* Brumalibus signis vix ortis occasus eveniet; adeo breves sunt tum dies.' *Bent.*—347 Scal. Delph. et vulg. *Procedas totis c. s. membris.* 'Codices omnes

NOTÆ

344 *Ad gelidas . . . arctos*] Ad septemtrionem, sub quo rotantur helice et cynosura.

345 *Effugiunt oculos* [*officiunt oculis*] Obstruunt luminibus, ut aiunt jurisprudentes; i. e. faciunt latitando ne oculis cernantur. Moles quippe terrarum, qua latitant, officit ne lumen illorum ad oculos perveniat.

Brumalia signa] I. e. quæ sol per hyemem decurrit. Itaque brumalia signa sunt, quæ nobis australia et meridionalia dicuntur, nimirum sex illa quæ a principio libræ usque in finem piscium feruntur. Contra, æstiva dicuntur, quæ sol per æstatem decurrit, quæque nobis dicuntur septemtrionalia. Scilicet signa zodiaci dividuntur in septemtrionalia et australia pro diversa zodiaci parte ad septemtrionem et austrum ab æquatore. Igitur brumalia signa officiunt oculis, i. e. faciunt ne oculi eorum, qui ad frigidas arctos degunt, lumen eorum recipiant; quia vixdum oriuntur, quin occidant, seu, ut ait Poëta, 'vix ortus occasus erit.'

346 *Si longius inde, &c.*] Nimirum si ex polari circulo versus polum ipsum arcticum longius procedas, tunc ipsa meridionalia signa latebunt per 30. dies, reddentque singula noctes triginta continuas.

Tricenasque trahet connexo tempore noctes.
Et totidem luces adiment. Sic parva dierum
Efficitur mora, et attritis consumitur horis,
Paulatimque perit statio fulgentibus astris,

et referent triginta noctes continuo temporis tractu, et auferent tot dies. Ita dies fiunt breves, et prætereunt horis abbreviatis, et pedetentim mora deficit signis

procedat. 'Scribe,' inquit Scal. '*procedas:*' oblitus quod in vs. 344. legerat 'Quanto propius quis venerit;' deinde, *si procedat:* idem scil. qui venerat. Perperam igitur, *procedas.* Quale vero id quod sequitur, *totis condentur singula membris?* An singula, hoc est, omnia, signa integra condentur, sive nunquam orientur in ea regione qua nox longissima est unius mensis, sive sub latitudine poli 67. 30′? Ne unum quidem signum totis membris condetur, nisi ubi nox bimestris est. Repono, *Procedat, toto c. s. mense:* quod vs. sequens probat, 'tricenas noctes;' et vs. 355. 'ereptis mensibus.'' *Bent.* 'Eodem redit vetus scripta Cod. Paris. et vulgata lectio: *totis cond. sing. membris;* siquidem hoc *membris* pro *gradibus* signi, seu 30. diebus, accipiendum.' *Stoeb.*—348 Scal. Delph. et vulg. *trahent.* 'Gemb. et alter *trahet.* Repone igitur, *T. q. trahet c. t. n.* Ordo est, Quanto propius quis ad arctos venerit, tanto breviores ei dies erunt; et signa brumalia ab ipso statim ortu occident. Si longius inde polum versus procedat, singula XII. signa per mensis spatium ei condentur, et ille trahet tricenas noctes sine die. Trahet noctes XXX. sive XXX. dies naturales in tenebris aget. Sic 'trahere vitam,' 'tempus,' &c. Virg. Æn. I. 752. 'Necnon et vario noctem sermone trahebat Infelix Dido.' Sed et alterum bene habet, sidera trahent tricenas noctes; Ut Horat. Serm. II. 6. 25. 'Sive aquilo radit terras, seu bruma nivalem Interiore diem gyro trahit.'' *Bent.* 'Cod. Paris. et Regiom. *trahent,* uti *condentur.*' Stoeb.—349 'Etiam hos tres pro adulterinis habeo. Si in priore vs. legeris *trahet* cum Gemb. nihil opus est pluribus; nam qui hic scripsit *adiment,* sine dubio legebat *trahent.* Sed esto, ut *trahent* sit vera lectio; nihil hi tres habent auctore dignum. Cum dixisset, *tricenas noctes connexo tempore,* quid opus erat addidisse, *totidem luces adiment?* quod vel cæco per se apparet. Illa vero, *Sic mora dierum efficitur parva, et attritis horis consumitur;* ut sermonis scabiem condonem, falsa sunt. Illud *sic* causam demonstrat, *ideo* moram dierum parvam, quia tricenæ luces adimuntur. Atqui durante nocte illa menstrua, nulla dierum mora est; cum dies ipsi nulli sint: post vero noctem menstruam, tantum abest ut mora dierum minuatur et consumatur, ut continuis diebus crescat mora, donec ad diem tandem menstruum pervenerit. Denique quid sit *statio perit astris,* ne concipere quidem possum; si Latine modo loquamur, non barbare.' *Bent.*—350 'Cod. Paris. *Et tritis.* Regiom. optime, *Et ternis consum. horis.* Id est quod dixerat ante, 'vixque ortus occasus erit.' *Stoeb.*—351 'Liber uterque, *spacio.*' Stoeb. et sic Rom. et vulg.

NOTÆ

349 *Sic parva dierum, &c.*] Ita brevissimi erunt dies, quia longiores noctes ac tenebras ducunt signa brumalia.

350 *Attritis*] I. e. abbreviatis: licet enim unius tantum scrupuli horarii dies esset, in duodecim tamen partes distribuetur, quæ locum horarum duodecim haberent. Quilibet enim dies artificialis in duodecim semper partes horarum dividitur. Loquitur enim ex more recepto.

351 *Statio*] Mora; i. e. signa desinunt affulgere, quia non morantur.

Pluraque, per partes surrepto tempore, signa
Quærentur medio terræ celata tumore;
Abducentque simul Phœbum, texentque tenebras,
Mensibus ereptis donec sit debilis annus.
Si vero natura sinat sub vertice cœli,

lucentibus, et tempore diminuto partim plura signa desiderantur, et absconduntur sub medio globo terrarum, et referent simul solem, et induent noctes, usquedum annus mancus sit ablatis aliquot mensibus. At vero si natura permittat vincere

'Et hic quoque *statio* legendum, ut supra.' *Scal.* Vid. Not. inf.—352 Vulg. *subrupto*, et mox 353. Rom. et vulg. *Tempore quærentur.* 'Locus vitiosus. τὸ *Tempore* formatum ex eodem in antecedenti verbo. Manilius scripsit *Terræ: Pluraque per p. surrepto tempore s. Terræ quærentur m. celata t.* Major pars astrorum celatur terræ tumore. Ita proculdubio scripsit Manilius.' *Scal.* Vide Not. inf. '*Subrupto* quidem codices, et mox 355. *eruptis;* pro *subrepto* et *ereptis.* Vetusti quoque omnes hoc ordine, *Q. m. terræ c. t.* Repone, *Pluraque, per p. subrepto tempore, s. Quærentur, m. t. celata t.* Tempore per partes subrepto, donec duo, tres, quattuor, quinque, et sub polo ipsa sex demum menses erepti erunt.' *Bent.* 'Libri nostri *subrupto*, i. e. quasi variato pro vario sphæræ situ. At melius, *subrepto t.* scilicet, donec duo, tres, quatuor, quinque, et sub polo ipso sex demum menses erepti erunt, coll. vs. 355. *Quærentur medio, &c.*] Cod. Paris. ita: *Tempore quæratur medio.* Regiom. nil mutat, nisi *quærentur.*' Stoeb.—354 Scal. Delph. et vulg. *Adducent.* '*Adducent* explicat Scaliger ex notissimo Homeri loco, Ἐγγὺς γὰρ νυκτός τε καὶ ἤματός εἰσι κέλευθοι. Adducent Phœbum et tenebras, brevissimo noctis momento interjecto. Multa hic peccantur. Brevissimo diei momento oportuit, non noctis. Non enim de longis diebus hic agitur, sed longis noctibus. Volebat, opinor, Scaliger noctem ibi esse pene XXIV. horarum. Atqui noctem menstruam jam Auctor memoraverat versu 348. et procedenti polum versus nox crescit. Denique verba ipsa sensum istum ferre nequeunt. Repone, quod et Huetius vidit, *Abducentque.* ut contra versu 380. 'Adducitque simul luces, tenebrasque relinquit.'' *Bent.* 'Paris. *Adduc.* vitium obtusis Scribæ auribus tribuendum. 355. Cod. idem et Regiom. *eruptis.*' Stoeb.—

NOTÆ

Vulg. spatio, i. e. inquit J. Bitur. mora illa brevis dierum perit illi exiguo spatio, dum signa lucent. Idem sensus, sed minus clara verba.

352 *Surrepto*] Alii, *subrupto:* quasi tempus per partes subruptum, sit tempus variatum pro vario sphæræ situ.

355 *Mensibus ereptis, &c.*] I. e. ita dies minuentur, noctesque crescent in tot ac tantas horas, ut in plures menses abeant; atque ita annus dierum integer esse desinat, ac debilis fiat. Qui enim propius ad circulum polarem accedunt, iis per hyemes vix dum lucent signa brumalia, noctesque sunt longissimæ, dies vero brevissimi. Hactenus igitur de mora dierum ac noctium iis, qui intra tropicum cancri et circulum polarem degunt.

356 *Si vero natura sinat, &c.*] His 14. vss. docet iis, qui sub ipso polo arctico degunt, si qui degere possunt inter nives, quæ ibi perpetuæ sunt, sphæram esse in speciem stantis. Scilicet triplex vulgo distinguitur mundi habitus. I. Jacentis, quæ sphæra est recta. II. Sedentis, quæ sphæ-

Quem gelidus rigidis fulcit compagibus axis,
Æternas super ire nives, boreamque rigentem
Prona Lycaoniæ spectantem membra puellæ;
Stantis erit cœli species: laterumque meatu

perpetuas nives, quæ sunt sub eo polo cœli, quem frigidus axis sustinet cum nexibus frigidis; et superare sinat globum terrarum horrentem frigore, et conspicientem inclinatos artus puellæ Lycaoniæ; forma cœli erit forma stantis:

358 'Gemb. *super ire.*' Scal. Ibid. Scal. Delph. et vulg. *orbemque.* Et sic Paris. et Regiom. 'Repone *boreamque,* ut Noster I. 321. 'Proxima fulgentes arctos boreamque rigentem.'' *Bent.*—359 'Recte, *prona.* Sic Cod. Paris. Regiom. Ald. et Rom. Non *prima;* quod habet Ms. Lips. Illud *prona* addidit Poëta, ut indicaret, non puellæ jam formam habere, sed ursæ.' *Stoeb.* ''Prona membra,' inquit Scaliger, 'ad illos respicientia, qui directo sub polo siti sunt.' Non hoc voluit Auctor: sed quia *puellæ* dixerat, *prona membra* addidit; ut indicaret non puellæ jam formam habere, sed ursæ. Ovidius Met. I. 84. 'Pronaque cum spectent animalia cetera terram, Os homini sublime dedit.' Ovidius de Junone, cum puellam hanc in ursam transformaret, Metam. II. 477. 'Dixit, et adversa premis a fronte capillis, Stravit humi pronam.' Statius Theb. VI. 277. 'Io post tergum, jam prona, dolorque parentis.' Gemblacensis et Lipsiensis *prima* in textu, et *prona* pro lectione varia.' *Bent.*—360 Scal. Delph. et vulg. *meatus.* 'Venet. et Lips. *meatum;* Gemb. et Voss. *meatu.* Repone *laterumque meatu T. i. m. r. v. curret.* Cælum curret meatu laterum; ipse enim vertex stabit et non movebitur.' *Bent.*

NOTÆ

ra est obliqua. III. Stantis, quæ sphæra est erecta. Triplicemque hunc mundi habitum distinguunt pro triplici terrarum zona; torrida, temperata, frigida. Qui sub torrida zona degunt, nimirum sub æquatore inter utrumque tropicum, iis mundus est in speciem jacentis, et in sphæram rectam. Qui sub utraque hinc inde temperata zona habitant, inter alterutrum tropicum et alterutrum polarem circulum, iis mundus est in figuram sedentis, inque sphæram obliquam. Qui vero sub utraque zona frigida sunt sub alterutro polo, iis mundus stat in formam stantis, inque sphæram erectam. Ita enim posita est sphæra, ut circulus æquinoctialis, qui tunc vicem gerit horizontis, vertatur in rectum orbem; totumque cœlum circumvolitet in modum turbinis, erecto axe, cujus pars altera supra caput pendeat, altera infra pedes jaceat. Iis autem qui v. g. sub polo arctico seu septemtrionali degunt, nusquam lucent sex brumalia signa, id est, australia, nempe libra, scorpio, sagittarius, capricornus, aquarius, et pisces: cetera vero sex æstiva, i. e. septemtrionalia, perpetuo lucent. Unde dum sol lustrat signa sex brumalia, nox est illis populis per sex menses integros: dum vero sol sex alia æstiva decurrit, dies est illis per sex menses continuos. Bene autem Poëta: 'si natura sinat æternas superare nives,' &c. Bis enim conati sunt Batavi ad eas frigidas regiones penetrare, sed vetuit eos et gelu maris, et cœli inclementia, nec ultra grad. 81. pergere potuerunt versus polum arcticum.

359 *Lycaoniæ puellæ*] I. e. Callistus, quæ filia fuit Lycaonis, quamque fabulati sunt poëtæ conversam in ursam majorem, ut dictum est I. 296.

Turbinis in morem recta vertigine curret.
Inde tibi obliquo sex tantum signa patebunt
Circuitu, nullos unquam fugientia visus,
Sed teretem inclini mundum comitantia spira.
Hic erit una dies per senos undique menses,

et ambitus laterum ibit ad instar turbinis, qui vertitur recto orbe. Ex hac autem terræ regione sex solum signa cernentur a te, quæ habeant suum motum obliquum, et quæ nusquam effugiant tuos oculos, sed quæ sequantur perpetuo orbem terrarum globosum motu inclinante deorsum. Ibi una dies erit ex sex

‘Cod. Paris. et Editi nostri cum Scaligero legunt *meatus*, quod malim. ‘In hac,’ inquit, ‘positura non transversus est axis, sed stans et erectus.’ Circa eum e lateribus vertitur cœlum non ab imo ad summum, sed ad instar turbinis, qui vertitur orbe recto.’ *Stoeb.*—361 ‘Rectius Cod. Paris. et Regiom. *currit.*’ *Stoeb.*—364 Rom. et vulg. *acclivi.* Et sic Delph. Vid. not. inf. ‘Gemblacensis *acclini.* Male *acclivi.* Nam acclivis est, qui collem aut clivum scandit. Hoc non vult Noster. Non enim ibi sol scandit, ut in nostra inclinatione, ad cancrum usque; sed semper incumbit ἀκλινῶς horizonti fere. Itaque *acclini* optime, id est, circuitu incumbente in horizontem, et ipsum stringente. *Acclini*, ἀπὸ κοινοῦ, circuitu.’ *Scal.* ‘Cur substantivum suum deest τῷ *acclini?* Immo, ex mente Scal. circuitu subauditur ex versu præcedente. Nego hoc admitti posse, cum intercesserit colon sensus diversi, *nullos unquam fugientia visus.* Sed esto: quid sibi vult *acclini circuitu?* ‘Id est,’ inquit, ‘circuitu incumbente in horizontem, et ipsum stringente.’ Quid narrat? An sex signa circuitu suo incumbent in horizontem, qui, in hac sphæra parallela, æquator est? Nonne finis geminorum et initium cancri (si in ejus initio solstitium ponitur) aberunt ab horizonte gradus 23. 30′? Repono, *S. t. inclini m. c. spira. Inclini*, ἀκλινεῖ, non inclinante spira, sed semper horizonti parallela. Sic I. 595. de circulis parallelis: ‘His eadem est via, quæ mundo; pariterque rotantur Inclines, sociosque ortus occasibus æquant, Intervalla pari servantes limite semper.’ *Inclines*, non ex Scaligeri solum emendatione, sed sic vetusti omnes habent. *Spira*, ut I. 573. de æquatore: ‘Tertius in media mundi regione locatus Ingenti spira totum circumdat olympum.’ Ubi pro *spira* codices universi *spera*: unde tanto facilius hic mutari potuit in *semper*. Neque objicias, quod asperior exit versus, vocali correpta ante *sp.* Sic enim Virg. Æn. XI. 308. ‘Spem si quam accitis Ætolum habuistis in armis Ponite. Spes sibi quisque: sed hæc quam angusta videtis.’ Horat. Serm. I. 2. 30. ‘Contra alius nullam, nisi olente in fornice stantem.’’ *Bent.* ‘Ita mutare visum Bentleio hoc *acclivi* . . . *semper*, quod cum Cod. Paris. Editi nostri omnes tenent. *Acclivi* scil. circuitu, ex vs. præced. quia sursum fit motus solis per ea signa. De voce *inclinis* supra dictum ad

NOTÆ

362 *Sex tantum signa patebunt*] Nimirum æstiva, aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo, quæ cis æquatorem feruntur. Sex vero reliqua, quia ultra æquatorem, non cernuntur.

364 *Inclini* [*acclivi*] Suppl. circuitu. Scaliger legit *acclini*, quia, inquit, ea signa volvuntur motu quasi deorsum vergenti. Bene quidem si motus initium ducatur a tropico cancri ad æquatorem; sin autem ducatur ab æquatore ad tropicum cancri, recte Vulg. et Rom. *acclivi*, quia sursum fit solis motus per ea signa.

Dimidiumque trahens contextis lucibus annum:
Nunquam erit occiduus quod tanto tempore Phœbus,
Dum bis terna suis perlustrat curribus astra;
Sed circumvolitans recto visetur ab axe.
At simul e medio præceps descenderit orbe,
Inferiora petens devexo sidera curru,
Et dabit in pronum laxas effusus habenas;
Per totidem menses junget nox una tenebras
Vertice sub cœli. Nam quisquis spectat ab axe,
Dimidium e toto tantum videt orbe rotundi:

mensibus per omnes partes, et continebit dimidium annum ex diebus, quibus constat, eo quod nunquam sol occidet per tantum tempus, dum scilicet decurrit sex signa suis motibus; sed circumvolvens convertitur ex recto circuitu. Verum ubi primum sol præcipitans se delapsus fuerit e medio cœlo, tendens motu præcipiti deorsum ad signa infima, et ubi demissus deorsum permittet lora laxata suis equis, tunc nox conjunget umbras per totidem sex menses sub polo arctico. Etenim quicumque sub superiori polo cœli despicit ab omni parte, is videt dimidiam partem

I. 596.' *Stoeb.*—368 Scal. Delph. et vulg. *cursibus*. 'Repone *curribus*: ut mox versu 372. de eodem: 'Et dabit in pronum laxas effusus habenas.' et 379. 'Dum sex summersis vectatur Phœbus in astris.' *Perlustrat curribus*, ut Virg. Æn. IX. 57. 'huc turbidus atque huc Lustrat equo muros.' *Bent.*—369 Scal. Delph. et vulg. *versatur ab orbe*. 'Quid, quæso, est, Phœbus *versatur* ab orbe? περιάγεται, inquit Scal. circumvertitur ut turbo. Ergone, ex Auctoris doctrina, sol non movet vertitque se, sed ab alio movetur et vertitur? Mendosa hæc sunt; nam et versus sequens verbo *orbe* terminatur. Venetus, Lipsiensis, Vossianus, *versetur ab orbe*. Repone, *visetur ab axe*. Non occiduus erit, sed *visetur*.' Bent. 'Cod. Lips. *versetur ab orbe*. Paris. *versatur ab orbe*. Idem superne, pro var. lect. *in orb*. Regiom. quoque cum ceteris, *versatur*, pro *vertit se*.' Stoeb.—371 Scal. Delph. et vulg. *dejecto s. cursu*. 'Iterum repone *curru*: ut probat versus sequens. Vide versum 368. Sed *dejecto* non belle convenit; ne forte ex Phœbo Phaëthonta habeamus. Repone, *devexo s. curru*. Silius Italicus, IV. 482. 'Condebat noctem devexo Cynthia curru.'' *Bent.* 'Pro *devexo curru*, Scripti Editique, *dejecto cursu*.' Stoeb.—374 Scal. Delph. et vulg. *ab omni*, et 375. *et t. mundum v. o. rotundo*.

NOTÆ

370 *At simul e medio, &c.*] His 15. vss. docet contra, dum sol lustrabit sex signa brumalia, quæ et nobis australia dicuntur, libram, scorpionem, sagittarium, capricornum, aquarium, et pisces, tunc iis, qui degunt sub polo arctico illo, noctes fore per sex menses continuos. Eadem quippe ratio noctium ac dierum, vice versa.

E medio orbe] I. e. ab æquatore, quæ media pars est mundi.

371 *Inferiora ... sidera*] I. e. australia; scilicet habita ratione sphæræ stantis, australia signa inferiora sunt; septemtrionalia vero superiora.

374 *Vertice sub cœli*] I. e. sub polo superiori, nempe septemtrionali, quem superiorem fecerunt omnes poëtæ, ut monui, I. 280.

Pars latet inferior. Neque enim circumvenit illum
Recta acies, mediaque tenus distinguitur alvo.

mundi e toto mundo globoso: altera vero pars inferior absconditur. Namque rectus visus non circumcingit illum globum mundi rotundum: et ipse mundus discerni-

'Gemb. *rotundi:* ut sit orbis rotunditas, non rotundus orbis.' *Scal.* 'Scaliger ad versum 369. 'sequentes,' ait, 'versus, atque adeo tota hæc tractatio supra omnes elegantias est.' Miror hoc ab eo dici; qui ipse inter magnos poëtas jure numeratur. Sane hæc, ut ab Auctore profecta sunt, sunt elegantissima: sed, ut a Scaligero edita sunt, plerumque absurda. Jam habuimus *versatur ab orbe*, pro *visetur ab axe; dejecto cursu* pro *devexo curru;* et plura hujusmodi restant: de hoc vero loco quid tandem judicabimus? Ordo est: Quisquis spectat sub vertice cæli, videt dimidium mundum ab omni et toto orbe rotundo. Quale igitur illud, *ab omni et toto orbe?* Nonne idem *omni* quod *toto?* Ἑλληνισμὸς, inquit, ἀπὸ παντὸς καὶ ὅλου. Bene vero quod Græcum est; et, ut librarii Latini olim dicebant, non potest legi. Piget tam ineptis diutius hærere. Venetus, *ex toto:* vetusti quattuor *rotundi* pro *rotundo.* Repone, et distingue, *Per t. m. j. nox una t. V. sub c. nam q. sp. ab axe, D. e t. tantum v. o. rotundi.* Sub cæli vertice, id est, sub polo, nox erit per sex menses. Verum hoc est, sed ratio quæritur. Quisquis enim, inquit, ab axe, sive a cæli vertice, spectat, dimidium tantum videt e toto rotundi orbe. Et hoc verum est. *Rotundi*, substantive et neutrius generis; sic et supra versu 328.' *Bent.* 'Versu priore Bentleius, non sine insigni sententiæ detrimento, voces arctissimo vinculo sibi junctas, interpunctione secernit. Illa enim distinctionis nota (.) versui debetur antecedenti; libris id affirmantibus universis, et ipsa postulante sententia, illo nimirum versu terminata. Porro miram prodit Vir magnus inconstantiam, qui repetitionum non altero minus impatiens, *hoc axe* substituit, quod versu abhinc quarto, sententia scilicet nondum penitus absoluta, eadem terminatione, recurrit. Neque id quod vs. posteriore legitur, *e toto*, cujusdam bonæ notæ Codicis, sed unius Bentleii auctoritate nititur. In fine ejusdem vs. *rotundi* Cod. Lips. agnoscit; quod omissa post distinctione, cum sequente *Pars* necti velle videtur. Vereor, ut satis apte. Malim itaque Cod. Paris. vulgatamque Regiom. Ald. Rom. et Pruckneri lectionem sequi: *V. sub c. nam q. spectat* (,) *ab omni D. et t. mundum videt* (;) *orbe rotundo: Pars l. i.* Sensus horum eo, quo verba fluunt, ordine constabit: Nam quicunque sub vertice cæli constitutus, sursum et circumquaque spectat, totius universi cæli dimidiam et superiorem tantum partem videt; quia orbis cæli rotundus est: Pars inferior latet. Atque ita, ut video, omnia plana sunt ac dilucida. *Dimidium mundum ab omni et toto* loquendi genus est Græcis pariter ac Latinis pro casu secundo frequentatum. Manetho Apotelesm. VI. 735. Μαντοσύνη γὰρ τοίης ἂν χόλος ἐκ βασιλήων Ἔσσεται, κ. τ. λ. Ubi χόλος ἐκ βασιλήων pro χόλος βασιλήων. Et Nepos Phocion. 1. 3. 'Hic cum a rege Philippo munera magna pecuniæ repudiaret.' Pro *regis Philippi*, vel *a rege Phil.* scil. missa. Pari Noster modo de terræ rotunditate argumentatus est supra vs. 328. sqq. ubi dicta vide.' *Stoeb.*—376 'Ita omnes, præter Regiom. qui legit *illam*, scil. partem inferiorem. 377. Regiom. et ceteri, *medioq.* nam et hoc genus veteribus usurpatum. *Media alvo* dixit pro *media parte.* Sic

NOTÆ

375 *Dimidium e toto, &c.*] I. e. dimidiam partem totius globi terrarum.

377 *Mediaque ... alvo*] Media parte, medio ventre. Metaphora est ad habitum sphæræ stantis. Qui enim in vertice mundi, seu sub polo arctico jacent, ii non nisi medium terrarum orbem cernere possunt, scilicet alvo tenus; quia totus teres est ac rotundus. Sic I. 233. vocat medium terræ, 'orbem ventris.'

Effugit ergo oculos summo spectantis ab axe,
Dum sex summersis vectatur Phœbus in astris:
Sideribus donec totidem quot mensibus actis,
Cesserat unde, redit; geminasque ascendit ad arctos;
Adducitque simul luces, tenebrasque relinquit.
Hic locus in binas annum noctesque diesque
Per duo partitæ dirimit divortia terræ.
Et quoniam quanto variantur tempora motu,
Et quibus e causis, dictum est; nunc accipe, signa
Quot surgant in quoque loco, cedantque per horas:

tur tantum usque ad medium ventrem. Igitur sol non videtur ab oculis hominis respicientis ex superiori globo terrarum, dum scilicet vehitur per sex signa quæ demerguntur infra terras; et reddit simul diem, et deserit noctem, usquedum, confectis totidem signis quot mensibus, revertitur illuc unde exierat, et assurgit ad duas ursas. Hic locus dividit annum in unam noctem, et in unam diem, per duo hemisphæria terræ divisæ. Et quia dictum est quanto cursu tempora dierum ac noctium mutantur, et propter quas rationes, jam audi per quot horas quæque signa oriuntur

Lib. I. 232. medium terræ vocat 'orbem ventris.'' *Stoeb.*—378 Scal. Delph. et vulg. *orbe.* 'Gemb. *ore:* iterum repone *axe*, ut vs. 374.' *Bent.* 'Cod. Paris. et Regiom. *orbe.* Illud arcticum polum, hoc circulum homonymon denotat.' *Stoeb.* 'Sic quidem libri scripti editique. Sed quale sodes hoc est? Phœbus, in sphæra parallela, adducit luces, et relinquit tenebras, donec post sex menses, ultra æquatorem actos, redit ad arctos? Contrarium prorsus verum est: non adducit luces, donec ad arctos redierit. Muta ordinem versuum, et sanus erit locus, *Sideribus donec totidem quot*, &c.' Bent.—380 'Versum 382. loco motum in suam hanc sedem reponendam puto; siquidem non *Adducit* legendum, sed *Abducit*, quod scite admodum dedit Regiom. Quid enim verius dici concinniusque potest his? (379.) Phœbus dum astra inferiora lustrat, (380.) Abducit seu adimit simul luces, tenebrasque relinquit (381.) Sideribus, donec totidem quot mensibus actis (382.) Cesserat unde, redit; Regiom. cum

NOTÆ

378 *Summo . . . ab axe* [*orbe*] A parte terrarum quæ sub polo arctico jacet, quem superiorem orbem vocant.

379 *Sex summersis*] Sex australibus signis, quæ tunc sub terris latent.

381 *Geminas . . . ad arctos*] Austrinas nimirum. Namque, ut monui I. 433. in utroque polo arctico et antarctico binas statuerunt ursas.

383 *Hic locus*] Nimirum qui sub utroque polo jacet.

384 *Divortia*] Hemisphæria, quæ sunt diversa terrarum loca: alterum enim superius, quod ab æquatore ad polum arcticum nobis assurgit; alterum inferius, quod ab eodem æquatore ad polum antarcticum deorsum vergit.

385 *Et quoniam*, &c.] His 5. vss. monet se certam daturum regulam, qua certo dignoscantur singulorum signorum ortus pariter et occasus, per quascumque terræ regiones, postquam jam satis docuit quanto tempore dies ac noctes varientur ubique terrarum.

Partibus ut prendi possint orientia certis,
Ne falsus dubia ratione horoscopos erret.
Atque hoc in totum certa sub lege sequendum;
Singula quod nequeunt, per tot distantia motus,
Temporibus numerisque suis exacta referri,
A me sumat: iter positum sibi quisque sequatur,
Perque meos tendens gressus mihi debeat artem.
Quacumque hoc parte in terrarum quisque requiret,

et occidunt in quavis terrarum regione, ut signa horoscopantia queant dignosci per certas partes, ne horoscopus incertus fallat ex incerta causa. Hoc autem in summa tenendum est per certam regulam, nimirum quod quæque signa non possint certa reddi per suos numeros, nec per sua tempora, cum sint differentia per tot varios motus. Sed quisque accipiat viam sibi monstratam a me, sequaturque, et eat per suos gressus, et debeat mihi hanc methodum. In quocumque igitur loco totius orbis ter-

Paris. *Cesserit* (.) *inde redit, &c.*' Stoeb.—391 'Ordo est, Quod singula, per tot motus distantia ac diversa, nequeunt referri.' *Bent.*—394 Scal. Delph. et vulg. *Perque suos tendat g.* 'Nequeo concipere, quid sit tendere per *suos* gressus: nisi *sua* ipsum vestigia legere vel relegere. Quorum sensuum neutrum hic convenit. Repono, *Perque meos tendens, &c.*' Bent. 'Legere tuto possis cum Ms. Paris. Regiom. et Edit. ceteris: *Perque suos tendat gressus* (:) *mihi debeat artem.* Et pertendat gressus suos; id est, et recta tendens pergat eundo.' *Stoeb.*—395 Rom. et vulg. *Quoque modo hoc parat.* 'Inepta hujus loci scriptura valde sensum impediebat. Gemblacensis optime habet, *Quacunque hoc parti t. quisque requiret, Ded. p. n. que d. que per horas,* parti, Jovi, sorti, pro parte, Jove, sorte, familiare Manilio. Ita etiam Plautus. Notat Priscianus.' *Scal.* 'Gemb. *parte terrarum:* Voss. *para terrarum:* Lips. *parat iter rarum.* *Parti,* Plautus et Lucretius. Sed hic non est opus. Lege *Q. h. parte in t. q. r.*' Bent. 'Regiom. optime ad sensum: *Quoque modo hoc paret et t. quasque requirat.* Id est, Quocunque modo hoc iter parare quis velit, et quamcunque is terram petat; vel, Quocunque terrarum loco aliquis horoscopare velit; Deducat, &c. Cod. Paris. in textu, *Quoquoque;* in margine, *Quocumque.* Idem pro *parte* leg. *parat et terrar. quisq. requirat,* non, . . . *ret.*' Stoeb.

NOTÆ

389 *Horoscopos*] Signum horoscopans; vel, ut alibi ait, natalis mundi, i. e. cœli initium ab ortu per sidera.

390 *Atque hoc in totum, &c.*] Interea monet longum fore, singulos cujusque signi ortus et occasus per quascumque terrarum regiones sigillatim referre. Quare daturus est certam regulam ejusmodi omnes ortus et occasus inveniendi, quam quisque tenere potest.

395 *Quacumque hoc parte, &c.*] His 18. vss. explicat Poëta, qua ratione distingui possint varii signorum ortus per quascumque terrarum regiones septemtrionales: de his quippe regionibus loquitur Poëta: sed eadem ratio tenenda, vice versa, regionibus austrinis. Itaque hæc est Maniliana methodus. Cognito maximo et arcu diurno, ac minimo nocturno, i. e. maximis diebus ac minimis noctibus, sub cancro, dividenda est summa horar. diei maximi solstitialis, seu sub cancro contingentis, in sex partes æques; quarum una leoni, post can-

Deducat proprias noctemque diemque per horas;
Maxima sub cancro minimis quæ cingitur umbris:
Et sextam summæ, fuerit quæ forte, diurnæ

rarum quisque quærat istud, dividat in suas horas noctem et diem, quæ longissima sub cancro includitur brevissimis tenebris; et det sextam partem numeri diurni, (qui

—398 ' Paris. et Regiom. *sorte.* 400. *At quæ*] Sic diserte Ms. Paris. *At que*

NOTÆ

crum sequenti, danda est ad exortum. Deinde dividenda est quoque summa horarum noctis brevissimæ solstitialis, seu sub cancro pariter contingentis, in sex partes æquales; quarum una danda est tauro ad exortum. His ita peractis, colliges discrimen summarum, quod inter ortus leonis et tauri contingit; illudque partieris in tres partes æquales, quarum unam dabis summæ tauri, ut habeas veram summam, quæ danda est geminis ad exortum: eandem tertiam partem superaddes summæ geminorum, ut habeas summam, quæ danda est cancro ad exortum: eandem quoque partem illam tertiam superaddes summæ cancri, ut habeas summam, quæ danda est leoni ad exortum: eandem denique tertiam illam partem addes summæ leonis, ut habeas summam quæ danda est virgini ad exortum. Unus superest ortus arietis, quem habebis per suam quoque summam, si de tauri summa detraxeris eandem supradictam tertiam partem. Rem illustrabit exemplum. V. g. dies solstitialis sub cancro maxima sit horar. 16. Parisiis. Nox vero minima horar. 8. Divide illas 16. horas in partes 6. quæque pars sexta erit horar. 2. et minut. 40. Da igitur hanc summam horar. 2. minut. 40. leoni ad exortum. Interea divide pariter horas 8. noctis illius in 6. partes, quæque sexta pars erit hor. 1. minut. 20. Da hanc summam hor. 1. minut. 20. tauro ad exortum. His ita confectis collige discrimen, quod inter ascensionem leonis et tauri contingit; illud autem est hor. 1. minutor. 20. Divide jam hoc discrimen in tres partes æquales, quæque tertia pars erit tantum 26. minut. et secund. 40. Adde ergo hæc minuta 26. et secunda 40. summæ tauri, ut habeas summam ad exortum geminorum: fiet autem summa hor. 1. minut. 46. secund. 40. Iterum eandem tertiam partem 26. minutor. 40. secund. adde summæ geminorum, ut habeas summam ad exortum cancri, fietque summa horar. 2. minut. 13. secund. 20. Tertio eandem tertiam partem 26. min. 40. secund. adde summæ prædictæ cancri, ut habeas summam ad exortum leonis, fietque summa horar. 2. minut. 40. Tandem eandem tertiam partem 26. minut. 40. secund. adde huic summæ leonis, ut habeas summam ad ortum virginis; fietque summa horar. 3. min. 6. secund. 40. Una superest summa arietis, quam habueris, si eandem tertiam supradictam partem 26. min. 40. secund. detraxeris de summa tauri. Summa autem tauri fuit hor. 1. min. 20. detrahe ergo 26. min. 40. sec. de hor. 1. min. 20. superest summa 53. min. 20. secund. Igitur aries inter exoriendum Parisiis insumit 53. minuta, et secunda 20. id est, tres horæ quadrantes, cum dimidio, et præterea cum 50. secund. Aries in exortum insumit

Vicino tribuat post cancri templa leoni.
At quæ nocturnis fuerit mensura tenebris,
In totidem partes simili ratione secanda est:
Ut,quantum una ferat, tantum tribuatur ad ortus
Temporis averso nascentis sidere tauri.
Has inter, quasque accipiet Nemeæus in ortus,

fortasse fuerit,) leoni, qui proxime sequitur post castra cancri. Quæ vero summa fuerit nocturnis umbris, ea dividenda est pari modo in tot partes, ut tantum temporis detur ad exoriendum tauro, qui exoritur contrario sidere ab aliis, quantum temporis una pars teneat. Quæ autem differentia erit inter has horas, quas taurus re-

Regiom. *fuerat* Paris.' *Stoeb.*—403 Rom. et vulg. *Temporis adverso nascentia sidera tauro.* 'Depravatissima sunt. Legimus: *Ut q. una ferat, t. tr. ad o. Temporis adverso nascentis sidere tauri.* Quantum una sexta feret temporis, tantum temporis tribuatur ad ortus tauri nascentis adverso sidere.' *Scal.* 'Repone, quod et Huet. indicavit, *averso*. Ordo est, Tantum temporis tribuatur ad ortus tauri, surgentis averso sidere.' *Bent.* 'Uterque, *adv.* Pro *Temp.* Paris. in marg. *Ipsis.* Ibid. *nascentis sidere tauri*] Ms. Paris. et Regiom. *nascentia sydera tauro.*' Stoeb.—404 Rom. et vulg. *Has inter quasque a. Nemeæus in h.* 'Inepta sunt hæc. Lege: *Has inter, quasque a. Nemeeius, horas.*

NOTÆ

horam unam, minus 6. min. et 40. secund. Pari modo se res habet ad occasum sex aliorum signorum australium. Horum enim occasus opponitur illorum ortui: et contra. Res tota patet in hac tabella.

ASCENSIONES SIGNORUM

Pro Solstitial. nocte minima horar. 8. et die maxima horar. 16.

Signa.	♓	♒	♑	♐	♏	♎
Secund.	20	0	40	20	0	40
Minuta.	53	20	46	13	40	6
Horæ.	0	1	1	2	2	3
Signa.	♈	♉	♊	♋	♌	♍

399 *Cancri templa*] Arcus, castra, sedem, locum, &c. II. 414. 943. &c.

403 *Averso sidere, &c.*] Taurus enim a posterioribus surgit, ut dictum est II. 198. et seqq.

404 *Nemeæus* [*Nemeeius*] Ita legen-

Quod discrimen erit, per tres id divide partes;
Tertia ut accedat geminis, quæ tempora tauro
Vinciat, atque eadem cancro, similisque leoni:
Sic erit ad summam ratio perducta priorem,
Quam modo divisis Nemeæus duxerat horis.
Inde pari virgo procedat temporis auctu:

cipit, et inter illas quas Nemeæus leo recipiet, eam distribue in tres partes, ut una tertia pars detur geminis, quæ connectat tempora tauro; et ut eadem sit, quæ data est cancro; et eadem sit, quæ data est leoni: ita numerus erit reductus ad primum numerum; qua ratione leo traxerit illum ex horis partitis. Deinde virgo progre-

••••••••••••

Nemeeius, Νεμεῆος, Ionice pro Νεμέειος, ut Φοίβειος, Φοιβήϊος. 'Phœbeæ lampadis instar.' ibi *Phœbeæ* est Φοιβείης. At 'Phœbeia virgo.' 'Phœbeius oscen.' Ibi est Φοιβήϊος. Hæc omnia perperam per diphthongum etiam a doctis viris scribuntur: *Nemeæus*, *Phœbæus*, *Dionææ matri*, *Calliopæa*, *Philippæum*. Nam sunt Νεμέειος, Φοίβειος, Διώνεια, Καλλιόπεια, Φιλίππειον. Neque ignarus sum tam Νεμεαῖον, quam Νεμέειον agnosci a Stephano. At tamen Νεμεῆος non potest esse nisi a Νεμέειος, non autem a Νεμεαῖος, ut Τεγεῆος, melius quam Τεγεαῖος. quod tamen Græcum est.' *Scal.* '*Nemeeius* a Scal. est. Noster sæpe *Nemeæus* habet, ut Ovid. aliique; nusquam nisi hic *Nemeeius*. Libri universi *Nemeæus in horas*. Repone *N. in ortus*. Has partes inter; non has horas, ut Scal. Et ut antea vs. 402. 'tribuatur ad ortus tauri:' ita nunc, leo accipiet in ortus.' *Bent.*—408 Rom. et vulg. *deducta*. 'Gemblacensis optime *perducta*. quod omnino necessarium erat. Nam excessu ad ascensionem cancri apposito, conflatur ascensio leonis 160. quæ, inquit, est prior summa a nobis proposita, nempe sexta pars arcus diurni maximi. Sic est ratio perducta ad priorem summam, hoc est, ad sextantem arcus diurni maximi.' *Scal.* 'Regiom. Ald. et Rom. *deducta*. Vox his rebus propria. Vide Gronov. Observ. II. 10. pr. quibus adde quæ diximus ad Nostr. I. 3.' *Stoeb.*—409 Rom. et vulg. *Quomodo d. Nemeeus duxerit h.* 'Gemblacensis: *Quomodo d. Nemea si duxerit h.* *Si* truncum est, pro *sibi*. Nemea autem pro leone et infra dicitur: 'Bisque novem Nemea tribuis bessemque sub illis.'' *Scal.* 'Libri veteres *Nemea si*: recentiores *Nemeæus duxerit*. Nemea pro leone miror ut Scal. placuerit. Repone, *Quam modo d. Nemeæus duxerat h.* Quam summam, scil. sextam summæ diurnæ, leo duxerat, vs. 399. Planum hoc ex diagrammate.' *Bent.* 'Regiom. *Quot modo* scil. *horas*. Paris. *Quod modo*. Uterque *duxerit*.' Stoeb.—410 Rom. et vulg. *actu*. 'Lege

NOTÆ

dum. Græce enim Νεμεῆος, Ionice Νεμέειος. Male autem Scaliger *Nemæus in horas*, addendo *in*, metri causa. Nemeeius autem et Nemeæus dicitur leo, a Nemea sylva, II. 223.

407 *Vinciat*] Connectat. Bene; namque in progressu arithmetico omnis excessus numeri bene dicitur vinculum, nimirum prioris et sequentis summæ. Sic excessus summæ geminorum supra summam tauri, vinculum est utriusque summæ.

Atque eadem] Suppl. tertia pars illa.

Similisque] Suppl. tertia quoque pars illa.

409 *Divisis horis*] Nempe diei maximæ, noctisque minimæ, in solstitio æstivo, vss. 396. 397. not.

Nemeæus] Leo, vs. 404.

410 *Pari temporis auctu*] Nimirum

Sed certa sub lege, prioris semper ut astri
Incolumem servent summam, crescantque novando.
His usque ad chelas horarum partibus aucta,

diatur eodem incremento temporis, sed sub certa conditione, scilicet ut retineat perpetuo numerum integrum præcedentis signi, et augeatur novo auctu. His partibus horarum ita augmentatis usque ad decem partes, signa cetera a libra decrescent

auctu, pari excessu.' *Scal.* 'Libri scripti et impressi, *actu*. Quod mutari nolim, etsi apposite hic convenit *auctu*. Nam *actus* apud Manil. τὴν ἐλασίαν significat. Sic II. 140. 'Nec per iter socios commune regentibus actus:' ut supra a nobis. Sic I. de sole, 'extremos designat fervidus actus.' Sic et inf. de die solstitiali, quo dies incipiunt decrescere, 'similique redit quam creverat actu:' quæ tamen et de semita sumi possunt, metaphora ducta ab actu jurisconsultorum, quem Ulpianus, et ex Ulpiano Tribonianus, definit in Institutionibus, 'Jus agendi vel jumentum, vel vehiculum; et quem Græci ἁμαξικὴν ὁδὸν appellant.' *Huet.* 'Codices universi *actu*. Recte emendavit Scal. *auctu*. Et frustra obnititur Huet. mendosa loca in testimonium proferens. Sic Plin. Hist. II. 17. 'Sol bis permutatis spatiis, in auctum diei, bruma; noctis vero, solstitio.' Fidem facit verbum, a quo ducitur: nam in hoc sensu dicimus, tempus *augetur*, non *agitur*.' Bent.—412 Scal. Delph. et vulg. *servet s. crescensque*. 'Hoc non ad virginem solam spectat, sed ad quinque ab ariete priora sidera. Repone igitur *I. servent s. crescantque*. Crescant novando: ut sup. 284. 'Hora novo crescit per singula signa quadrante.'' *Bent.* 'Lege *crescatque*.' Huet. 'Paris. et Regiom. et ceteri libri, *crescensque*, quasi hæc ad solam virginem essent referenda.' *Stoeb.*—413 Scal. Delph. et vulg. *denas h. p. auctis:* et mox 414. Rom. et vulg. *libræ d. sidera*. 'Quam insigne mendum, quam facile etiam oculatissimis imponere posset? Legendum enim: *His u. ad denas h. p. auctis Per t. a libræ d. sidere p.* Sic infra de libra, et de eadem re: 'Ex illa totidem per partes sic breviantur.' Nam a libra incipiunt decrescere per totidem partes quot creverant, ut habes in diagrammate.' *Scal.* Delph. *libra d. sidera*. 'Ita restituendum. Male enim vulg. et Scal.' 'Quid hoc est? *Usque ad denas auctis;* cum ex ipso auctore et diagrammate ad ejus doctrinam accommodato, clarum sit *per vicenas* partes augeri? Libri omnes *sidera*, non *sidere*. Repone, *His u. ad chelas h. p. aucta, Per t. a libra d. sidera p.* *Chelæ* et *libra* idem signum est. Ab ariete

NOTÆ

tertia illa parte discriminis inter summam diei maximæ et summam noctis minimæ, vs. 407. not.

413 *His usque ad chelas, &c.*] His 4. vss. docet pariter, qua ratione diversi occasus signorum cognosci possint per quamcumque terræ regionem; atque eandem, vice versa, esse viam tenendam, quam supra in eorum cognoscendis ortibus. Itaque per quot partes temporis sex signa ab ariete ad libram exoriuntur, per totidem partes signa sex a libra ad arietem occidunt. Et contra, per quot partes signa sex a libra ad arietem exoriuntur, per totidem sex signa ab ariete ad libram occidunt. Res satis intelligi potest ex tab. supra pag. 456.

Ad chelas [*denas*] Suppl. partes horarias, quibus in exortum vicissim augentur signa singula, ut dictum est. Decies autem fit iste auctus per duodecim signa: quinquies in quinque primis signis ab ariete ad libram; nempe 1. in tauro. 2. in geminis. 3. in capricorno. 4. in aquario. 5. in piscibus. Neque enim habetur ratio crementi aut decrementi libræ et arietis.

Per totidem a libra decrescent sidera partes;
Et quantis utrimque modis tollentur ad ortus,
Diversam in sortem tantis mergentur ad umbras.
Hæc erit horarum ratio ducenda per orbem,
Illa quot stadiis oriantur quæque cadantque:

per totidem partes, et deprimentur sub tenebras tantis temporum mensuris in utrumque modum, quantis assurgunt ad ortus in oppositum modum. Hæc itaque methodus erit tenenda per quamcumque regionem orbis terrarum, ut mensura habeatur, qua signa exoriantur et occidant per stadia; quæ stadia numero sunt septingenta

usque ad libram crescunt sidera per partes vicenas; a libra usque ad pisces per partes totidem decrescunt.' *Bent.* 'Vetus lectio, *denas* .... *auctis*. Significat Manilius, decem illos *auctus*, h. e. additiones summarum quæ fiunt ad singula signa: prima fit ad arietem, secunda ad taurum, tertia ad geminos, quarta ad cancrum, quinta ad leonem, sexta ad virginem et libram. Nam cum æque distent a solstitio, par est ratio utriusque: septima ad scorpium, octava ad sagittarium, nona ad capricornum, decima ad aquarium, unde fit summa quæ competit piscibus, et par est summæ arietis. Paris. et Regiom. *libræ*.' Stoeb.—415 Scal. Delph. et vulg. *in utrumque*. '*In utrumque* quid sit nescio. *In* a Vossiano abest. Repone, *Et q. utrimque m. t. ad o. Utrimque*, tam sex borealia signa, quam australia. Cave autem, ne interpreteris *quantis modis* et *tantis*, quot modis et tot. *Numerus* vicenarum horæ partium est *quotus*; *modus* est *quantus*.' Bent. 'Alii *in utrumque*, scil. modum; oblique et recte. Cod. Paris. Ald. et Rom. *in utranque*. Regiom. *in utraque*, scil. sorte.' *Stoeb.*—418 Rom. et vulg. *Sidera quæ ostendit quæ o. q. que c. que*. 'Longe aliam lectionem præfert Gemblacensis: *Illa quod standis o. q. que c. que*. Et proclive quidem est divinare *quod standis* pro *quot stadiis* perperam exaratum fuisse. τὸ *Illa*, id est, ratione. Bonincontrius innovavit: *Illa quoque in standis*.' Scal. Delph. *Sidera ut in stadiis*. 'Ita restituendum fuit. Pes-

NOTÆ

415 *Utrimque* [*in utrumque*] I. e. in utramque sortem, nimirum in ortum et occasum. Quod autem dicit *in utrumque*, dicet jam vs. seq. 'In diversam sortem.' Itaque qua temporis mensura, quove auctu, sex prima signa ab ariete ad libram exorientur et occident; eadem mensura, eodemve temporis auctu, vice versa, sex signa a libra ad arietem orientur et occident: v. g. oriatur taurus hora 1. minutis 36. occidat vero hor. 2. min. 24. Scorpius contra orietur hor. 2. min. 24. occidet vero hor. 1. minut. 36. Et ita de aliis.

417 *Hæc erit horarum, &c.*] His 20. vss. docet eandem hanc methodum de horis in exortum et occasum siderum servandam esse in habendis stadiis, quibus oriantur occidantve sidera. Par enim utrobique ratio, viaque tenenda. Observandum enim est quot stadiorum sit maximus arcus diurnus, et minimus nocturnus, in solstitio æstivo; utriusque deinde summæ stadiorum sors dividenda est quæque in sex partes æquas; sextaque pars diurni arcus maximi danda est leoni; sexta vero pars arcus nocturni minimi danda est tauro. Ceteraque sunt observanda, ut docuimus supra vs. 395. not. mutato solum nomine *horarum* in vocem *stadiorum*. Non est igitur ut in his immoremur.

Quæ cum tercentum numeris vicenaque constent,
Detrahe tot summæ partes, quot ademit utrimque

et viginti. Tot autem partes totalis summæ demuntur, quot detrahuntur ex ea,

sime enim variant hic lectiones. Gemb. *Illa quod standis.* Vulg. *Sidera quæ ostendit.* Scal. *Illa quot stadiis.* Jun. Bitur. *Illaque ut in stadiis.*' 'Metro et structioni verborum laborantibus subvenit lectio Cod. Paris. et Regiom. *Illaque quot stad.* Jubet Auctor hanc, quam modo deduxit, rationem adhiberi, et illam quam supra tradidit, ad expendendum quot stadiis quæque signa oriantur et occidant. Conf. infra vs. 439. Ald. et Rom. posteriori tantum rationi inhærentes legunt *Sidera quæ ostendit quæ oriantur, quæque cadantque.* Propius ad mentem Auctoris Fayus: *Sidera ut in stadiis o. q. que, c. que.*' Stoeb.—419 Delph. *Quæ bis tercentum.* Vid. not. inf. 'Summa stadiorum est 720. quam supra dedimus ad vs. 275. In hac autem doctrina, quæ nunc præ manibus est, stadia sunt tantum 320. nimirum pro ratione assumpti numeri octonarii. Nam ratio maximæ diei ad minimam Romæ est ut quinque ad tria: et proinde numerus assumendus et secandus in eam rationem est octonarius. Octo igitur in arbitrarium aliquem numerum, puta quadraginta, ductus producit 320. et sectus in rationem quinque ad octo dabit 200. maximæ diei arcum, 120. autem minimæ diei. Sexta pars maximi arcus, stadia 33. 20′. minimi, 20. 0′. Sed commodioris computationis gratia multiplicentur in novem. Ita 300. erit sexta pars arcus maximi diurni pro ascensione leonis, 180. sextans minimi arcus pro ascensione tauri. Differentia 120. triens 40. qui erit excessus progressionis, ut habes in diagrammate apud Scaligerum in Notis, non procul ab hoc loco.' *Stoeb.*—420 Scal. et vulg. *Detrahitur summæ tota pars, quota demit utrimque.* Delph. *demitur inde.* 'Ita restituendum. Male enim Scal. *demit utrimque*: legendum enim foret *quotam*, non *quota*.' '*Tota* hic, τοσαύτη, priore brevi; cui respondet *quota.* Negat tamen hoc posse Servius ad Æn. I. 189. 'Plerique,' inquit, 'derivationem ducunt ab eo quod est *tot*, *totus*; ut ab eo quod est *quot*, *quotus*. Sed illud notandum; cum *tot* naturaliter brevis sit, *totus* producitur: *quotus* vero secundum suam originem brevis permanet.' Quid igitur fiet? Aut librarii hic condemnandi erunt, aut Auctor ipse in periculo erit famæ et ætatis. Dico verba esse mendosa. Si enim *quota* hic in mendo est, simul erit et *tota*. Atqui *quotam demit Phœbus* dicendum erat

NOTÆ

419 *Quæ cum* [*bis*] *tercentum, &c.*] Ita legendum. Male enim vulg. *quæ cum ter centum, &c.* quam lectionem pessime tuetur Scaliger, dum contendit vocem *ter* non cadere in vocem *vicena*, sed tantum in vocem *centum*, ita ut fiat summa 320. Fallitur sane; sunt enim Maniliana 720. ut monui vs. 279. not. totque sunt admittenda. Itaque *bis ter centum et vicena* stadia, sunt 720.

420 *Detrahe tot*, [*Detrahitur tota pars,*] *&c.*] Sensus horum 3. vss. hic est: Comparationem instituit Poëta, aitque tot partes esse detrahendas e totali summa stadiorum, quæ et arcus diurnus maximus et arcus nocturnus minimus sub cancro continent, quot detrahuntur e totali summa horarum, quas iidem duo arcus continent. Quanquam non parem omnino utrobique servat rationem. Cum enim de horis egit supra, docuit solum cognoscendum esse quot horarum esset uterque arcus, diurnus scilicet maximus, et nocturnus minimus, sub cancro. At hic videtur docere cognoscendum esse quot stadiorum simul sit uterque ille arcus; deinde e totali hac summa detrahi vult sum-

Omnibus ex horis æstivæ nomine lucis,
Solstitium summo peragit dum Phœbus olympo.
Quodque his exsuperat demtis, id didito in æquas

cum actum est de omnibus horis, quando sol in tempore noctis æstivalis perlustrat solstitium æstivum in alto cælo. Et quod superest, his partibus detractis, id divide

non *quota:* quod quo casu Scaligeri narem effugerit miror. Venetus et Vossianus *quod ademit,* hoc est, quot: nam passim permutantur. Gemblacensis clare, *quot ademit.* Repone, *Detrahe tot s. partes, quot ademit utrimque. Detrahe,* inquam, scribendum, ut versu 405. 'per tres id divide partes.' et 423. 'id didito in æquas Sex partes.' et 454. 'totum in partes ita digere tempus.' Abeat igitur *tota pars* illuc, ubi *pars toto* æquatur, et omnia absurda habitant.' *Bent.* 'Regiom. et, quorum agmen ille ducit, Editores Veteres ad fidem Cod. Paris. *Detrahitur summæ tota pars, &c.* Vox autem *tota*, priore correpta, dicitur pro *tot*, Græcis τοσαύτη, *tot* aut *tanta:* cui respondet sequens vox *quota.* Sententiam hujus loci nota ad vs. sq. explanabit. Regiom. et ceteri minus recte, *utrumque.*' Stoeb.—421 Scal. *momine noctis.* Delph. et vulg. *nomine n.* '*Momine* a Scaligero est, libri omnes *nomine;* quod recte asserit explicatque Huetius: [quem vid. inter notas huic editioni appensas:] sed aliud restabat corrigendum. Non enim *noctis nomine* hoc fit, sed *diei. Nomen noctis* mox habes versu 425. Repone igitur, *nomine lucis.*' Bent. 'Scripti et Editi, *noctis.* Igitur sensus horum et præcedentium verborum est: Ex tota summa stadiorum 320. tota pars, scil. ea pars proportionalis demitur, quam demit Sol ex omnibus horis, nempe integri νυχθημέρου, quæ sunt 24. quando conficit solstitium. Et quidem illæ sunt 15. Romæ: quæ eam rationem habent ad totam summam 24. horarum, quam 200. ad 320. Ergo 200. erit arcus maximæ diei, et reliquus de summa 320. nempe 120. erit arcus minimus diurnus. Igitur tota pars detrahitur de 320. quotam partem aufert maxima dies ex 24. horis. Ablatis igitur 120. de 320. remanent 200. pro arcu maximo diurno.' *Stoeb.*—423 Rom. et vulg. *ducito.* 'Itane *ducito?* Quid hic multiplicatio? Imo me hercle *dividito.* Et profecto Manilius scripsit: *id didito in æquas Sex partes.* Sic antea de eadem re: 'Quod discrimen erit, per tris id divide partes.'' *Scal.* 'Hoc *didito,* quod Scaliger dedit, Nostro minus usitatum ac *ducito,* quod h. l. libri omnes agnoscunt, præter Cod. Paris. qui legit *ducit in.* Itaque hoc *ducito* reponendum censemus. Neque enim *ducere* semper et ubique Nostro dicitur multiplicare, sed est dividere vel distribuere, quod h. l. ex structione vocum *in partes* oppido clare patescit. Eodem sensu hoc *ducitur*

NOTÆ

mam arcus nocturni minimi, ut summa residua sit arcus diurni maximi; quam postea docet pariter partiendam esse in sex partes æquas, quarum una datur leoni, &c. Igitur per *summæ tota pars* intellige tot partes totius summæ stadiorum, quæ uterque arcus ille nocturnus minimus et diurnus maximus continet; vox autem *tota* dicitur pro *tot,* Græce τοσαύτη, *tot,* aut *tanta;* cui respondet sequens vox *quota.* Per has autem voces, *quota demitur inde Omnibus ex horis,* intellige, quot partes detrahuntur e totali summa horarum, quas uterque ille idem arcus diurnus et nocturnus sub cancro continet.

421 *Nomine*] Tempore, lib. II.

422 *Solstitium*] Suppl. æstivum, II. 658.

Olympo] Cœlo, I. 178.

423 *Quodque his exsuperat demtis, &c.*] Quod restat de totali summa illa stadiorum diei et noctis simul, demtis jam stadiis noctis minimæ, id dividendum est in sex partes æquas.

Sex partes, sextamque ardenti trade leoni.
Rursus qui steterit numerus sub nomine noctis,
Ejus erit signo tauri pars illa dicanda.
Quodque hanc exsuperat partem, superatur ab illa,
Distinguitque duas medio discrimine summas;
Tertia pars ejus numero superaddita tauri
Traditur et geminis. Simili tunc cetera lucro
Procedunt, numeros semper tutata priores;
Augebuntque novo vicinas munere summas,
Donec perveniant ad justæ sidera libræ:

in sex partes æquales, et da sextam ejusmodi partem leoni calido. Iterum quæ summa fuerit sub tempore noctis, ea pars tertia erit tradenda signo tauri, et quod superat hanc posteriorem partem, et quod superatur ab illa priori, et quod scilicet superat media differentia illos duos numeros, ejus tertia quoque pars, quæ data fuerat summæ tauri, datur etiam geminis. Postea reliqua signa progrediuntur pari auctu, conservantque semper præcedentes summas; et ita augmentabunt proximos numeros nova illa temporis mensura, usquedum accedant tempora libræ æquæ. Ex hac autem libra signa pariter decrescunt per tot partes usque ad castra arietis: et

habuimus supra vs. 285.' *Stoeb.*—425 Scal. *momine*. 'Iterum repone, *nomine*. Libri hic veteres *numine*.' Bent.—432 Rom. et vulg. *A. que novem numeratas nomine s.* 'Pessime deformatus locus. Sed codici Gemblacensi gratia habenda, qui sub involucris latentem veritatem præfert. Habet enim: *A. que novem vicinas munera s.* Sed *τὸ munera* ex alia lectione vitiosa *numeratas* conflatum. Omnino legendum, *A. que novem vicinas momina s.* Novem momenta, sive numeri augebunt, multiplicabunt viginti ad commoditatem computationis, ut supra in horis fecimus. Nam et hic quoque 20. quæ tauro debebantur, in IX. duximus; ad expeditum calculi usum.' *Scal.* 'Hæc portenta sunt, *novem* et *vicenas*: in quibus explicandis ingenium frustra attrivit Scaliger. Libri veteres, *vicinas munera*. Repone, *A. que novo vicinas munere s. Novo munere augebunt*, ut supra versu 284. 'Hora novo crescit per singula signa quadrante.' *Vicinas summas*, hoc est, vicinorum siderum summas.' *Bent.* 'Regiom. *novem nemeas nomine*. Sic quoque Barth. in suo Ms. legit. Ald. et Rom. editionem secuti Bononiens. *novem numeratas, &c.* Cod. Paris. *novem niemas nomine summ.* quæ quorsum pertineant, exputare jam non vacat. 433. Cod. Paris. et Regiom. *pervenient*.' Stoeb. Ibid. Scal. Delph. et vulg. *tempora*.

NOTÆ

I. e. summa arcus diurni maximi dividenda est in sex partes æquas, &c. Quod et de horis vs. 296. pari modo factum est.

426 *Signo tauri pars* [*illa sexta,*] *&c.*] Ut de horis noctis minimæ vs. 279. not.

427 *Quodque hanc exsuperat, &c.*] I. e. discrimen, quod inter summam noctis minimæ et summam diei maximæ intercedit.

Hanc partem] Noctis scilicet minimæ.

Illa] Diei nempe maximæ.

429 *Ejus*] Discriminis illius.

431 *Numeros ... tutata priores*] Sic vs. 411.

432 *Novo ... munere* [*momine*] Novo temporis auctu illo, quæ tertia pars

Ex illa totidem per partes sic breviantur,
Lanigeri ad fines: conversaque omnia lege
Accipiunt redduntque pares cedentia sortes.
Hæc via monstrabit stadiorum ponere summas,
Et numerare suos ortus per sidera cuncta.
Quod bene cum propriis simul acceptaveris horis,
In nulla fallet regione horoscopos unquam;
Cum poterunt certis numerari singula signa
Temporibus, parte ex illa quam Phœbus habebit.
Nunc quibus hyberni momentis surgere menses

versa tempora recipiunt eandem legem, et amittunt similes partes dum occidunt. Hæc ratio docebit constituere numeros stadiorum, et computare suos exortus per singula signa. Quod quidem ubi perceperis cum propriis quoque horis, nusquam signum ascendens te decipiet in ulla parte terrarum, quia quæque sidera poterunt mensurari per certa tempora ex illa parte quam sol occupabit. Jam vero magna via breviterque monstranda, quibusnam scilicet temporibus menses hyemales inchoënt

‘ Vetusti omnes, *sidera*.’ Bent.—435 Vulg. *nomina lege*. Delph. *nomina legem:* et mox 436. pro *redduntque, perduntque*. ‘ Hæc inepta et mendosa sunt. Libri veteres, *conversaque omnia lege*. Repone, *omnia lege A. redduntque*. Ordo est, Conversaque lege, omnia accipiunt pares sortes, cedentiaque reddunt. *Conversa lege*, id est, mutata vice, ut Noster III. 469. ‘ Rursus et incipiunt propria de sorte diebus Cedere conversa labentia tempora lege.’ et III. 649. ‘ Convertitque vices.’ et III. 265. ‘ Atque ibi conversis vicibus mutantur in horas Brumales.’ *Accipiunt redduntque*, antitheta Nostro sollemnia. Virgilius Æn. VIII. 449. ‘ alii taurinis follibus auras Accipiunt redduntque.’’ *Bent.* ‘ Hoc *omnia* est in Ms. Lips. et Paris. *nomina* Regiom. Ordo est, Conversaque lege omnia, scil. signa, accipiunt pares sortes, cedentiaque reddunt.’ *Conversa lege*, i. e. mutata vice, uti Noster infra vs. 469. sq. pro quo, ‘ conversis vicibus’ supra vs. 265. 436. Libri universi *perduntque*, eodem sensu. *Accipiunt redduntque* magis Nostro sollenne.’ *Stoeb.*—437 Vulg. et sic Paris. et Regiom. *monstravit*. Correxit Scal. ex Gemb.—439 ‘ Barth. in suo Ms. et Paris. in marg. Regiom. Ald. et Rom. legunt, *breve*. Quod dare potuit Auctor, qui strictim hanc doctrinam tradidit. Neque etiam omnium signorum ascensiones descripsit, sed de ariete tacuit in utraque methodo, hora-

NOTÆ

est discriminis inter diem maximum et minimam noctem.

434 *Ex illa, &c.*] I. e. sidera a libra ad arietem hoc auctu temporis prædicto, vice versa, occident, quo sidera ab ariete ad libram oriuntur. Quod et idem dictum est de occasu siderum per horas, vs. 279. not.

437 *Hæc via*] His itaque 6. vss. concludit hanc esse viam tenendam, ut ortus et occasus siderum, et per horas suas et per stadia sua, bene habeantur, quo nusquam horoscopus fallat; sed certa ratione cognoscatur signum ascendens per quamcumque terrarum regionem.

440 *Horoscopos*] Natalis cœli, signum ascendens, vs. 504.

442 *Parte ex illa quam, &c.*] I. e. ex illo signo, aut signi gradu, in quo sol erit, dum quis fuerit natus, vss. 299. 300. 482. not.

443 *Nunc quibus, &c.*] His 5. vss. monet se jam disputaturum de vario

Incipiant (neque enim paribus per sidera cuncta
Procedunt gradibus, nivei dum vellera signi
Contingant, æquum luces cogentia et umbras
Ferre jugum) magna est ratio, breviterque docenda.
Principio capienda tibi est mensura diei,
Quam minimam capricornus agit; noctisque per horas
Quam summam. Quoque ab justo superaverit umbra,
Et trepident luces, ejus pars tertia signo

crescere; (neque enim progrediuntur æqualibus mensuris per singula signa, donec perveniant ad lanas sideris candidi, quæ faciunt ut dies et noctes portent æquale jugum.) Igitur primo sumenda est tibi mensura diei brevissimæ, quam capricornus reddit, et simul numerum quem agit per horas noctis. Et qua justa summa nox vicerit diem, et dies recedere festinent, ejus summæ pars tertia semper tribuen-

rum et stadiasmi, quod excusavit supra vs. 391. coll. vs. 277. et de sequenti tractatione præcipit mox vs. 477.' *Stoeb.*—446 Paris. et Regiom. *contingunt.* —449 Vulg. et sic Paris. et Regiom. *horam.* 'Omnino legendum *per horas.* Mensura enim dierum et noctium per horas colligitur.' *Scal.*—450 Vulg. *Q. s. quoque si superaverit umbra.* 'Quid velit, non est obscurum nobis. Sed quod nobis menda vacare videbatur, id vero mendosissimum prodidit liber Gemblacensis. In eo ita scriptum fuit: *Quam summam quoque adjusto superaverit umbras. Ac tr.* Nulla fere licentia hæc indubitata lectio eruitur: *Pr. c. t. est m. d. Q. m. c. agit, noctisque per horas, Quam summam: quoque ab justo s. umbra, Ac tr. luces, ejus p. t. s. Tr. est m. s.* Non erat locus in Manilio, cui tam male affecto minus succurri posset sine ope manuscriptorum.' *Scal.* 'Regiom. *ad justas superav. umbras.* Hoc *ad* Cod. quoque Paris. agnoscit. Idem in fine, *hora.* Ald. et Rom. *si justa sup. hora.*' Stoeb.—451 Vulg. *crepitent.* 'Inepte, nos olim emendavimus *trepident.* Confirmavit Gemb.' *Scal.* Sic Delph. Vid. not. inf. 'Cod. Paris. et Barth. in suo, vel potius Palatino Ms. *crepitent,* quod etiam Regiom. Ald. et Rom. dederunt. *crepitare luces* dicuntur, quæ dubiæ sunt claritatis. Quod de brumalibus diebus omnino

NOTÆ

incremento dierum ac noctium decremento per menses ac sidera, ab initio capricorni ad arietem; deinde ab ariete ad cancrum. Postea de noctium incremento, deque dierum decremento vicissim a cancro ad capricornum.

445 *Nivei signi*] Arietis.

448 *Principio capienda est, &c.*] Incipit a decremento noctis, dieique incremento, a capricorno ad arietem, docetque his 9. vss. rationem ejus rei inveniendæ. Itaque ait primum observandum esse, quacumque in regione fueris, quot horis nox brumalis longissima superet diem brumalem brevissimum; illudque discrimen aut excessum potius in tres partes æquas esse dividendum; quarum una tradenda est signo medio, nimirum aquario; tria enim sunt signa, capricornus, aquarius, et pisces, usque ad arietem. Qua parte tertia accepta, aquarius vincet primum signum capricornum, ex dimidia parte illius: et pariter vincetur a piscibus eadem dimidia parte illius tertiæ partis. Rem illustrabit exemplum, vs. 457. et tabula pag. 470.

451 *Trepident luces*] I. e. festinent, celeriterque recedant ac fugiant. Sic apud Virg. Æn. IV. 'trepidare'

Tradenda est medio: qua semper sorte retenta;
Dimidia ut vincat primum, vincatur et ipsum
Extremo, totum in partes ita digere tempus.
His opibus tria signa valent. Sed summa prioris
Accedit numeri conjuncta sequentibus astris.
Sic erit, ut ternis fuerit si longior horis

da est signo medio; qua summa servata superet ex dimidio primum signum; ipsum quoque superetur ab ultimo signo. Ita distribue totum tempus illud in ejusmodi partes. Tria signa gaudent his auctibus: sed ea lege ut numerus primæ summæ addatur et adjungatur signis sequentibus. Veluti advenerit (si fortasse

valet.' *Stoeb.*—452. 453 Scal. Delph. et vulg. *T. e. medio semper: qua s. r. Dimidio vincat.* 'Lege et distingue: '*Tradenda est medio: qua semper s. r.; Dimidia ut v. p., v. e. i. E., t. i. p. i. d. t.* Ita digere ut vincat. Sic digere totum tempus in partes; ut medium signum dimidia parte vincat primum, et ab extremo dimidia vincatur.' *Bent.* 'Bene habet vetus interpunctio: '*Tr. est m. semper* (:) *qua sorte retent. Medio,* sc. signo, qui aquarius.' *Stoeb.*—453 'Vetustiorum Editionum conditores non inepte dederunt, quemadmodum diserte scriptum reperimus in Cod. Paris. *Dimidio vincat primum, &c.* Id est, aquarius, acceptis 60. scrupulis, ea summa superet capricornum qua ipse vincitur a piscibus. Nam 30. 60. 90. sunt in progressione arithmetica: et ut aquarius 30. scrupulis superat capricornum, ita ipse vicissim vincitur totidem a piscibus. 454. Cod. Paris. et Regiom. *dirige.* Post hoc *tempus* delent distinctionis notam.' *Stoeb.*—455 'Pro *valent,* Libri nostri consensu legunt, *etiam* (:) quod merito suspectum. Tria signa, scil. capricornus, aquarius, pisces, valent seu attollunt dies per hos auctus et incrementa; ea tamen lege, ut sequens signum addat semper tertiam illam partem præcedentis signi. 456. Regiom. *Accedat.* Ms. Paris. *accedunt.*' Stoeb.—457 Scal. Delph. et vulg. *Cesserit ut,* et mox 458. pro *in, ut.* Vid. not. inf. 'Quis, cui ullus harum rerum gustus est, sententiam sic terminaverit, *Cesserit ut?* Locus mendosissimus. Ex his tribus priores duo spurii sunt et inepti. Quorsum enim pertinet, *valent his opibus?* De opibus signorum, (nusquam alias sic loquitur,) sive de viribus, effectibus, hic non agitur. 'Summa,' inquit, 'prioris

NOTÆ

est 'festinare:' et Æn. III. 'trepidus' est 'festinus.' Alii *crepitent luces,* quasi obscurentur. *Crepitare* enim est dubia luce micare. Quæ lectio non probatur; ea enim mens est Manilii, ut velit dies cedere noctibus, ac minus longos esse.

452 *Medio*] Aquario nempe.

453 *Dimidia ut vincat primum*] I. e. Aquarius superet capricornum ex dimidia parte illius tertiæ partis, qua ipse attollit tempora dierum: et ipse quoque aquarius superetur ex dimidia parte ejusdem tertiæ partis discriminis.

Ipsum] Suppl. medium signum, i. e. aquarius.

454 *Extremo*] Piscium signo, quod e tribus ultimum est.

455 *His opibus tria signa valent*] I. e. capricornus, aquarius, et pisces attollunt dies per hos auctus et incrementa; ea tamen lege ut sequens signum addat semper tertiam illam partem præcedentis signi.

457 *Sic erit* [*cesserit*], *ut, &c.*] His 8. vss. rem illustrat exemplo Manilius: v. g. inquit, nox brumalis superet diem hybernum tribus horis; tertia pars harum trium horarum, quæ

Brumali nox forte die, capricornus in hora
Dimidia attollat luces; et aquarius horæ
Ipse suam sortem ducat, summæque priori

nox hyberna fuerit longior, quam dies hybernus tribus horis, v. g.) ut capricornus augeat dies per mensem ex una semihora; et ut aquarius ipse sumat suam horam

numeri accedit conjuncta.' Si *conjunctam*, quod puto, duplicatam intelligit, falsum est; si aliter, *accedit conjuncta* bis rem eandem dicit. His spuriis sublatis, vide ut apte cohæreant omnia: *Sic erit*, sic eveniet, ut capricornus in dimidia hora, &c. Omnes codices vetusti *in hora*.' Bent. 'Regiom. omissa, superiore versu, post hoc *astris* dictinctione (.), legit et distinguit, *conjuncta sequentibus astris Cesserit* (:) *ut ternis, &c.* Sic *cesserit* Cod. Paris. Scaliger, non nisi interpunctione peccans, *Cesserit ut* (.) ubi Cod. Paris. supra lin. *et*. 458. Regiom. *ut hora*. Cod. Paris. *et hor*.' Stoeb.—460 Scal. et vulg. *propriæ ducat summæque prioris*. Delph. *proprie .... priori*. 'Gemb. bene. Aquarius enim, quod medium est signum, ipse sibi sumit unam horam ad auctum dierum in exemplo proposito, quæ tertia pars est discriminis positi. Male ergo Scal. Male vulg. *dicat* pro *ducat*.' 'Repone *I. s. sortem d., s. q. priori*.

NOTÆ

una est hora, danda est aquario, qua ipse aquarius vincat capricornum ex dimidio, i. e. ex semihora; et qua vicissim superetur a piscibus ex dimidio, i. e. ex semihora. Rem clarius explico. Sit nox igitur longior die brumali horis tribus; illud discrimen horarum trium divide in sex partes æquas, nimirum, in sex semihoras: da capricorno unam semihoram, ad dierum suorum auctum, quam addes numero diei brevissimæ: da pariter unam semihoram aquario, quam addes summæ capricorni; sequens enim signum retinet summam præcedentis: da et piscibus unam semihoram, quam pariter addes numero signi aquarii; et ita de ceteris ad cancrum, crescente summa per singula signa ex semihora. V. g. si nox superat diem tribus horis, erit igitur illa horar. 13. cum dim. hic vero horar. 10. cum dim. Adde huic summæ diei horar. 10. cum dim. sextam illam discriminis partem, quæ est semihora, ad auctum dierum per capricornum, fiet summa horar. 11. Adde his horis 11. sextam partem discriminis partem, i. e. semihoram, fiet summa horar. 11. cum dimid. ad auctum dierum per aquarium. Denique adde his horis 11. cum dim. unam quoque semihoram, fiet summa horar. duodecim ad auctum dierum per pisces. Et sic illa tria signa, ut verbis Manilianis utar, vs. 463. 'tribus expletis horis noctemque diemque Lanigero tradant æquandam tempore veris.' Porro ita ratio et sensus legendum postulant, *cesserit ut, ternis, &c.* Verba enim hæc, *cesserit*, i. e. fuerit, fiat, advenerit; *ut*, i. e. veluti. Male ergo Scaliger interpretatur *cesserit ut*, quasi sit, quomodo res eveniat, qualecumque illud sit discrimen; jungitque male has voces, *cesserit ut*, illis præcedentibus, *sed summa prioris accedit, &c.*

459 *Attollat luces*] Augeat dies, suppl. per suum mensem.

460 *Summæque priori Adjungat*] Sup. sextam discriminis partem. Addunt enim singula signa signis præcedentibus.

Adjungat: pisces tantum sibi temporis ipsi
Constituant, tantum accipiant de sorte priorum;
Ut tribus expletis horis, noctemque diemque
Lanigero tradant æquandam tempore veris.
Incipit a sexta tempus procedere parte

peculiariter, et addat numero præcedenti; et ut pisces ipsi sumant sibi tantum temporis, quantum recipiant de summa præcedentium signorum: et sic, tribus horis inde exactis, reddunt arieti noctem et diem æquam faciendam in tempore veris. Inde autem tempus, quod est dividendum, cœpit crescere per sextam sortem: signa-

············

Suam horæ sortem, id est, suam quoque dimidiam; ut priori summæ adjuncta fiat hora integra. *Priori* codices universi.' *Bent.* 'Regiom. cum Paris. *et aquarius horam Ipse suam proprie ducat, &c.* Sic etiam Gemblac. Bene. Aquarius enim, quod medium est signum, ipse sibi sumit unam horam ad auctum dierum in exemplo proposito, quæ tertia pars est discriminis positi. Conf. not. ad vs. 444. sq.' *Stoeb.*—462 Scal. Delph. et vulg. *quantum*: et mox 463. *Et* pro *Ut*. 'Repono, *tantum a. de s. pr. Ut tr. e.* Tantum sua sorte, tantum de priorum sorte accipiant, ut tres integræ horæ fiant. *Ut tribus;* ut mox versu 473. 'cumulentque ut damna priora.'' *Bent.* 'Lege cum Regiom. et Cod. Paris. *quantum*. Mox Regiom. *priori*. Cod. Paris. *prioris* pro *priorum;* quod tamen retinendum. Nam 90′. quæ accedunt piscibus, æquant 60′. et 30′. priorum signorum.' *Stoeb.*—463 'Veterem scripturam secuturi vs. præced. restituemus *quantum*, proinde h. l. legendum *Et trib.* Sic Cod. Paris. Regiom. et ceteri omnes. 464. Prisci duo, *æquandum*.' Stoeb.—

NOTÆ

462 *Priorum*] Nempe aquarii præcedentis, quem superant sexta parte discriminis superaddita.

463 *Tribus expletis horis*] Quod scilicet discrimen erat inter noctem maximam et diem brevissimam positum. Tres autem illæ horæ ita explentur a capricorno ad arietem, dum dies crescunt per semihoras tribus illis mensibus, ut dies et noctes pares fiant sub ariete. Eadem enim temporis mensura decrescunt noctes, per singulos menses, qua per eosdem menses crescunt dies; scilicet una semihora per capricornum, una semihora per aquarium, una semihora per pisces. Igitur tribus quæque semihoris suis per eadem signa noctes decrescunt. Quæ sex semihoræ dant horas tres, quod noctis et diei discrimen erat positum.

465 *Incipit a sexta, &c.*] His 9. vss. explicat Poëta quomodo dies crescunt ab ariete ad cancrum, in exemplo allato, per semihoram quoque, quæ sexta pars est discriminis positi, nempe trium horarum. Additur enim semihora numero piscium, ut habeatur auctus dierum per arietem. Sequens signum, nempe taurus, addit semihoram numero arietis, vel, ut verbis Manilianis utar, 'duplicat vires,' i. e. sumit sibi duas sextas partes discriminis, nempe unam horam, sicut aquarius unam horam, seu tertiam discriminis partem, assumserat. Ultimum vero signum, nimirum gemini triplicant, i. e. sumunt tres semihoras, non habita scilicet crescentis summæ duorum præcedentium signorum, sed quasi sua sola ratione.

Dividuum: duplicant vires hærentia signa;
Ultimaque acceptas triplicant. Ita summa diebus
Redditur: æquato solvuntur fœnere noctes:
Rursus et incipiunt propria de sorte diebus
Cedere conversa labentia tempora lege.
Namque aries totidem deducit noctibus horas,
Quot prius abstulerant proprio sub nomine pisces.
Hora datur tauro: cumulentque ut damna priora,

quæ proxima duplicant vires, et extrema signa triplicant illas vires quas recipiunt. Sic tempora cuncta noctis decurrentia solent cedere diebus varia ratione. Et jam aries detrahit noctibus tot horas, quot pisces detraxerant antea sub suo titulo. Hora tribuitur tauro, et gemini addunt unam semihoram, ut augeant prima detrimenta.

466 Vulg. *triplicant vires arentia signa.* 'Falsissimum, legendum *duplicant v. hærentia s.* ærere, pro hærere, umor pro humor, et alia in hoc auctore.' *Scal.* 'Cod. Paris. et Regiom. *triplic.* altero mox vs. *duplic.* Sub finem vs. Cod. ille Paris. *arentia*, pro arida; quæ sic dici videntur respectu humidorum, qualia sunt capricornus, aquarius, pisces. Malim tamen vulgatum, quod hujus artis doctoribus longe usitatius.' *Stoeb.*—467 '*Ita summa diebus*, epilogus est,' inquit Scaliger. Tam brevis vero epilogus? Quis hoc admittat? Nimirum in scriptis et editis sequebatur versus, nunc 470. *ita summa diebus Cedere diversa labentia tempora lege.* Quæ cum nullo cæmento cohærerent, Scaliger hic suum epilogum fecit; et versum nunc 470. constituit post versum nunc 469. Recte hanc partem executus est; sic enim est constituendus. Sed miror tam sagacem animum non et illud vidisse, versus nunc 468. et 469. suo pariter loco motos esse: nam et in scriptis et in ejus editione veniunt post versum nunc 474. Repone, *ita summa diebus Redditur: æq. s. fœnere n.* Ita, cum ad arietem ventum est, summa sua XII. horarum diebus redditur; et noctes, qui horas fœnere sumpserant, solvuntur; ut nihil diebus jam debeant.' *Bent.* Vide Not. inf. et inter notas Huetii. 'Ita cum ad arietem ventum est, summa sua 12. horarum diebus redditur; et noctes, quæ horas fœnore sumserant, solvuntur, ut nihil jam diebus debeant. Hæc quidem interprete Bentleio, qui vs. 468. cum sequente locô movit, quem in Cod. Paris. et vulgato Regiom. post vs. 474. tenent; ubi, pro *æquato*, ille *æquate;* hic, *æquatæ solv. fœnore*, pro *fœnere.*' Stoeb.—470 Scal. Delph. et vulg. *diversa.* '*Diversa* codices universi. Sed leges *diversæ* possunt esse infinitæ. Repone, *C. conversa l. t. l. Conversa lege*, vice mutata: ut iisdem gradibus deorsum descen-

NOTÆ

466 *Dividuum*] I. e. tempus, quod superest dividendum, ab ariete scilicet ad cancrum.

Hærentia signa] Taurus.

467 *Ultimaque*] Sup. signa, nempe gemini.

Summa ... Redditur [*Cedere ... tempora*] Sup. noctium, quæ cedunt diebus a capricorno ad cancrum, diversa quidem ratione et mensura. Male autem Scaliger sententiam terminat his solis vocibus, *Ita summa diebus:* nec addendum judicat sequentem versum, *Cedere diversa, &c.* Quod et res ipsa ac ratio postulat.

473 *Damna priora*] Quæ noctibus jam taurus et aries intulerant, dum auxerunt diem præ noctibus.

Dimidiam adjungunt gemini. Sic ultima primis
Respondent, pariterque illis quæ proxima fulgent:
Et media æquatis censentur viribus astra.
Præcipuosque gerunt varianda ad tempora motus.
Hac vice descendunt noctes a sidere brumæ,
Tolluntarque dies; annique invertitur ordo,
Solstitium tardi dum fit sub sidere cancri.

*Ita extrema semihora additur primis semihoris. Ita noctes æquales factæ diebus privantur auctu suo. * * Hoc ordine noctes recedunt a signo solstitii hyberni; et dies augentur, et circulus anni pervertitur, quando scilicet solstitium est*

daut, quibus sursum ascenderant. Vide versum 485.' *Bent.*—474 'Vides jam ut apte cohæreant omnia. Ultima primis respondent; et proxima proximis. Gemini capricorno, taurus aquario, aries piscibus. At ante nos ferebatur, *sic ultima primis Redditur: æquatæ, &c.* sénsu prorsus nullo: fatente quidem Scal. Huetio autem frustra obnitente.' *Bent.*—477 'Et hic quoque versus spurius. Quia Auctor dixerat, media astra censeri æquatis viribus; hoc est, pisces et arietem, qui medii sunt inter capricornum et geminos, utrumque tribus horis censeri; hic cuculus media illa pro cardinibus accepit, ariete et libra: in quo et Huetio imposuit. Qualis vero locutio est, *gerere motus?* Ubique fere interpolator hic, præter sensum aut alienum aut falsum, etiam barbarie sua se prodit.' *Bent.*—478 Scal. Delph. et vulg. *discedunt.* 'Quomodo discedunt? cadunt tantum et breviantur; nusquam abeunt. Repone *descendunt.* Descendunt noctes, tolluntur dies.' *Bent.* 'Imo *discedunt ad sidera brumæ*, nempe a signis æstivis. Sic Codd. Lips. Paris. et Editi præstantiores.' *Stoeb.*—479 Scal. Delph. et vulg. et sic Paris. et Regiom. *orbis.* '*Anni orbis*, ut Virg. Æn. v. 46. 'Annuus exactis completur mensibus orbis.' Sed cum *invertitur* dicit, non placet *orbis:* quid enim orbem poterit invertere? Repone *ordo.* Ordo vertitur, invertitur, convertitur, permutatur, passim occurrunt. Noster I. 488. 'mutatove ordine fertur.' III. 196. 'naturæ vertitur ordo.' et 284. 'idem stat mensibus ordo.'' *Bent.*—480 Scal.

NOTÆ

474 *Sic ultima primis Respondent*] Ita prioribus duabus semihoris additur tertia et ultima semihora in geminis, quo noctes jam æquæ fiant diebus in mora. Nam quæ antea sub capricorno nox brumalis superabat diem hybernum, jam sub cancro æqua fit diei maximo. Dies enim solstitialis maximus adæquat noctem brumalem maximam.

478 *Hac vice descendunt* [*discedunt*], *&c.*] His 5. vss. concludit ita noctes cedere diebus a solstitio brumæ ad cancrum, quo dies solstitialis maximus adæquat noctem brumalem maximam, et nox revertitur eodem actu, quo creverat a cancro ad capricornum. Ante hunc versum quatuor spurii, aut saltem alieni aut præposteri versus leguntur apud Scaligerum, quos ego delevi; neque enim faciunt ad eam rem, de qua agitur, neque quem in locum eos referrem videre potui. Tu sedeas judex, Lector benevole. 'Rursus et incipiunt propria de sorte diebus: Respondent pariterque illis, quæ proxima fulgent, Et media æquatis censentur viribus astra, Præcipuosque gerunt varianda ad tempora motus.'

Tuncque diem brumæ nox æquat, tempora noctis
Longa dies, similique redit, quam creverat, actu.
Illa etiam poterit nascens via ducere ad astrum,

sub signo pigri cancri; et tum nox adæquat diem solstitii hyberni: et dies maxima adæquat tempora noctis, et revertitur pari modo quo aucta fuerat. Hæc etiam alia ratio poterit deducere ad cognoscendum signum horoscopans, quod

Delph. et vulg. *cum fit.* 'Recte Scal. in notis *dum fit.*' Bent.—481 'Iterum vss. adulterini et inepti. *Redit dies* pro decrescit; *simili, quam* pro ac vel atque: *simili actu;* immo dissimili et contrario: et ipsum *actu* in hac sententia barbare.' *Bent.* 'Paris. *tempore.*' Stoeb.—482 Regiom. et ceteri *similis-*

NOTÆ

A sidere brumæ] A capricorno. Pari autem modo crescunt noctes a cancro ad capricornum per libram, quo crescunt dies a capricorno ad cancrum. Res patet in hac tabula.

DIERUM AC NOCTIUM INCREMENTA.

Signa	Dies Initialis		Dies Finalis		Incrementa		Signa	Nox Initialis		Nox Finalis		Incrementa	
	H.	M.	H.	M.	H.	M.		H.	M.	H.	M.	H.	M.
♑	9.	0'.	9.	30'.	0.	30'.	♋	9	0'.	9.	30'.	0.	30'.
♒	9.	30'.	10.	30'.	1.	0'.	♌	9.	30'.	10.	30'.	1.	0'.
♓	10.	30'.	12.	0'.	1.	30'.	♍	10.	30'.	12.	0'.	1.	30'.
♈	12.	0'.	13.	30'.	1.	30'.	♎	12.	0'.	13.	30'.	1.	30'.
♉	13.	30'.	14.	30'.	1.	0'.	♏	13.	30'.	14.	30'.	1.	0'.
♊	14.	30'.	15.	0'.	0.	30'.	♐	14.	30'.	15.	0'.	0.	30'.

483 *Illa etiam poterit, &c.*] His 20. vss. secundam tradit methodum inveniendi pariter signi horoscopantis tam in diurna, quam in nocturna genitura. Hæc autem est methodus. Si v. g. in genitura diurna cupis noscere quod signum horoscopaverit, observa quota sit hora diei, hoc est, quot horæ jam elapsæ sint ab ortu solis: adde huic horarum summæ quinque partes: multiplica deinde hanc totam summam per decem: adde pariter huic multiplicatæ per decem summæ numerum graduum, quos

Quod quandoque vadis emissum redditur orbi.
Nam quota sit lucis, si luce requiritur, hora
Aspicies; atque hunc numerum revocabis in ipsum
Multiplicans decies; adjectis insuper eidem
Quinque tamen summis: quia qualicumque sub hora
Ter quinas mundi se tollunt sidera partes.
Hic ubi constiterit numerus, conjungere et illas,
Quæ superent Phœbo partes per signa, memento.

scilicet eductum tandem ex undis reducitur supra terras. Etenim observabis quota sit hora diei, si de die quæritur; et duces hanc summam horarum in seipsam, multiplicans eam decies, additis tamen præterea numeris quinque eidem horarum summæ; eo quod per omnem horam singula signa cœli ascendunt supra terras quindecim gradibus. Cum certa fuerit hæc summa tota, recordare etiam addere illos gradus qui restent soli conficiendi per signa in quibus erit. Ex hoc numero dabis

que r. q. c. auctu. Cod. Paris. *actu.*—486 'Ms. Paris. *ad ipsum.*' Stoeb.—487 'Hunc locum Regiomontanus sic constituit: *Qui triplicat quemque ac a. i. iisdem Q. t. s.* (.) Codicis Paris. lectio parum nos juvat, ut potius magis implicet sensum. Ita enim, vel sine scribendi compendio, satis tamen obscure est concepta: *Multiplicatis ac diectis* (sic) *i. iisdem.* Versu vero sq. pro *Quinque*, in margine notat, aliis legi *Quin.* Corrigendi operam occuparunt Ald. et Pruckn. qui legendum dederunt *Multiplicans* (,) *deciesque adjectis i. iisdem* (.)' Stoeb.—489 '*se tollunt sidera*] Ab hac etiam lectione discedit Regiom. cum Paris. quibus accedunt Ald. et Rom. emendando *sex tollunt, &c.* Ut sit ordo et sensus: sub qualicunque hora sex sidera seu signa tollunt ter quinas mundi partes.' *Stoeb.*—490 'Cod. Paris. in textu, *conjungis*; in margine, *conjunge.*' Idem.—491 'Idem Cod. *sub sign.* 492. Idem, *summas.*'

NOTÆ

nondum lustravit sol, illius signi, in quo lucet. Denique ex hoc totali numero da cuique signo triginta partes, initium faciens ab eo signo, in quo sol erit: da pariter suas tricenas sortes singulis subeuntibus a sole signis, i. e. iis signis, quæ sequuntur illud in quo sol fulget. In quo autem signo, quave in parte signi, te summa relinquet infra triginta, illud signum, illaque signi pars horoscopans fuerit necesse est. Rem illustrabit exemplum: natus sit puer hora lucis 4. adde huic numero partes 5. fiet summa 9. multiplica 9. per 10. fiet summa 90. Jam vero luceat sol in 10. grad. geminorum, addenda erit hæc summa 10. summæ 90. fiet numerus 100. Ex his 100. da triginta signo sequenti retro, nempe tauro; iterum 30. arieti; supererunt 10. Ergo horoscopaverit signum piscium, ejusque quidem gradus 10. Eadem ratio ducenda in nocturna genitura; observandum est enim quota sit noctis hora, i. e. quot horæ elapsæ sint ex quo sol occiderit.

489 *Ter quinas partes*] I. e. gradus 15. Loquitur autem Poëta ex veterum opinione, qui crediderunt signa ascendere singula per æquas partes, nimirum grad. 15. qui horæ uni respondent. Cum enim in die sint 24. horæ, in zodiaco grad. 360. singulaque signa singulis diebus una cum zodiaco cursum integrum absolvant

Ex hac tricenas summa per sidera partes
Distribues ; primamque vicem, quo Phœbus in astro
Fulserit : inde aliis, solem quæcumque sequentur.
Tum quo subsistet numerus consumtus in astro,
Quave in parte suam summam momenve relinquit,
Hæc erit exoriens et pars, et forma. Per ignes
Continua partes. Ubi summam feceris unam,
Tricenas dabis ex illa per singula signa,
Donec deficiat numerus. Quaque ille sub astri
Parte cadat, credas illam cum corpore natam

triginta partes singulis signis, primamque tricenam sortem dabis ei signo, in quo sol luxerit: deinde dabis aliis, quæ subeunt post solem. Tunc in quo gradu signi deseret suum numerum aut summam, ea pars signi, signumque horoscopans erit. Duc similiter partes per flammas siderum de nocte lucentium ; postquam confeceris unum numerum ex his, distribues de hoc numero triginta partes singulis signis subeuntibus, donec summa desit ; et in quocumque gradu signi summa deficiet, crede illum gradum ortum esse cum corpore nascentis hominis, et simul aspexisse terras

Stoeb.—494 Scal. Delph. et vulg. *hinc aliis.* 'Libri vetusti, *inde aliis.*' Bent.—495 Paris. et Regiom. *consistet.*—496 Vulg. *Quave in p. s. s. numerive reliquit.* 'Qua in parte numerus relinquet suam numerive partem. Elegantia profecto digna Bonincontrii auditoribus, quibus persuadebat hæc Latina esse. quid Latina? Satis erat, si aliquo sensu essent. Nobis olim feliciter succurrit legendum *momenve relinquit*. Scriptum fuerat vitiose *numenve.* Sic alibi, 'qui munera summis Imposuit,' perperam pro *mumina*, hoc est, *momina.* Quod *momen* apud hunc auctorem creberrime positum sit pro summa et numero, sat suis locis patuit.' *Scal.* 'Libri nostri constanter, *numerique.* Variant in voce *relinquit*, quam habent Ald. et Rom. *reliquit* Regiom. et Paris.' *Stoeb.*—497 'Distingue, *Hæc erit exoriens et pars, et forma. Per ignes Continua partes.* Exoriens pars et forma est *τὸ ὡροσκοποῦν ζώδιον, ἡ ὡροσκοποῦσα μοῖρα.* Alibi: 'Quum tibi nascentis percepto tempore forma Constiterit.' Sic dixit signa formantia ortus, id est, *ὡροσκοποῦντα.* Ibid. *per ignes Contineat partes*] Scribe, *per ignes Continua partes. Per ignes*, per stellas. Infra: 'pariterque orbem vidisse per ignes.' In sphæra, 'quibus ille supervenit ignis,' id est, stella.' *Scal.* 'Fortiori omnino distinctione ab antecedentibus hæc sunt secernenda. Transit enim Auctor ad methodum nocturnæ genituræ definiendæ. *Per ignes*, i. e. noctu. Stellas enim *ignes* alibi quoque Noster dixit absolute, v. g. I. 218. 'quibus ille supervenit ignis,' de canopo loquens.' *Stoeb.*—498 'Paris. et Regiom. *Contineat.* Consule adhuc Pontederæ Epist. § I. coll. Nostr. supra II. 807. sq. *feceris*] Laudati modo libri, *fecerit.*' Idem.—499 'Cod. Paris. ab altera quidem manu, *Tricenasque dabit*, supra lin. *dabis.*' Idem.—500 '*numerus*] Regiom. huic voci addit (.) *ille*]

NOTÆ

per æthera, sequitur ut 15. grad. respondeant horæ uni. Nam quindecies viginti quatuor dant 360.

491 *Quæ superent Phœbo*] I. e. quas nondum sol peragravit.

493 *Primamque vicem*] Sortem tricenam.

497 *Pars, et forma*] I. e. gradus et signum.

Per ignes] Per signa de nocte lu-

Esse hominis, pariterque orbem vidisse per ignes.
Sic erit ipse tibi rapidis quærendus in astris
Natalis mundi, certoque horoscopos ortu:
Ut cum exacta fides steterit sub cardine primo,
Fallere non possint summi fastigia cœli,
Non seri te obitus: stent fundamenta sub imo;

per sidera. Ita ipse ortus cœli, et horoscopus erit tibi investigandus in certo suo exortu per signa volitantia, ut, quando inde locus constiterit sub primo cardine, zodiacus in obliquum ductus nequeat mentiri culmina supremi cœli; utque fundamina constent

Paris. *illa. astri*] Idem cum Ms. Paris. *astris.*' Idem.—505 Scal. Delph. et vulg. *Ut cum ex hoc sedes.* 'Gemb. Venet. Voss. *Ut cum ex hac fides;* Lips. quoque, sed addit pro var. lect. *sedes.* Repone, *Ut cum exacta fides. Exacta*, explorata, certa. *Fides steterit:* ut Noster II. 751. 'Ut cum perceptis steterit fiducia membris.' *Bent.* 'Cod. Lips. *cum ex hac fides.* Paris. Regiom. Ald. et Rom. *cum ex hac sedes steterit, &c.*' Stoeb.—506 Scal. Delph. et vulg. *possit*, et mox 507. *Signifer obliquus.* Vulg. *feret oblitus.* 'Nusquam felicius conjectura nobis cessit olim, quam in hoc inquinatissimo loco. Manilius enim scripserat: *F. n. possit s. f. cœli Signifer obliquus: st. f. s. i.: Stent v. st. ortus, v. que subortus.* Scriptum fuerat *oblicus*, unde *oblitus* scripsit Librarius. Non, inquit, imponet nobis Signifer propter obliquitatem suam.' *Scal.* 'Pro *Signifer obliquus*, Gemb. *Non ferret oblitus.* Lips. *non feret oblitus;* Venet. *Conferet oblitus.* Vulg. *Nosceret oblitus.* Hic Scal. 'Nusquam,' inquit, 'felicius conjectura nobis cessit olim, quam cum *Signifer obliquus* dederimus pro *Non feret oblitus.*' Di meliora, vir magne; quam ut omnes tuæ conjecturæ ex hac censeantur. Nam, ne dicam nusquam alias apud Nostrum τὸ Signifer haberi; sensum aliquem in his investigo, nec ullum reperire queo. Tentemus, ut nobis quoque cadat alea. Repono, *Ut cum exacta fides steterit sub cardine primo; Fallere non possint summi fastigia cœli, Non seri te obitus: stent fundamenta sub imo.* Ut cum certus sis de horoscopo, qui cardo primus est, tres reliqui, in summo cælo, in occasu, et in imo cælo, non possint te fallere: cum, primo invento, certa sit ceterorum statio; orbe toto in quattuor æquales partes diviso. Par locus est de quattuor cardinibus, supra III. 217. 'Quæ pars exortum, vel quæ fastigia mundi, Aut seros obitus, aut imum obsederit orbem.' Sed et ibi *seros obitus* corruperunt librarii.' *Bent.* 'Cod. Paris. cum Lips. ac Editis Ald. et Rom. *Non feret oblitus.* Regiom. optime ad sensum, *Non fallant obitus.* Repetendum τὸ *Ut* ex vs. 505. *stent fundamenta*

NOTÆ

centia, i. e. per noctem. Hactenus enim locutus est de diurna genitura; nunc autem de nocturna agit, in qua idem ordo eademque ratio sunt tenenda. Stellas enim ac sidera ignes esse crediderunt veteres, I. 132. Sic idem repetit jam infra vs. 320. 'Orbemque vidisse per ignes:' i. e. vidisse terras superiores per sidera noctis.

503 *Sic erit, &c.*] His 7. vss. concludit ita cœli ortum, seu signum horoscopans, esse quærendum, ne quis fallatur in inveniendis quatuor cœli cardinibus, quæ sunt præcipua cœli loca observanda in hac arte; atque ut singula signa in suas sedes viresque rite distribuat.

504 *Natalis mundi*] Ortus cœli: cardo orientalis.

Horoscopos] Signum ascendens, II. 828.

506 *Fastigia cœli*] Medium cœli, supremum cardinem.

Stent veri stellarum ortus, verique subortus.
Omniaque in proprias vires sortesque recedant.
Nunc sua reddentur generatim tempora signis,
Quæ divisa etiam proprios ducuntur in annos,
Et menses, lucesque suas, horasque dierum,
Per quæ præcipuas ostendunt singula vires.

sub infimo cœli; utque veri exortus siderum verique occasus certo constent; et ut tandem signa abeant in suas quæque virtutes ac sedes. Nunc autem sua tempora in genere tribuentur singulis signis; quæ tempora partita quoque referuntur in annos suos, et in menses suos, et in dies suos, et in suas horas dierum, quibus omnibus quæque sig-

----

sub imo] scil. cardine, qui dicitur *imum cœli.* Itaque hos tres versus sic intelliges: Ut cum certus es de horoscopo, qui cardo primus est, tres reliqui in summo cælo, in occasu, et in imo cælo non possint te fallere; cum, primo invento, certa sit ceterorum statio, orbe toto in quatuor partes æquales diviso. Similem fere in modum de quatuor cardinibus Noster supra vs. 216. sq.' *Stoeb.*—508 'Quid hoc est, *ortus* et *subortus? Subortus*, inquiunt, est *occasus.* Hoc portenti instar est, cum *suboriri* sit oriri, ut *subortus* contra sit occasus. Versus est spurius, ab indocto quodam huc intrusus, et astronomiæ et sermonis imperito. Cum videret in depravata illa lectione *occasus* præteriri, addidit de suo, et *subortus* appellavit. Cum nesciret horoscopum ipsum in cardine primo semper notare *ortum;* etiam hoc quasi præteritum supplevit tenebrio; *Stent veri stellarum ortus.*' Bent. 'Dicere vult Auctor: Quænam signa in aliorum, occidentium puta, locum oriantur. Hanc interpretationem ipsa vox *subortus* subministrat, quam pariter usurpavit Lucretius v. 304. 'Sic igitur solem, lunam, stellasque putandum Ex alio atque alio lucem jactare subortu.'' *Stoeb.*—509 Vulg. *Dena quod in proprias.*' Hæc etiam lectio imposuit Bonincontrio, ut de denis signis nugaretur. Perspicue legendum, *Denique ut i. p.*' Scal. Et sic Delph. et recentiores. '*Denique ut* a Scaligero est; cum prius editi habuerint *Dena quod.* Vetusti omnes, *Denaque in proprias.* Repone, *st. f. sub imo; Omniaque in pr. v. s. que r.* Quattuor cardinum loca intelligit.' *Bent.* '*Omniaque*] scil. quatuor cardinum loca, inquit Bentleius, verborum magis suorum, quam Poëtæ, interpres. Quomodo autem ista loca in proprias vires sortesque recedant, id vero ei restat explicandum. Inepta prorsus Codicum lectio, *Denaque in proprias, &c.* Pronum erat Scaligero emendare *Denique ut in propr.* Regiom. Ald. et Rom. vulgarunt *Dena quod in propr.* Ita Cod. Paris. quoque legit: nescio, cui bono. Legendum forte; *Sena quod in pr. v. s. que r.* Quoniam, inquit, sena signa quotidie in hemisphærio suas vires exercent, et sortes vel munera quasi propria obeunt, horoscopantis omnino interest nosse, quodnam illorum signorum horæ nascenti affulserit.' *Stoeb.*—513 'Paris. et Regiom. *quos;* scil. dies: minus recte.'

NOTÆ

507 *Fundamenta sub imo*] Cardo infimus, imum cœli.

508 *Stellarum*] Signorum.

Subortus] Occasus, a quo sidera terris suboriuntur.

509 *Sortes*] Castra, sedes, loca, &c.

510 *Nunc sua reddentur, &c.*] His 4. vss. monet Poëta se jam dicturum, qua ratione sui anni, sui menses, sui dies, suæque horæ singulis signis ac sideribus attribuantur.

Primus erit signi, quo sol effulserit, annus;
Annua quod lustrans consumit tempora mundum.
Proximus atque alii subeuntia signa sequuntur.
Luna dabit menses, peragit quod menstrua cursum.
Tutelæque suæ primas horoscopos horas

na manifestant præcipuas suas virtutes. Primus annus erit illius signi, in quo sol fulserit; eo quod sol peragens tempora cœli absolvit totum annum. Secundus annus, et alii anni subeuntes, sequuntur pari modo signa sequentia. Luna dabit menses, quia absolvit cursum suum intra unum mensem. Et horoscopans vindicat sibi in sua jura primas

---

Stoeb.—515 Scal. Delph. et vulg. *Annum q. l. consummat t. mundi.* 'In hac lectione ordo erit, ut opinor, quod sol, lustrans annum, consummat tempora mundi. Nec quid sit *lustrare annum*, nec *mundi tempora* quæ sint, intelligo. *Consummat* a Scaligero est, libri omnes *consumit*: Vossianus insuper, *mundum*. Repone, *Annua q. l. consumit t. mundum*. Quod sol, lustrans mundum, consumit annua tempora. Lustrat loca, non tempora. Noster I. 520. 'quotiesque recurrens Lustravit mundum vario sol igneus orbe.' III. 213. 'Ut totum lustret curvatis arcubus orbem.' et 368. 'Dum bis terna suis perlustrat curribus astra.' *Consumit annua tempora*, ut Lucretius v. 618. 'Lunaque mensibus id spatium videatur obire, Annua sol in quo consumit tempora cursu.'' *Bent.* 'Ms. Lips. Paris. et Editi nostri, *Annum q. l. consumit t. mundi*. Primus, inquit vs. præced. annus dodecaëteridos genethliacæ erit cognominis ejus signi, in quo sol fulserit, cujus rei hæc est ratio, quod sol lustrans tempora mundi, i. e. zodiacum per omnes gradus illustrans, consumit vel consummat integrum annum; adeoque anni ducatus ad solem pertinet, uti mensis ad lunam, diei ad horoscopum, planetæ ad horam.' *Stoeb.*—516 'Proximus annus atque alii anni. Recte hoc Scaliger. Gemblacensis et Lipsiensis, *atque illis*. Favet Vossianus, qui habet *aliis*.' Bent. '*Proximus*; i. e. secundus annus sequitur secundum signum, *atque alii* vel ceteri (sic vs. 494. Cod. Paris. et Regiom. *illi*) deinceps sequuntur ordine succedentia signa. Conferri heic meretur Hermes, de Revolut. Nativit. I. 1. Aliquis natus est sole in leone posito. Ejus dodecaëteridos genethliacæ annus primus erit leonis; secundus, virginis; tertius, libræ: et sic deinceps.' *Stoeb.*—517 Vulg. *pera-*

NOTÆ

514 *Primus erit signi, &c.*] His 3. vss. docet primum annum tribuendum esse signo in quo sol fulserit: sequenti signo secundum annum: et ita de ceteris in orbem. Ad cujus rei notitiam observandum est olim a Chaldæis hanc annorum rationem institutam fuisse ad privatas hominum genituras, ut primus solaris annus sumeret initium ab eo signo, in quo sol fulserit, cum quis natus fuerit: secundus vero annus a signo sequenti inciperet; tertius a tertio, &c.

515 *Tempora mundum* [*mundi*] Spatia cœli perlustrans, quæ in tempora distribuuntur, et quorum pariter motu tempora nostra metimur.

517 *Luna dabit, &c.*] Hoc vs. docet menses ita per signa distribui ex ordine, incipiendo ab eo signo in quo luna fuerit, cum quis nascetur. Ita primus mensis dabitur illi signo, in quo luna lucebit, sicut primus annus datus est signo in quo sol lucet. Secundus vero mensis sequenti signo; et ita de ceteris in orbem. Cujus rei rationem hanc reddit, quod ita luna menses reddit quos menstrua lustrat: sicut sol reddit annos, quos annuus conficit.

Asserit atque dies, traditque sequentibus astris.
Sic annum, mensesque suos natura diesque,
Atque ipsas voluit numerari signa per horas:
Omnia ut omne foret divisum tempus in astra,
Perque aliena suos variaret sidera motus,
Ut cujusque vices ageret redeuntis in orbem.
Idcirco tanta est rerum discordia in ævo,
Et subtexta malis bona sunt, lacrymæque sequuntur

horas et dies, et alias horas aliosque dies reddit aliis signis. Ita auctor naturæ voluit computari signa per annum, perque menses suos, perque ipsos dies, et per ipsas horas, ut scilicet omne tempus esset distributum in cuncta signa, et ut mutaret suos motus alternatim per signa, ut referret sortem cujusque signi revertentis ex ordine. Ideo tanta dissensio rerum videtur per sæcula, et ideo bona intermixta sunt malis, et fletus subsequuntur desideria et optata; nec fortuna tenet ullum ordi-

gunt. 'Scribe *peragat*. Sed Gemb. *peragit*.' Scal.—519 'Cod. Paris. Regiom. Ald. et Rom. *tradique;* uti mox, *numerari*. Quorum structio cum his, *natura voluit*, nectenda videtur. Magis autem placet Cod. Lips. scriptura: *atque dies tradit s. a.* Horoscopus, inquit, primas horas asserit sibi, atque tradit dies sequentibus astris. Consuli hic omnino debet Salmas. de annis Climact. pag. 245. sq.' *Stoeb.*—520 'Paris. et Regiom. *tuos*. Et sic vulg. correxit Scal. ex Gemb. 'Sic verba vulgo construuntur, Natura voluit numerari signa per annum, et menses, et dies, atque horas. Atqui ista præpositionis trajectio sine exemplo est, nec ferri potest. Ordo est, Natura voluit annum, menses, dies, atque horas numerari per signa. *Signa per*, anastrophe: ut Virgilius 'transtra per,' et 'te sine.' Quin et sententia ipsa hoc postulat: sequitur enim, ut omne tempus divisum foret in omnia astra. Ut *tempus in astra*, ita *menses, &c. per sidera*.' Bent.—523 Vulg. *Per quæ alterna*. Scal. ex Gemb. et Delph. *Perque alterna*. 'Cur *per alterna* tantum, cum omnia in omnibus sint? Repone, *Perque aliena*. Sic Noster II. 963. 'utcumque aliena capessunt Regna.' et IV. 311. 'Ne lateant aliæ vires aliena per astra.' et 376. 'Et genus externum referunt aliena per astra.'' *Bent.* 'Editorum principes, *Perque alterna ... sid.* i. e. quæ alternant oriendo et occidendo. quod vs. seq. diserte declarat.' *Stoeb.*—525 'Cod. Paris. in marg. pro varia

NOTÆ

518 *Tutelæque suæ, &c.*] His 2. vss. docet dies, et horas diei, ita per signa reddi, ut prima dies primaque diei hora detur signo horoscopanti, dum quis nascitur: secunda vero dies, secundaque diei hora signo proxime sequenti: et ita de ceteris in orbem. Scilicet quia horoscopus primum est signum a quo nascens diei lucem capere creditur.

520 *Sic annum, &c.*] His 5. vss. ait naturam, seu Deum, dum cœli sidera conderet, ita signa numerari voluisse per suos quæque annos, per suos quæque menses, perque suos quæque dies ac horas, ut omne tempus esset divisum in singula sidera.

525 *Idcirco tanta est, &c.*] His 5. vss. concludit inde oriri tantam rerum discordiam, quæ in mundo geruntur; tantam bonorum cum malis mixturam; tam varios fortunæ casus, ac rerum vices tam incertas ac mutabiles.

Vota, nec in cunctos servat fortuna tenorem.
Usque adeo permixta fluit, nec permanet usquam;
Amisitque fidem variando cuncta per omnes.
Non annis anni, nec menses mensibus usque
Conveniunt; seque ipse dies, aliumque revisit;
Horaque non ulli similis producitur horæ.
Tempora quod non stant propriis parentia signis,

nem in ullis rebus. Ita mutabilis vertitur, nec stat alicubi constans, et perdidit fidem apud omnes homines mutando omnia. Porro anni non jugiter similes sunt annis, non menses mensibus; et ipse dies quærit seipsum, aut alium sibi similem; nec hora redditur similis ulli horæ. Scilicet, quia tempora quæque sequuntur leges

lectione, *natura:* nulli bono.' *Idem.*—527 Scal. Delph. et vulg. *cunctis.* 'Vetusti omnes recte, *in cunctos.* Sic IV. 97. 'Nec fortuna probat causas, sequiturve merentes: Sed vaga per cunctos nullo discrimine fertur.'' *Bent.* Ibid. 'Cod. Paris. iterum in marg. pro var. lect. *natura.*' Stoeb.—528 'Cod. Paris. *ferit* in textu, *fluit* in marg.' *Idem.*—530 Scal. Delph. et vulg. *non:* et sic Paris. et Regiom. 'Libri veteres, *nec menses.* Gemblacensis hic *usquam.* Sed Lipsiensis et Vossianus recte *usque. Usquam* jam habuimus versu abhinc altero.' *Bent.*—531 Vulg. *relinquit.* 'Melius Gemb. *requirit.* Se requirit, et alium. Neque ipse sibi similis videtur, neque alium sibi ipsi similem experitur. Et superiori versu 'non menses mensibus usquam.'' *Scal.* Et sic Delph. et recentiores. 'Veteres libri *requirit;* recentiores *relinquit.* Illud placuit Scal. 'dies se requirit, et alium:' quem alium sibi similem non reperit. Vix intelligo. Repone *revisit.* Dies revisit se, cum mane proximo renascitur. *Se et alium,* eodem acumine, quo Horat. Carm. Sæc. 9. 'Alme sol, curru nitido diem qui Promis et celas, aliusque et idem Nasceris.' *Bent.* 'Cod. Paris. et impressi veteres *relinquit;* i. e. dimittit. Hoc longe probabilius ac *requirit,* quod Scaliger ex Gemblac. dedit. Barthius illud *relinquit* minime ineptum putat. Verum et hic Vir magnus Poëtæ mentem vix perspexisse videtur, qui reddit, præterit se et sui obliviscitur; quod pari putat elegantia dictum, ac illud, 'nox oblita diei.' Quin potius recepta voce *relinquit* sententiæ vim et acumen in hoc *aliumque* sitam existimamus. Cum enim dixit Auctor, ad demonstrandam rerum inconstantiam, non annis annos, non menses mensibus convenire, horasque sibi dissimiles esse; hoc quod interseruit, *seque ipse dies aliumque relinquit,* eo certe accipiendum, quod unus idemque dies alius soleat esse in fine, quam in principio. Encliticum *que,* quod, uti sæpe observavimus, ad metrum, non ad sensum pertinet, in errorem videtur duxisse Interpretes, quo *alium* putarent esse *alterum.* Hoc autem loco id valet τὸ *alius* quod apud Horatium, quem excitavit Bentleius, Carm. Sæc. 9. 'Alme Sol, curru nitido diem qui Promis et celas, aliusque et idem Nasceris.'' *Stoeb.*—533 Vulg. *T. consistunt propriisque carentia signis.* 'Recte olim suspicabamur de vitio hujus loci. Sed non opis humanæ erat sine ope Mss. vitium tollere.' Præsto fuit Gemb. in quo scriptum erat *T. quod sistant p. parentia s. Sistere* absolute; ut in apotelesmatis: 'Judex extremæ sistet vitæ-

NOTÆ

530 *Non annis anni, &c.*] His 7. vss. docet non annos annis, nec menses mensibus, nec dies diebus, nec horas horis usquam esse similes; quia sequuntur astra, quæ varia sunt et dissimilia.

Per numeros omnes ævi divisa volantis:
Talesque efficiunt vires, casusve minantur,
Qualia sunt, quorum vicibus tum vertimur, astra.
Sunt quibus et cœli placeat nascentis ab ortu,

suorum signorum, et distributa sunt per omnes mensuras temporis currentis; et reddunt tales menses, et minitantur tales eventus fortuitos, qualia sunt ea signa, quorum ordinibus nos ducimur. Homines sunt qui reperturi, ut natalis mundi,

que necisque.' i. e. *τυγχάνειν, ὑπάρχειν, stare.* Propert. 'Nec mora fit, plano sistit uterque gradu.' Est verbum substantivum, nisi quis censeat legendum *T. quod sic stant.*' Scal. "'Sistere,' inquit Scal. 'absolute, pro stare: nisi quis censeat legendum, *sic stant.*' Sensus plane aliud desiderat, quod repone; *T. q. non stant p. p. s.* Non stant, suis signis parentia; sed divisa sunt per omnes numeros.' *Bent.* 'Cod. Paris. Regiom. et eum insecuti Ald. et Rom. sic habent, *T. consistunt pr. carentia s.* Quæ quidem mendose, clamitant, esse vulgata. At hercle longe melior hæc lectio quam Gemblac. *T. quod sistant pr. parentia s.* Regiom. et Paris. *propriisque.* At illud *consistunt* elegantius et ad concinnandam sententiam longe aptius quam hoc *stant* vel *sistunt* absolute, quod Nostro inusitatum; nisi forte huc trahere velis unicum locum ex IV. 550. de quo infra dispiciemus. Illud præterea *non*, ab Editore Britanno insertum, post se requirit *sed*, cujus nec vola nec vestigium apparet. Hæc autem *consistunt*, et vs. 535. *efficiunt*, (versus enim intermedius in parenthesi legendus,) sua se sponte excipiunt. Nexum hujus et sequentium versuum eorumque sensum post vs. 536. huic signo * subjungemus.' *Stoeb.*—535 Scal. et Delph. *menses casusque* ex Gembl. Vulg. *causasque.* 'Cur *menses* potius quam annos, dies, horas? Cur casus tantum minantur, nulla commoda faciunt? Si solos casus; non variabunt, sed unum tenorem servabunt; contra hypothesin. Repone *T. q. e. vires, casusve m.* Ita II. 962. 'variasque locorum Efficiunt vires.' Facilis librarii lapsus, *mses, uires.*' Bent. 'Ita quidem Ms. Paris. et Regiom. Legit forte melior quisquam Codex, *mentes*, quod malim. De mensibus deinceps. Nunc de influentia temporum, vel astrorum potius, ad fingendos ac immutandos hominum animos. Cujus rei indicio est quod sequitur: *Casusque minantur*] Recte sic legitur, non *causasque*, quod habent Ald. Rom. et forte Bonincontr. quem Scaliger ope Gemblacensis sic emendavit.' *Stoeb.*—536 Vulg. *dum vertimur.* 'Scribe *convertimur.* Vulg. lect. non potest tueri, nisi qui nugari præoptaverit.' *Scal.* 'Gemb. bene; motibus enim ac affectionibus astrorum ducimur.' *Delph.* 'Vetusti omnes *tum vertimur:* recte. *Convertimur* a Scal. est.' *Bent.* 'Sic Cod. Lips. *dum vert.* Ms. Paris. *convertimur* Scaliger, et ante eum, quem tamen oculis ille non usurpavit, Regiomontanus. * Sententia horum quatuor versuum hoc videtur nexu concipienda: Tempora, quatenus sunt mensuræ motus, per se consistunt, i. e. permanent invariata, et propria signa non habent, adeoque nec per se quid in corpore humano possunt efficere, (utpote quæ nonnisi per numeros adhærent omni ævo currenti:) et efficiunt seu fingunt atque formant hominum mentes, variosque casus prænunciant, pro vario motu habituque astrorum, quorum vicissitudinibus nos obnoxii sumus. Itaque non tempora variant hominum animos, et qui illis evenire solent casus, sed astra; neque tamen hæc sola, sed cum tempore conjuncta. Conf. infra de signis tropicis vs. 666. sqq.' *Stoeb.*—537 et seqq. *pateat n. a horæ.* 'Tenebræ erant in toto hoc capite, neque

NOTÆ

537 *Sunt quibus et cœli, &c.*] His 11. vss. proponit sententiam nonnullo-

Sidere, quem memorant horoscopon, inventuris

quem vocant horoscopum, sibi ipsis innotescat a signo horæ surgentis, (eo quod hora

qnis quo hæc omnia pertinebant magis sciebat antea quam quid ipsa verba designarent: adeo omnia mendis obsita sunt: præsertim hæc tota perioche, quæ, siqua alia in Manilio, veterum codicum opem implorabat. Nam humani ingenii vis hic nihil poterat. Apponam totum locum, ut lectorem jamdin expectabundum absolvam: *S. q. et pateat, c. n. ab horæ Sidere, quem m. Horoscopon, in venturis P. q. ex i. d. h. d., O. g. r. a. per t. et astra, Et capite ex uno menses, a. que d. que Incipere atque h., tradique s. a.* Gratia Codici Gemblacensi: cui hanc restitutionem debemus. Minimam licentiam unius literulæ nobis sumpsimus. Nam *et pateat* pro *ut pateat* legimus. Sunt alii, inquit, quibus constet et exploratum sit, omne ratiocinium anni, mensis, et diei deducendum esse a sidere horæ cæli nascentis, quem vocant horoscopum, et ex eodem capite omne tempus instituendum, propterea quod ab horoscopo hora sequentibus diebus describitur. Vides summo fulgore tenebras discussas. Ibid. *Sunt quibus ut cæli pateant nascentibus*] Non erat opis nostræ hæc emendare sine veteri codice. Gemblacensis itaque habebat: *Sunt quibus ut cæli pateat nascentis ab horæ Sidere, quem memorant horoscopos:* sed mendum est in *ut* pro *et*, quod totam sententiam perturbabat, item in *horoscopos*, quum etiam vulgatæ editiones, et Bonincontrii textus, *horoscopon* habeant, et Latinitas ita postulet. Ibid. *Sunt quibus et pateat*] Ita restituimus, pro *ut pateat:* in quo totius sententiæ cardo versatur. Cætera enim omnia hinc pendent. Sunt, inquit, quibus pateat, et exploratum sit, ab horoscopo omne ratiocinium deducendum esse. Ita nos receptam lectionem excusamus; præsertim cum Cicero ita loquatur prima Tusculana: 'Quum pateat igitur æternum id esse, quod se ipsum moveat.' Lambinus negat Latinum esse: et pro eo *pareat* legendum esse. Quid faciet illo Ovidiano ex Eleg. in quarto Tristium: 'Fac modo te pateat pœnituisse tui?' Sed ille ponit Ovidium inter auctores malos Latinitatis; quod est portentum inusitatum, et simile illi, quod excidit viro magni nominis, qui Ovidium ut vita, ita carmine improbum vocavit. portenta sunt, inquam, hæc, portenta. Sed non dubitamus Manilium scripsisse, *Sunt quibus et placeat.* Neque vero dubitandum eam fuisse Auctoris scripturam. Reliqui tamen vulgatam, quia et ipsa constat sibi, et Latina est. Ibid. *cæli nascentis ab horæ Sidere, quod memorant*] Gemblacen. *quem memorant; ὁ ὡροσκόπος* enim, non *τὸ ὡροσκόπον* dicitur: quem Manilius definit horam cæli nascentis. *τὸ ζώδιον* autem *ὡροσκοποῦν* definit sidus horæ cæli nascentis. 538. *horoscopon inventuris*] Ridicula erant hæc omnia. Distinguendum enim, *horoscopon, in venturis.* Quæ quis non intelli-

NOTÆ

rum, qui voluerunt non ex vario, et suo quoque capite, sed ex eodem annos, menses, dies, et horas per signa incipere, nimirum ex horoscopo. Licet enim alia aliis tardius aut citius currant, nihilominus fieri potest ut in idem initium referantur. Quia hora bis in signum venit in die: dies bis in mense et amplius; mensis semel in anno: annus semel quoque in duodecim solibus exactis. Quam opinionem jam refellet Poëta.

Et cæli placeat [*ut cæli pateat*], *&c.*] Ita ratio et verborum ordo castigandos postulant hos duos versus. Male enim Vulg. *Sunt quibus ut cæli pateant nascentibus horæ, Sidere quod memorant.* Male quoque Gemb. *Sunt quibus ut pateat, cæli nascentis ab horæ Sidere, quem memorant horoscopon in venturis.* Quam lectionem non patitur nostra interpretatio.

Nascentis ab ortu, [*horæ*] *Sidere*] I. e. a signo horoscopante, a quo hora diei

Parte quod ex illa describitur hora diebus,
Omne genus rationis agi per tempora et astra;

redditur diebus ab illa parte,) putant, inquam, omnem hanc rationem duci per tem-

---

git nunc? Et quis antea intelligebat? *in diebus venturis, ταῖς ἐπιοῦσαις ἡμέραις.* 539. *Parte quoque ex illa*] Gemblacensis, *Parte quod ex illa.* una vocula sustulit omne dubium. Hoc enim plane vult: quod horæ sequentis temporis describuntur ab horoscopo, (unde vocatur horoscopus,) hora autem est principium omnis temporis: omne igitur tempus ab horoscopo esse putandum. Itaque hæc sic connectenda docet, *in venturis Parte quod ex illa describitur hora diebus.* Quod omnis hora describitur in omni sequenti tempore a parte illa, scilicet horoscopo. unde et prima Institutione: 'Unde dies redit, et tempus describit in horas: Hinc inter Graias horoscopos editur urbes.' quæ his facem allucent.' *Scal.* 'Supra, dodecaëteridos rationem inceperat a signo, in quo tum sol fuerit: nunc ex aliorum sententia incipit eam ab ortu solis, quocumque in signo fuerit. Aggrediamur jam correctionem. *Et* non Scal. solum ingenio, sed Gemb. et Lips. fide nititur. *Placeat* pro *pateat* etiam Scal. placuit; sed veritus est mutare. Atqui ita Vossianus; et sensus flagitat. Sic infra 682. 'Sunt quibus esse placet decima.' II. 221. 'Sunt quibus esse diurna placet.' IV. 227. 'Sunt quibus et simulacra placent.' Et nota, utrumvis quidem modum bene hic haberi, tam subjunctivum, quam indicativum. Porro cum prava lectio semel invaluisset, *cæli nascentis ab horæ*, sensit aliquid deesse tenebrio nescio quis, et versiculum sequentem benigne largitus est. Qualem vero? Ab sidere, inquit, horæ cæli nascentis. Quis vel fando audivit *sidus horæ?* Quis duplicem hic genitivum ferat? Quis illud *σπονδαΐζον inventuris?* Quis illud *quem memorant?* Quasi nunc primum, et non septies ante, *horoscopon* memoraverit. Sed quod omnium minime ferendum, a sententia devius errat. Non enim hic quæritur horoscopos, sed caput et principium dodecaëteridos. Abeat ergo hic cuculus, cum dono suo tam lepido: quo repudiato locus sic constituitur, *S. q. et c. placeat n. ab ortu. Ab ortu cæli nascentis,* dodecaëterida deduci. Sic II. 791. de ortivo cardine, 'Unus ab exortu cæli nascentis in orbem.'' *Bent.* 'Ms. Paris. Regiom. et recentiores tres: *S. q. ut c. pateant nascentibus horæ.* 538. *Sidere, quem memorant, &c.*] Regiom. *Sidera quæ m.* Ald. et Rom. *Sidere quod mem.* Cod. Paris. etiam legit *Sidere, quem mem. inventuris*] Ita et Regiom. At Ms. Lips. et Paris. *horoscopon inventura.* In tantis tenebris admodum est difficile vestigia reperire, quibus tuto incedas. Equidem, dum melior aliquando Codex lucem præstet, hos versus ita refingendos putamus: *S. q. et c. placeat nascentis ab hora* (*Sidere quod m. horoscopon inventuri*) *P. q. ex illa d. h. d. O. g. r. agi, &c.* Confer supra vs. 190. Sunt alii, inquit, qui putant, omnem rationem anni, mensis, et diei incipere ab hora nascentis cæli, seu a parte illius signi quod emergit aliquo nascente, quod horoscopum inventuri observant sibi; quoniam horæ sequentis temporis describuntur ab horoscopo (unde vocatur horoscopus). Hora autem est principium omnis temporis: omne igitur tempus ab horoscopo esse putandum. Conf. II. 827. sqq. et ad totum hunc locum, Salmas. de ann. climact. p. 245. 539. *quod*] Paris. *quoque.*

NOTÆ

suum ducit initium, vs. 518. et II. 828. 'Unde dies redit et tempus describit in horas; Hinc inter Graias horoscopos editur urbes.'

538 *Horoscopon*] Suppl. cœli, i. e. natalis mundi, vs. 504. Initium cœli ascendentis, signum horoscopans.

539 *Parte quod ex illa, &c.*] Sic II. 828.

540 *Omne genus rationis*] Hanc om-

Et capite ex uno menses annosque diesque
Incipere atque horas, tradique sequentibus astris:
Et quanquam socia nascuntur origine cuncta,
Diversas tamen esse vices; quod tardius illa,
Hæc citius peragunt orbem: venit omnis ad astrum
Hora die bis, mense dies semel, unus in anno
Mensis, et exactis bis sex jam mensibus annus:

pora et sidera, et menses, et annos, et dies, et horas incipere ex uno et eodem loco, et tribui signis subeuntibus; et, licet hæc omnia oriantur ex communi capite, varia tamen esse munia illorum, eo quod alia lentius, alia velocius absolvunt circulum suum: etenim quæque hora in uno quoque die redditur bis suo signo: dies in uno quoque mense redditur bis suo signo, et amplius: unus quisque mensis in anno redditur semel suo signo: et unus quisque annus, qui constat ex duodecim solibus revo-

540. *agi*] Paris. et Regiom. *agit.*' Stoeb. Vid. not. inf.—541 Rom. et vulg. *Et capit.* Regiom. *cupit;* et sic Paris. et Regiom. 'Vestigia prisci archetypi, unde hi inferioris notæ descripti. In eo enim scriptum fuit, *Et capitex uno*, ut *partest*, &c. Ibid. *Et capite ex uno*] Ex horoscopo.' *Scal.*—542 Vulg. *Incipit atque horas.* 'Gemblac. recte *Incipere.* Ita etiam textus Bonincontrii. Ibid. *traditque sequentibus astris*] *tradique.*' Scal.—547 Scal. Delph. et vulg. *solibus.* 'Annus, inquit, redit XII. solibus exactis. Ergo *soles* hic idem quod menses: atqui ubique alias soles sunt dies. Virgil. Ecl. IX. 52. 'Cantando longos memini me condere soles.' et Æn. III. 203. 'Tres adeo incertos cæca caligine soles Erramus pelago; totidem sine sidere noctes.' Repone

NOTÆ

nem rationem temporis, anni, mensis, diei, et horæ.

541 *Capite ex uno*] Nimirum ab horoscopo, aut natali cœli.

542 *Tradique sequentibus astris*] Ex ordine et in orbem.

543 *Cuncta*] Suppl. illa temporum genera, anni, mensis, diei, et horæ.

544 *Tardius illa, Hæc citius, &c.*] Nam v. g. annus tardior mense; mensis tardior die; dies tardior hora peragitur. Contra hora citior die; dies citior mense; mensis citior anno volvitur.

545 *Venit omnis ad astrum, &c.*] Explicat quomodo hora citior volat, quia bis in die hora quæque venit in signum suum. Sunt enim in die horæ viginti quatuor; sunt autem tantum duodecim signa. Igitur bis die venit hora in astrum.

546 *Mense dies*] Sup. bis quoque venit in astrum. Sunt enim in mense dies triginta, signa vero duodecim. At duodecim bis repetuntur in triginta, et amplius; sex enim dies supersunt. Manilius autem hæc non ad amussim scripsit; sed indicasse satis habuit diem bis in mense venire in astrum, quo constet diem mense velocius currere.

Semel, unus in anno Mensis] Sunt enim tantum duodecim menses in anno, sicut duodecim signa in cœlo. Semel igitur quisque mensis in anno venit in suum signum.

547 *Bis sex jam mensibus [solibus] annus*] Sup. semel venit in astrum. Etenim in duodecim solibus exactis, i. e. in duodecim annis, semel quisque annus venit in suum astrum. Sunt enim tantum signa duodecim. Quid autem clarius?

Difficile est in idem tempus concurrere cuncta,
Unius ut signi pariter sit mensis et annus.
• Asperiorem ut agat mensem : si mensis in astrum

latis, redditur semel suo signo. At non est ita facile, ut hæc omnia conveniant in idem tempus; scilicet ut mensis, verbi gratia, et annus pertineant æque ad unum signum. Difficile est ut signum reddat mensem tristem, si forte mensis ille cecide-

igitur, *mensibus.*' Bent. 'Libri omnes *solibus*; recte. Etenim *duodecim solibus*, i. e. annis exactis, semel quisque annus venit in astrum suum. Cod. Paris. *annum*, pro *annus*.' Stoeb.—550 Vulg. *Asperiorem agat m.* 'Legimus *Asperiorem ut agat mensem.* Sed suspectum locum facit Gemblacensis, *Asperioris agam m.* Profecto locus non est sanus.' *Scal.* 'Excidit hinc versiculus; quod et Huetius acute vidit. Libri vetusti, *Asperioris agam mensem.* Versus abest ad hanc sententiam: *Sic erit, ut mitis qui signi duxerit annum, Asperioris agat m.*' Bent. 'Variis hic locus modis tentatus est eruditis. Nec mirum. Multum enim variant in ejus lectione Codices scripti pariter ac impressi. Specimina legamus observatu maxime digna. *Unus ut sign.* Cod. Paris. *Unius ut signi* Cod. Lips. et impressi Ald. Rom. Pruckn. *Unius et signi.* Sic quoque Scaliger legit in notis, tametsi *ut* vulgavit. *Asperioris agat mens.* Ms. Paris. *Asperiorem ut agat m.* Gemblac. legente Scaligero, et Lips. *Asperioris agam mens.* Editi modo collati, *Asperiorem agat mens.* Barthius in Ms. Palat. legit *Asperioribus agat mensem*, qui proinde emaculandum putat, *Asperior orbis agat m.* At hæc metro officiunt maxime. Alius Vir doctus, sub nomine Claudii Civilis, tentavit *Asperius signum mensis*, ubi *τὸ sit* ex vs. præced. repetendum. Bentleius cum Huetio censet, excidisse versiculum, in hanc sententiam: *Sic erit, ut mitis qui signi duxerit annum, Asperioris agat m. &c.* Denique Salmas. de Ann. Clim. pag. 322. locum sic tentavit, *si mitis et annus Asperiorem is agat m. &c.* 'Cui,' inquit Cl. Interpres, 'annus mitis est, is plerumque mensem in anno illo tristem agit. Cui mensis in lætum astrum inciderit, diem experietur infaustum. Cui dies faustus, hora diei aliqua illi plerumque infelix.' Qui vulgatam admittunt Interpretes, hunc esse loci sensum putant: Vix potest fieri, ut simul omnia, bona videlicet malaque, in idem tempus concurrant; ut si v. g. annus et mensis sint unius signi, mensis tamen signum sit tristius asperiusque, quia lætum est, quod toti anno præsidet. Et sic similiter de mense et die mensis illius; tum de die et hora ejus diei respectu siderum judicandum est. Quid ad hæc, qui omnium primus erat audiendus Regiomontanus? Ille vero Poëtæ rationi maxime consentaneum fovere intellectum videtur. *Asperiorem enim aget mensem* legit ille. Mox, *signum si triste diei* (:) Post, *si durior hora.* Et hoc postremum, *si*, Lipsiensis quoque Codex juxta cum Paris. tuetur. Quæ

NOTÆ

548 *Difficile est in idem, &c.*] His 12. vss. refutat Poëta superiorem opinionem: aitque difficile esse ut hæc omnia diversa temporis genera ex uno et eodem capite incipiant. Alias enim quomodo vel annus, vel mensis, vel dies, vel hora durior foret et tristis nascenti homini, si in lætum signum inciderit vel annus, vel mensis, vel dies, vel hora? Namque ut recte docuit vs. 535. 'Talesque efficiunt menses, casusque minantur, Qualia sunt, quorum vicibus tum vertimur, astra.'

550 *Asperiorem ut agat mensem, &c.*] Suppl. difficile est: i. e. difficile est, si mensis inciderit in signum lætius, ut id signum agat duriorem mensem. Idem dicendum est de anno, die, et hora.

Lætius inciderit, signum sit triste diei:
Si fortuna diem foveat, sit durior hora.
Idcirco nihil in totum sibi credere fas est;
Non annos signis, menses vertentibus annis,
Mensibus aut luces, aut omnes lucibus horas:
Quod nunc illa nimis properant, nunc illa morantur;
Et modo deest aliis, modo adest; vicibusque recedit
Aut redit; atque alio mutatur tempore tempus
Interpellatum variata sorte dierum.

rit in signum hilarius; et ut signum reddat diem asperiorem, et ut asperior sit hora, si fortuna tutatur illum diem et horam. Igitur nihil horum potest convenire sibi mutuo in omni re; non anni possunt fidere omnibus signis, aut menses annis currentibus, aut dies mensibus, aut omnes horæ diebus; eo quod modo alia nimium festinant, modo alia tardant, et mox aliud tempus desideratur, mox adest, et vicissim discedit, vel revertitur, vel variatur ab alio tempore, et interrumpitur mutata ratione

quidem non aliter accipi possunt, ac si dixisset Auctor: Difficile est creditu, omnia illa et diversa tempora ex uno eodemque capite incipere atque eodem concurrere, ut mensis et annus, proinde etiam hora diesque, pari signo gaudeant, paremque per annum, mensem, et diem effectum prodant. Potest enim fieri, ut quis asperiorem agat mensem, etiamsi mensis in astrum lætius inciderit. His vero præmissis ea respondent aptissime, quæ Auctor conclusionis loco subjicit.' *Stoeb.*—554 Vulg. *signum.* 'Gemb. *signis*, et nos ita olim.' *Scal.*—557 Vulg. *alius.* Correxit Scal. 'Vera videtur hæc scriptura. Cod. Paris. Lips. et impressi tres *alius.* Regiom. *aliud.* *Vicibusque* sonat vicissim, alternatim. Infra quoque vs. 675. 'Cetera nunc urgent vicibus, nunc tempore cedunt.'' *Stoeb.*—558 'Cod. Paris. *aut alio.* 559. Ms. Lips. cum tribus Vulgatis *variantum*, sc. dierum. Regiom. ac Paris. *variatum*, sc. tempus; quæ quidem *interpellatum*, *variatum*, duriuscule sonant; nec a Ma-

NOTÆ

551 *Signum sit triste diei*] Sup. difficile est ut.

552 *Sit durior hora*] Sup. difficile est ut; i. e. difficile est ut durior sit quoque hora, si fortuna horam quoque foveat.

Fortuna] Suppl. bona.

553 *Nihil*] Sup. istorum; nempe nec annum, nec mensem, nec diem, nec horam.

Credere] Fidere. Ita enim horum omnium vices essent permixtæ, ut nec annus, nec mensis, nec dies, nec hora suis signis crederent; quia si v. g. inciderint in lætum signum, deberent hæc omnia tempora fore læta et fortunata; sin autem in signum triste, forent tristia. At si se res ita haberet nullæ essent diversæ vices, nulli diversi casus in tempore. Quod tamen falsum est, ut dixit vs. 525.

556 *Quod nunc illa nimis, &c.*] Sic vs. 544.

558 *Alio .... tempore tempus*] Vel annus mense, die, et hora: vel mensis anno, die, et hora: vel dies anno, mense, et hora: vel hora anno, mense, et die mutatur.

Et quoniam docui, per singula tempora, vitæ
Quod quandoque genus veniat, cujusque sit astri
Quisque annus, cujus mensis simul hora, diesque ;
Altera nunc ratio, quæ summam continet ævi,
Reddenda est, quot quæque annos dare signa ferantur.
Quæ tibi, cum finem vitæ per sidera quæris,
Respicienda manet ratio, numerisque notanda.
Bis quinos annos aries, unumque triente
Fraudatum dabit. Appositis tu, taure, duobus
Vincis ; sed totidem geminorum vinceris astro.
Tuque bis octonos, cancer, binosque trientes:

dierum. *Et quia docui quodnam genus temporis tandem venit per singula tempora vitæ, et cujus signi sit quilibet annus, cujus signi sit quisque mensis, pariter et hora et dies : jam alia ratio mihi docenda est, quæ continet summam totius vitæ temporis; scilicet quot annos quæque signa dare creduntur. Quæ quidem ratio tibi est aspicienda, et suis numeris observanda, quando scire vis terminum vitæ hominis per astra. Aries tribuet decem annos, et unum annum carentem tertia sui parte. Tu, o taure, superas arietem ex additis duobus annis ; at superaris ab signo geminorum totidem annis. Et tu, o cancer, dabis sexdecim annos, et duas tertias anni partes.*

nilio sic scripta videntur.' *Idem.*—560 Scal. et vulg. *duxi.* Delph. *dixi.* 'Libri universi *duci ;* unde Scal. *duxi,* alii *dixi.* Repone *Et quoniam docui ;* ut IV. 119. 'Quod quoniam docui ;' et II. 750. 'Nunc satis est docuisse suos ignota per usus.'' *Bent.* 'Regiom. *dixi.* Codd. Lips. et Paris. *duci.* Post hoc, *tempora,* uterque notam interpunctionis delet.' *Stoeb.*—561 Scal. Delph. et vulg. *venit.* Et sic Paris. et Regiom. 'Nescio an τὸ *venit* sanum sit.' *Scal.* 'Lege *veniat,* ut mox *sit.*' Bent.—567 Vulg. *triente.* Correxit Scal. '*unumque triente Fraudatum*] scil. annum, i. e. octo menses. Cod. Paris. et Regiom. quibus accedit Ms. Lips. *trientem.* Ita mox vs. 570. 'binosque trientes :' et vs. 572. 'geminatque trientem.' Idem in utroque loco numerus, octo mensium, intelli-

NOTÆ

560 *Et quoniam docui, &c.*] His 7. vss. præmonet Poëta hactenus satis disputatum esse de anno, mense, die, et hora per signa : nunc disputatum iri de tempore vitæ, seu de annis, quos quæque signa dant in vitam hominibus, prout sub singulis illis horoscopantibus nascuntur.

561 *Quod . . . genus*] Sup. temporis : i. e. vel anni, vel mensis, vel diei et horæ.

563 *Ævi*] Ætatis cujusque hominis.

567 *Bis quinos . . . aries, &c.*] His 14. vss. explicat sigillatim quot annos, quotve menses in vitam hominibus quæque signa dent. Scilicet aries dat annos 10. menses 8. Taurus annos 12. menses 8. Gemini annos 14. menses 8. Cancer annos 16. menses 8. Leo annos 18. menses 8. Virgo annos 20. menses 8. Libra annos 20. menses 8. Scorpius annos 18. menses 8. Sagittarius annos 16. menses 8. Capricornus annos 14. menses 8. Aquarius annos 12. menses 8. Pisces annos 10. menses 8. Quod videre est in tabella seq.

Unumque triente Fraudatum] Suppl.

Bisque novem, Nemeæe, dabis, bessemque sub illis.
Erigone geminatque decem, geminatque trientem.

Et tu, o leo, dabis octodecim annos, et præter illos octodecim annos dabis octo menses. Virgo duplicat decem annos, et duplicat tertiam anni partem. Neque plures

gendus.' *Stoeb.*—571 Vulg. *Bisque novem, Nemeee, dabis.* 'Recte, si non interpolatum esset. Gemblacensis detegit mangonium: *Bisque novem Nemeæ tribuis.* Nimirum *Nemea* legendum. Sic supra Nemea est Nemeeus leo: 'Quomodo divisis Nemea sibi duxerit horis.' Ibid. *bis sexque sub illis*] Emendavimus jamdudum *bissemque sub illis*: ita scribebant pro *bessem.* Sic apud Persium *trissis agaso* in veteribus libris, apud Varronem *vicissis, ducissis.* Frequentia hæc in veteribus libris.' *Scal.* 'Id est, præter illos octodecim annos dat quoque leo menses octo. *Bes* enim, seu *bessis*, sunt octo partes cujus vis totius. Octo autem partes totius anni sunt octo menses. Cod. Paris. et Regiom.

NOTÆ

annum, i. e. octo menses. Triens enim est tertia pars totius. Totum autem hic est annus constans ex duodecim suis mensibus. Annus igitur fraudatus uno triente sunt menses octo.

DIGRAMMA ANNORUM ET MENSIUM, QUOS QUÆQUE SIGNA DANT IN VITAM.

Signa.	♓	♒	♑	♐	♏	♎
Menses.	8.	8.	8.	8.	8.	8.
Anni.	10.	12.	14.	16.	18.	20.
Signa.	♈	♉	♊	♋	♌	♍

568 *Appositis .... duobus*] Sup. annis. Dat enim taurus annos vitæ duodecim, menses octo. Aries vero tantum 10. annos et menses 8.

569 *Totidem*] Sup. annis, nempe duobus: dant enim gemini vitæ annos 14. et menses 8.

570 *Bis octonos*] Bis octo, i. e. sexdecim.

Binosque trientes] I. e. octo menses. Triens enim unius anni sunt quatuor menses, qui tertiam anni partem adimplent.

571 *Nemeæe*] Leo, vs. 404.

Bessemque sub illis] I. e. præter illos 18. annos dat quoque leo menses octo. Bes enim, seu bessis, sunt octo partes totius alicujus. Octo autem partes totius anni sunt menses octo.

572 *Erigone*] Virgo, II. 32. quæ dat vitæ annos 20. et menses octo.

Geminatque trientem] Supp. anni. I. e. dat octo menses. Duo enim trientes anni sunt bis quatuor menses, i. e. octo menses.

Nec plures fuerint libræ, quam virginis anni.
Scorpios æquabit tribuentem dona leonem.
Centauri fuerint eadem, quæ munera cancri.
Ter quinos, capricorne, dares, si quatuor essent
Appositi menses. Triplicabit aquarius annos
Quatuor, et menses vitam producet in octo.
Lanigero pisces et sorte et finibus hærent;
Lustra duo tribuent solidis cum mensibus octo.

sint anni libræ, quam virginis. Scorpius adæquabit leonem dantem sua munera. Sint eadem dona sagittarii, quæ cancri. Tu, o capricorne, donares quindecim annos, si quatuor menses essent additi. Aquarius triplicabit quatuor annos, et profert præterea vitam in octo menses. Pisces autem et aries cohærent et loco et munere: unde pisces dabunt quoque decem annos cum octo tantum mensibus. Nec sufficit

bis sexque. 574. Uterque, *dena.* 575. Iidem libri *quoque*, deleta post hoc, *eadem*, distinctione. Vs. 577. Dicti lib. cum Lips. *triplicavit.*' Stoeb.—578 Scal. Delph. et vulg. et sic Paris. Regiom. et Lips. *producit.* 'Sic codices, quia et *triplicarit* habent. Ut *triplicabit*, ita lege *producet.*' Bent.—579. 580 Scal. et vulg. *Piscibus ast aries e. s. e. f. hærens L. decem tribuet solis c. m. o.* 'Sic codices quoque; nisi quod *est* pro *ast.* Quot annos aries daret, in primo loco dixerat; nunc iterum docet quid aries polleat, quantum scilicet pisces. Atqui pisces sententiam ducere oportebat. Error inde est; quod notis signorum, non literis hæc olim scripta sint. Repone, *Lanigero pisces e. s. e. f. hærent; L. duo tribuent, solidis c. m. o. Decem lustra solis*, hoc est, ut aiunt, decem annos; sic et supra III. 321. Miseret me auctoris. Lege *duo*; et pro *solis, solidis. Solidis mensibus*, i. e. integris. Sic alii solidum diem, solidum annum. Noster I. 565. 'Sexque fugit solidas a cæli vertice partes.'' *Bent.* 'Regiom. et recentiores tres, *Piscibus ac aries.* Quod nisi dedit Auctor, legere poteris *Pisces ac aries .... hærent* (sic Paris. quoque), et mox *tribuent.* Cod. Paris. *Piscibus et* (supern. *est*) *aries.* Recte tamen de ariete dixerit Auctor, eum tot annos tribuere piscibus, quod ipse erogat; quoniam et sorte et finibus eis hæret, i. e. et loco et munere sunt conjuncti.' *Stoeb.*—580 'Libri omnes, *decem.* Quod non mutandum. *Lustrum* pro anno dici, supra ad vs. 321. notavimus. Nec illud *solidis* bene habet. Repon. *solis.*' Idem. Delph. *Pisces ac aries .... hærent.* 'Ita legendum. Hoc enim vs. docet Poëta pisces et arietem vicinos esse loco et sede; paresque vitæ

NOTÆ

573 *Nec plures .. libræ*] Nimirum libra dat annos 20. menses 8. æque ac virgo.

574 *Scorpios æquabit, &c.*] Dat enim annos 18. sicut leo.

575 *Centauri fuerint, &c.*] Dat enim sagittarius annos 16. menses 8. Per centaurum autem intellige sagittarium, ut monui II. 241.

576 *Ter quinos ... si, &c.*] Dat enim capricornus annos 14. menses 8.

577 *Triplicabit aquarius, &c.*] I. e. dat annos duodecim, menses octo.

580 *Lustra duo* [*decem*] *tribuent, &c.*] Ita legendum. Sup. pisces, qui dant annos vitæ 10. menses 8. æque ac aries. Male ergo Vulg. et Scaliger, *Lustra decem tribuet;* sup. aries. Quasi vero aries tribuat piscibus hosce vitæ annos ac menses. *Lustra* autem, i. e. annos, vs. 321.

Nec satis est annos signorum noscere certos,
Ne lateat ratio finem quærentibus ævi:
Templa quoque et partes cœli sua munera norunt,
Et proprias tribuunt certo discrimine summas,
Cum bene constiterit stellarum conditus ordo.
Sed mihi templorum tantum nunc jura canentur:
Mox veniet mixtura suis cum viribus omnis.
Cum bene materies steterit præcognita rerum,
Non interpositis turbabitur undique membris.

cognoscere certos annos signorum; sed, ne cognitio fugiat eos qui quærunt terminum vitæ hominum, observandum est quoque quod stationes et loca cœli habent sua dona, et dant certos numeros annorum cum certa differentia, scilicet si series ipsorum planetarum recte posita fuerit per istas stationes. Verum nunc tantum cantabuntur a me vires stationum duodecim; postea jam omnis illa mixtura planetarum per stationes surget cum suis juribus; quando enim generatim materies rerum recte prius cognita fuerit, non permiscebitur a partibus ejus interjectis ex omni parte.

annos tribuere. Hærent quippe sorte et finibus.' Delph. *decem*. Vid. not. inf.—582 ' Codex Ms. Paris. *æra*; sensu obscuro, aut nullo prorsus.' *Stoeb.*—584 ' Cod. Paris. et Barthius in Ms. Palat. legit *octo discr.* unde conjecit legendum, *aucto*. Regiom. dilucide satis, *toto discrim.*' Idem.—587 ' Malim cum Regiom. *juribus* pro *viribus*. Sic ' jura templorum. vs. præced.' *Idem.*—588 Vulg. *percognita rerum*. ' Malim *præcognita*, προτεθεωρημένη. Ita profecto scripsit Manilius.' *Scal.* ' Hoc vix est, ut alibi apud Nostrum reperias. Ms. Lips. et Editi omnes, *percognita*. Puto scribendum duabus vocibus, *per*

NOTÆ

581 *Nec satis est, &c.*] His 5. vss. monet non satis fuisse docuisse quot annos vitæ quæque signa darent; sed operæ pretium esse dicit nosse quot annos quoque dent quæque cœli castra, seu stationes, quas duodecim statuit lib. II. sub finem.

583 *Templa ... et partes cœli*] I. e. castra, stationes, loca, &c. II. 942.

Norunt] Dant, tribuunt. Hujus enim verbi ea vis est, ut ab adjunctis quandoque pendeat ejus significatio. Sic Ovid. Trist. IV. ' vulnera novit:' i. e. sensit, accepit. Sic ' munera norunt,' i. e. tribuunt sua dona, suos vitæ annos, &c.

584 *Proprias .... summas*] Sup. annorum.

585 *Stellarum ... ordo*] Planetarum loca per singulas stationes. Sic vss. 101. 110. 119. 126. 128. 155. et clarius infra vs. 590. et II. 835.

586 *Sed mihi templorum, &c.*] His 4. vss. monet se dicturum tantum de annis, quos singula duodecim templa, i. e. duodecim stationes dant. Postea vero pollicetur se dicturum de planetarum stationibus, ac juribus per singulas stationes. Quod tamen aut non scripsit; aut nondum extat, nec ad nos pervenit, si scripsit. Interea ut has stationum rationes facilius intelligas, consule et figuram, et notas quas de his præmisimus lib. II. a vs. 940. ad finem illius.

Si bene constiterit primo sub cardine luna,
Qua redit in terras mundus, nascensque tenebit
Exortum, octonos decies ducetur in annos,
Si duo decedant. At cum sub culmine summo
Consistet, tribus hic numerus fraudabitur annis.
Bis quadragenis occasus dives in ortos

Igitur si certa steterit luna sub primo cardine, a quo cœlum revertitur supra terras, et a quo cœlum surgens occupabit ortum, is cardo, inquam, attollitur in annos octoginta, si duo anni detrahantur. Sed quando luna stabit sub medio vertice cœli, iste numerus carebit tribus annis. Occasus, qui est sub fine solis, locuples erit annis

cognita rerum: id est, per res cognitas.' *Stoeb.*—591 Scal. Delph. et vulg. *Quo*. 'Repone, *Qua*. ut I. 45. 'Qua mundus redit.' et II. 827. 'Qui tenet exortum, qua primum sidera surgunt.' et sæpe alias.' *Bent.* 'Ms. Paris. *Quod*. Regiom. *Quo*. Ibid. in fin. pro *tenebit*, Paris. *tenebat*. 594. Pro *fraudabitur* idem Ms. *superabitur*.' Stoeb.—595. 596 Scal. Delph. et vulg. *dives in*

NOTÆ

590 *Si bene constiterit, &c*] His 24. vss. explicat sigillatim quot annos quæque statio dat, si bene luna constiterit in singulis præcognita. Prioribus autem 9. vss. memorat quot annos quisque cœli cardo, quæ quatuor præcipuæ cœli stationes sunt, tribuat in vitam, dum in iis luna lucente quisquis nascitur; aitque ortum, qui primus cardo est, primaque cœli statio, dare annos 78. si luna in eo fulserit. Imum cœli, qui imus cardo est, quartaque cœli statio ordine et numero, dare annos 62. Occasum, qui cardo occidentalis est, ac septima cœli statio, dare annos 76. Medium cœli, qui cardo summus est, ac statio decima, dare annos 75. Res patet in hac figura.

Primo sub cardine] Sub ortu.

DIGRAMMA ANNORUM, QUOS QUISQUE CARDO DAT IN VITAM.

Cardines.	Anni.	XII. Stationes.		Anni.	Cardines.
1	78	1	12	23	
	42	2	11	117	
	50	3	10	75	4
2	62	4	9	68	
	63	5	8	13	
	12	6	7	76	3

593 *Culmine summo*] Medio cœli.

594 *Hic numerus*] Nempe prædictus annorum 78. de quo sublatis tribus annis supersunt 75. quos in vitam dat hic cardo summus.

595 *In ortos Solus* [*actu Solis*] I. e.

Solus erat, numero nisi deesset olympias una.
Imaque tricenos bis fundamenta per annos
Censentur, bis sex adjectis mensibus ævo.
Quodque prius natum fuerit dextrumque trigonum,

octoginta, nisi una olympias desideraretur huic summæ. Et infima fundamina cœli numerantur per sexaginta annos, additis insuper duodecim mensibus cum uno anno. Et ille triangulus, qui fuerit prior et dexter, dat annos sexaginta, et gemi-

actu Solis. '*In actu* a Scaligero est, in periodo solis; libri omnes *in actus.* Unde Huetius legit, [quem consule inter notas huic editioni appensas,] *Bis quadragenos o. d. in actus Solis erat;* et *actus*, ut Scaliger, explicat curricula, annos. Sed recte *quadragenis*, ut libri omnes; subaudi annis, quod proxime præcesserat. *Dives* enim apud Nostrum cum ablativo venire solet, 'dives honore,' 'dives sensu,' 'dives jugis,' 'dives puellis.' Repone, *dives in ortos Solus erat. In ortos,* in partus suos, in illos qui sub ipso nascuntur, ut IV. 206. 'Et Palamedeis certantem viribus ortum.' *Solus erat*, solus esset dives 80. annis; nullum enim signum dat supra 78. *Dives annis in ortos,* ut IV. 124. 'Dives fecundis aries in vellera lanis.'' *Bent.* 'Membranæ Paris. *in actus.* Regiom. *in annis.* Uterque, *Solis erat:* et hoc *erat* metri caussa, dictum pro *esset. Olympias una*] Nullus adhuc, nec deinceps, Nostro usus olympiadum in annorum ratione conficienda. Magis placet lectio Codd. Mss. Paris. et Lips. quam vulgavit Regiom. *olympia luna:* tametsi hæc minime probatur Barthio Adv. X. 4. Scilicet annis solaribus Noster subjungit lunarem. Occasus, inquit, dives erit in annis solaribus, tribuuntur enim illi cardini anni octoginta minus 354. diebus, qui est annus lunaris, juxta Gemin. cap. 6. apud Petav. Uranol. pag. 31. *Olympia* significanter dicitur luna, i. e. cælestis. Eadem Græcis quoque *Oὐρανία*, per eminentiam, vocata. Vide Vossium in Theol. Gent. II. 26. fin.' *Stoeb.*—597 Vulg. *Primaque.* Correxit Scal. ex Gemb. 'Sensus: Imum cæli dat annos vitæ sexaginta duos. Codd. Paris. et Lips. *Primaque.* Sic quoque Regiom. et ceteri non novitii omnes. Pro *tricenos*, Cod. Paris. in marg. *trecentos.* 598. Pro *Censentur* idem

NOTÆ

in termino et fine cursus solis. Sol enim sub occasu dicitur esse in actu, i. e. finiri, agere finem cursus sui. Sic 'agere animam,' i. e. mori, finem vitæ agere, Cic. l. IV. Fam. epist.

596 *Nisi deesset olympias*] Nisi deessent quatuor anni. Olympias enim apud Græcos certum fuit temporis spatium, nempe quatuor annorum. Cujus numerandi spatii ratio repetita fuit ex ludis Olympicis, qui quinto quoque anno celebrabantur in honorem Jovis circa urbem Olympiæ. Itaque occasus daret annos octoginta, nisi deesset olympias; unde tantum 76. annos tribuit.

597 *Imaque tricenos, &c.*] I. e. imum cœli dat annos vitæ 62. nimirum bis triginta, et bis sex menses cum uno anno.

599 *Quodque prius natum, &c.*] His posterioribus 15. vss. explicat quot annos ceteræ octo stationes sigillatim dant: aitque his 2. vss. prioribus stationem illam, quæ nona est numero et ordine, dare annos 68. Porro vocat hanc stationem dextrum trigonum primumque, i. e. quæ dextra est pars primi trigoni, quod a primo cardine in nonam et quintam stationem ducitur. Itaque prima statio, nona, et quinta primum trigonum per stationes duodecim adornant. Secunda, decima, et sexta secundum trigonum.

Hoc sexagenos tribuit, duplicatque quaternos.
Quod fuerit lævum prælataque signa sequetur,
Tricenos annos duplicat, tres insuper addit.
Quæque super signum nascens a cardine primum
Tertia forma est, et summo jam proxima cœlo,
Hæc ter vicenos geminat, tres abstrahit annos.
Quæque infra veniet spatio divisa sub æquo,
Per quinquagenas complet sua munera brumas.
Quemque locum superat nascens horoscopos, ille

nat insuper quatuor. Ille vero triangulus, qui fuerit sinister, et qui sequetur signa præcedentia, geminat triginta annos, et præterea addit tres alios annos. Et quæ figura stationis tertia est a primo cardine supra primum signum assurgens, et quæ jamjam vicina est medio cælo, ea duplicat sexaginta annos, et insuper addit tres alios. Et quæ forma stationis sequetur post primum cardinem distans æquali spatio, ea donat sua dona per quinquaginta hyemes. Et illa statio, supra

Ms. *Censetur:* in marg. ex aliorum scriptura, *Censentium.*' Stoeb.—603 Vulg. *Quæque s. s. n. hoc ordine pr.* 'Gemblacensis longe melius: cui subscribit textus Bonincontrii, *Quæque s. s. n. a cardine pr.* Est *ἐπαναφορὰ μεσουρανήματος*, ann. LVII.' *Scal.*—606 Vulg. Paris. et Regiom. *Quæque infra veniens.* 'Malim *veniet. ἀπόκλιμα μεσουρανήματος.*' *Scal.*—607 Vulg. Paris. et Regiom. *Ter q.* 'Falsum. Emenda, *Per q. c. s. m. br.* ann. L.' *Scal.*—608 Vulg. et Re-

NOTÆ

Tertia, undecima, et septima tertium trigonum. Quarta, duodecima, et octava quartum trigonum. Verum nonam et quintam stationem notat tantum per rationem trigoni: ceteras vero alio modo explicat. In uno autem quoque trigono, ea pars dextra dicitur, quæ præcedit: sinistra vero, quæ sequitur, ut monui II. 285. et seqq. Igitur in hoc primo trigono stationum nona statio dicta est, seu dexter est triangulus, id est, dextra trianguli pars, quia præcedit ad dextram a primo cardine seu a prima statione, a qua ducitur iste triangulus hinc inde in nonam et quintam stationem. Quinta vero statio sinistra est pars, seu sinister angulus ejusdem trianguli, quia sequitur a primo cardine in lævam.

601 *Quod fuerit lævum, &c.*] His 2. vss. ait quintam stationem, quæ sinister est angulus primi trianguli, ut jam monebam, dare annos vitæ 63.

603 *Quæque super signum, &c.*] His 5. vss. ait undecimam stationem, quæ tertia est supra ortum, et vicina medio cœli, dare annos 117. Namque ter viginti sunt 60. at bis ter viginti, i. e. 60. geminati dant 120. detractis autem tribus e 120. supersunt 117. Male ergo Scaliger ait dare tantum 57. annos.

606 *Quæque infra veniet, &c.*] His 2. vss. ait tertiam stationem, quæ infra est primum signum nascens a primo cardine, i. e. infra ortum, æquali spatio distans ab ortu, ac illa undecima statio, dare vitæ annos 50.

607 *Brumas*] Hyemes, i. e. annos. Pars pro toto. Sic Virg. Æn. I. 269. 'Tertia dum Latio regnantem viderit æstas;' i. e. annus.

608 *Quemque locum, &c.*] His 2. vss. ait secundam stationem, quam

Dena quater revocat vertentis tempora solis,
Accumulatque duos cursus, juvenemque relinquit.
At qui præcedit surgentis cardinis horam,
Vicenos ternosque dabit nascentibus annos,
Vix degustatam rapiens sub flore juventam.
Quod super occasus templum est, hoc dena remittit
Annorum spatia, et decimum tribus ampliat annum.

quam horoscopus assurgens est, reddit quadraginta annuos cursus solis volitantis, et addit duos adhuc cursus, et linquit hominem in sua juventute. Sed ille locus, qui antecedit horam cardinis primi, dabit nascentibus hominibus annos viginti et tres, abripiens juventutem, quæ vix delibata fuerit sub primo ætatis flore. Quæ statio est supra occasum, ea dat spatia decem annorum, et dat illam decimam summam cum tribus annis adhuc additis. Statio inferior

giom. *Quique locum superat.* 'Emendabamus olim, *Quemque l. s. n. h.* Subscribit Gemblacensis. ἐπαναφορὰ ἀνατολῆς, annos XLII.' *Scal.* 'Cod. Paris. *Quæque.* Regiom. *Quique.* Recte. Respicit enim τὰ *horoscopus ille.*' Stoeb.—612 Paris. *dabunt.*—614 Scal. et vulg. *Q. s. o. tentatum est dena r.* Delph. *Q. s. o. est templum d. r.* Vid. not. inf. ' ' Quid reponam,' ait Scal. ingenue, ' pro vitioso *tentatum*, equidem comminisci non potui.' In priore editione dederat *lentatum.* Ex orthographia vetere ducenda est correctio. Codices universi *temptatum;* et sic in omnibus membranis, cujuscunque libri aut ætatis, semper scriptum reperi *tempto*, vel rarius *temto*, nunquam *tento.* Repone, *Q. s. o. templum est, hoc d. r. Templum;* de templis enim solis jam loquitur; sic vs. 586. 'Sed mihi templorum tantum nunc jura canentur.' *Hoc*, vs. gratia ejectum, revoca; ut vs. 600. 'Quodque prius natum fuerit, Hoc sexagenos tribuit.' *Bent.* 'Cod. Lips. *temptatum.* Paris. Regiom. et vetusti omnes, *tentatum*, quod vitiosum judicat Scaliger. Poteris tamen vocem a primitivo *tendo* deducere; ut sit *tentatum* id quod extensum, scil. spatium. Vide omnino Non. Marcell. in Tenta, quod Lucretii exemplis docet dictum pro extensa. Hoc *templa* Faii debetur ingenio, non Bentleii. *hoc dena*] Illud *hoc* nullus Codex agnoscit. Delendum ergo.' *Stoeb.*—615 Scal. Delph. et vulg. *et decimam tribus applicat auctis.* 'Quid hoc portenti est? Sententia constat, dat x. annos, et ei summæ tres addit. Sed quomodo hoc significet, aut

NOTÆ

superat horoscopus, i. e. quæ proxime infra ortum est, dare annos quadraginta duo.

610 *Juvenemque relinquit*] I. e. permittit ut juvenis suam adimpleat juventutem, nec ante rapit.

611 *At qui præcedit, &c.*] His 3. vss. ait duodecimam stationem, quæ est supra primam stationem, i. e. supra primum cardinem, dare annos 23. tantum, juventutemque rapere sub flore ætatis.

614 *Quod super occasus, &c.*] His 2. vss. ait octavam stationem, quod templum est, i. e. statio supra occasum, dare annos 13. Ita autem fuit castigandum; male enim Scalig. Vulg. et Rom. *Quod super occasus tentatum, &c.* et J. Bit. *Quod super occasus tensum est;* sup. templum; quæ vox tamen posita fuit longe ante, nimirum vs. 586.

615 *Decimum* [*decimam*] Sup. summam. I. e. dena spatia annorum applicat cum tribus adhuc superadditis annis.

Inferius puerum interimet: bis sexque peracti
Immatura trahent natales corpora morti.
Sed tamen in primis memori sunt mente notanda,
Partibus adversis quæ surgunt condità signa,
Divisumque tenent æquo discrimine cœlum;
Quæ tropica appellant, quod in illis quatuor anni
Tempora vertuntur signis, nodosque resolvunt;
Totumque emittunt converso cardine mundum,

occasu interficiet natum in sua pueritia, et sexdecim annis exactis morbus natalitius rapiet corpora puerorum ante ætatem perfectam. Attamen præcipue mandanda sunt animo memori ea signa, quæ sunt posita ex regionibus cœli oppositis; et quæ occupant cœlum æquali distantia, quæ vocant tropica, eo quod quatuor anni tempora mutantur illis signis, et dissolvunt articulos cœli; et eo quod reddunt totum cœlum,

quid omnino significet, *Applicat decimam tribus auctis*, captum meum exsuperat. Sic tamen codices universi. Quod alii astute præterierunt, ego simpliciter aggrediar. Repone, *et decimum t. ampliat annum.*' Bent. 'Codd. Paris. et Lips. Regiom. et ceteri omnes, *et decimam tribus applicat auctis. Decimam*, supp. summam. Id est, dena spatia annorum applicat cum tribus adhuc superadditis annis.' *Stoeb.*—616 Vulg. *Inferius perimet.* 'Gemblacen. *interius.* ἀπόκλιμα δυτικόν, annos XII. Ibid. *bis sexque peractis I. trahet natalis*] τὸ *natalis* prisce pro *natales.* Ergo *peracti* legendum et *trahent: bis sexque peracti I. trahent natales c. m. Trahent morti*, ad mortem; ut, 'viamque affectat Olympo:' ad Olympum. Gemblacensis habet *corpora morbus.*' Scal. Delph. *peractis.* 'Gemb. bene, supp. *annis.* Cur hæc Scal. immutatio? Sana enim et clara Gemb. lectio, quam secuti sumus.' 'Melior vetus scriptura Codd. Lips. Paris. et Regiom. *Interior.* Gemb. Lips. et qui sanam scripturam non aversati sunt Editores vetusti legunt, *bis sexque peractis*, scil. annis.' *Stoeb.*—617 Delph. *natalis* ... *morbus.* 'Gemb. bene. Id est, morbus cum quo moriturus nascitur puer: quem a natalibus suis traxit, quique perimet illum annis 12. vix peractis. Nec male alii *I. trahet natalis c. morti. Trahet*; supp. statio: *natalis*, i. e. nascentis pueri: *morti*, i. e. ad mortem. Nec male.' 'Cod. Paris. et Regiom. *trahet.* Forte scribendum, *tradet.* Nam *trahet morti*, pro ad mortem, durius est ac insolentius: pro *natales* iidem illi legunt *natalis*,

NOTÆ

616 *Inferius puerum, &c.*] His 2. vss. tandem ait sextam stationem, quod inferius est templum proxime sub occasu, dare annos vitæ 12.

618 *Sed tamen in primis, &c.*] His 7. vss. monet inprimis observanda esse signa tropica, quæ quatuor sunt, pro quatuor anni temporibus, quorum quæque suum initium dant. Tropica igitur sunt aries, libra, cancer, capricornus. Aries initium dat veri; libra autumno; cancer æstati: capricornus hyemi, ut dictum est II. vs. 657.

619 *Partibus adversis quæ surgunt, &c.*] Non quidem singula singulis; sed aries libræ; cancer capricorno; et contra.

621 *Quæ tropica appellant, &c.*] A verbo Græco τρέπειν, *vertere*, II. 174. 266.

622 *Nodos*] Cardines, articulos mundi, II. 156. 430. 657.

Inducuntque novas operum rerumque figuras.
  Cancer ad æstivæ fulget fastigia zonæ,
Extenditque diem summum, parilique recessu
Destruit: at, quanto fraudavit tempore luces,
In tantum noctes auget: stat summa per omne.
Tunc Cererem fragili properant destringere culmo;

mutato cardine, et referunt secum novas formas athlorum atque laborum. Cancer lucet ad culmina circuli æstivi, et producit diem maximum, et exiguo discessu destruit illum, ita ut summa temporis crescat per cunctas noctes in tantum tempus, quanto tempore privaverat dies omnes. Tunc autem ager festinat discriminare

supple statio, i. e. nascentis pueri.' *Stoeb.*—626 Scal. Delph. et vulg. *parvoque.* 'Quid est *parvo* recessu? Repone *parilique r.* Ponit igitur solstitium in medio cancro, sive in fine gradus xv. et principio gradus xvi.' *Bent.* 'Rescribe ex Ms. et Editis vetustioribus, *parvoque r.* Vix enim videtur recedere a puncto solstitiali, adeo ut per quadraginta dies παράλλαξις fere nulla percipiatur. Conf. Gemin. cap. 5. pag. 25. D. apud Petav. Uranolog. *Stoeb.*—627 et seq. Scal. et Delph. *ut quanto f. t. l. I. t. n. augescat sum. p. omnes.* '*Ut augescat* a Scaligero est, probante quoque Huetio. Non accedo. Quomodo enim per omnes noctes; quæ tantum xv. sunt? Libri universi *et*, non *ut*; et pro *augescat, auget, stat.* Repone, *at q. fr. t. luces, In t. n. auget: stat summa per omne.* Summa eadem stat totius νυχθημέρου; nempe horæ xxiv.' *Bent.* 'Lege *et quanto*, quod libri omnes, ipso indice vel teste Bentleio, retinent.' *Stoeb.*—628 'Recte hæc ab antecedentibus distinguuntur, at cum seqq. sunt conjungenda: quod luculenter fecit Regiom. qui legit, *auget* (.) *stat summa per omnes.* Sic Cod. Paris. non, *omne Cum Cererem, &c. auget. stat ... omnis* (antique, pro *omnes*) Codex etiam Lips. agnoscit. *Per omnes*, scil. noctes, quibus id accrescit, quo dies minuuntur.' *Idem.*—629 Vulg. *Cum C. fr.* 'Melius Gemblac. *Tum C.* Bonincontrii textus *Tunc.* Ibid. *distringere culmo*] Irrepsit ex sequente versu. Legendum vero *distinguere;* quod ab Arato mutuatur, ita canente de Sirio: 'Ρεῖα γὰρ οὖν ἔκρινε διὰ στίχας ὀξὺς ἀΐξας. *Exoriensque suo distinguit sidere culmos.* Ammonius in quinque voces: οἷον εἴ τις περὶ τοῦ ἀστρῴου κυνὸς διδάσκειν βουλόμενος εἴποι, ὁ Κύων καύματα ποιεῖ, ἢ

NOTÆ

624 *Operum rerumque figuras*] Novas athlorum sortes ac loca, vs. 75.

625 *Cancer ad æstivæ, &c.*] His 12. vss. disputatur de cancro, quod tropicum est signum, capricornique signo oppositum. Sub hoc igitur signo dies maximi contingunt, minimæque noctes. Sub hoc eodem contingit æstas; in varias palæstras, atque exercitia nudantur homines: placidum est mare: cruenta bella tractantur: Nilus tumescit in agros, &c.

Æstivæ zonæ] Tropici cancri.

626 *Extenditque diem, &c.*] Vs. 263. et seqq.

629 *Cererem*] Segetem, vs. 152.

Destringere [*distinguere*] *culmo*] Segetes enim æstate ad maturitatem properantes distinguuntur, et, ut verbis Germanici in Aratum utar, discriminantur: 'Atque suo vehemens segetes discriminat ortu Sirius,' &c. Interflavescentes enim segetes tenuem ac fragilem culmum habent, quia exsiccantur et maturescunt. Male ergo alii, *distringere.* Neque enim campus distringit segetes, sed messor stringit et secat illas.

Graius et in patrias denudat membra palæstras ;
Et tepidum pelagus siccatis languet in undis.

segetem tenui stipula ; et homines nudant artus suos ad diversos ludos ; et mare

διακρίνει τοὺς καρπούς. ita Maniliane. Potes aliter, *Atque suo vehemens segetes discriminat ortu.* Recte Germanicus, *accenditur æstas, Distinguitque ortu.* Distinguuntur segetes, quum interflavescunt ad maturitatem properantes. Nam aliter interpretari est meræ inscitiæ: et ita Ammonius supra, διακρίνει τοὺς καρπούς.' *Scal.* Scal. *properat distinguere ;* et sic Delph. Vid. Not. inf. '*Destringere culmo* libri universi. Scaliger, falsa lectione deceptus, quippe *campus* pro vera amplexus est, locum ulterius corrupit. Venetus et Vossianus, *properant.* Repone, *Tunc C. fr. properant destringere culmo. Properant,* agricolæ scilicet. Nam de messe hic agi, constabit ex Virg. Geo. I. 316. quem Noster hic imitatur, 'Sæpe ego, cum flavis messorem induceret arvis Agricola, et fragili jam stringeret hordea culmo, Omnia ventorum concurrere prælia vidi.'' *Bent.* 'Cod. Paris. et Regiom. *Cum.* Scal. assentiente Lips. *Tum. properant destringere*] Sic Cod. Paris. At Regiom. et tres recentt. *properat distringere Campus, et in varias, &c.* Ms. Lips. *properant,* sed *n* in rasura. Idem, *destring.* Sensus foret: Campus properat distringere ; sed hoc nimis improprie dictum. Legas potius cum Scaligero *distinguere ;* aut si malis, *properant distringere Cererem fragili culmo. Campos,* i. e. per campos.' *Stoeb.*—630 Scal. Delph. et vulg. *Campus et in varias destringunt m. p.* 'Quid sit *destringere membra in palæstras* caute dissimulant: ego prorsus non intelligo. Hæsit hic *destringunt ;* quia librario adhuc obversabatur ex superiore versu *destringere. Palæstras,* quasi proprium Græciæ morem, alibi Noster memorat, IV. 721. 'Perque coloratas subtilis Græcia gentes Gymnasium præfert vultu fortesque palæstras.' Ergo hic repono, *Graius et in patrias denudat m. p. Patrias,* non *varias, denudat,* non *destringunt,* astipulante Virg. Æn. III. 281. 'Exercent patrias oleo labente palæstras Nudati socii.' Idem iterum, Georg. III. 531. 'Corporaque agresti nudat prædura palæstræ.' 'Patriæ palæstræ' apud Virgilium sunt Trojanorum. Cum itaque et Noster dicit *patrias palæstras* (*varias* enim nihil est) ut Grajorum sint, pene necesse est. Vide IV. 66.' *Bent.* 'Hæc tam sunt a mente Manilii aliena, quam sunt a scripta et olim edita lectione diversa. Libri omnes, *Campus. et in varias destringunt* (*distring.*) *membra palæstras. Distringere* vel *destringere membra* eleganter dictum pro oleo perfusa detergere. Nam *destringere* olearum est velut proprium. Ovidius, vel quisquis, bonæ tamen notæ, Auctor Elegiæ, Nux inscriptæ, vs. 135. 'Si licet hoc, oleas distringite, cædite messes.'' *Stoeb.*—631 Scal. Delph. et vulg. *jactatis.* 'Nolim mutari, quanquam Gemb. habet *Et trepidum p. jactatum l. i. undas.*' Scal. Delph. *sedatis.* Vid. Not. inf. 'Quomodo *jactatis undis,* tempore solstitii? Contrarium verum est. Repone *siccatis.* Sic v. 211.

NOTÆ

630 *Denudat* [*distringunt*] Nudant, propter calorem.

Palæstras] Varia exercitationis genera, v. g. cursus, disci, saltus, pugilatus, cæstus, luctæ, &c. a verbo Græco παλαίειν, *luctari.* Quæ ludorum genera potissimum initio æstatis agebantur.

631 *Siccatis* [*sedatis*] Ita castigandum. Male enim alii, *jactatis.* Neque enim mare dici potest languere ac tranquillum esse, *jactatis undis.* Deinde maxime sedatur mare in æstate. Virg. Eclog. IX. 57. 'Et nunc omne tibi statum silet æquor, et omnes, Aspice, ventosi ceciderunt murmuris auræ.'

Tunc et bella fero tractantur Marte cruenta;
Nec Scythiam defendit hyems: Germania sicca
Jam tellure fugit; Nilusque tumescit in arva.
Hic rerum status est, cancri cum sidere Phœbus

calidum torpet in aquis suis tranquillis: tunc etiam crudelia bella aguntur crudeli prælio: nec hyems tuetur Scythiam a bello: Germania jam incipit exire e terra sua exsiccata per calorem solis; et Nilus restagnat undis suis in agros. Talis est

sub ortu caniculæ, 'Dimicat in cineres orbis, fatumque supremum Sortitur, languetque suis Neptunus in undis.' et I. 163. 'Et siccata magis strinxerunt æquora terræ.'' *Bent.* 'Dedit Auctor fide Cod. Paris. et Regiom. *jactatis in undis*, nimirum quia a nautis tum maxime exercitantur. Alii malunt legere, *Et tepidas pelagus jactatum languet in undas.* Scaliger versum ita constituit, *Et tepidum pelagus jactatis languet in undis. Tepidum pelagus* audit, ob calorem æstivum. Sic 'tepida unda' propter ardorem solis, apud Sil. Ital. VI. 289. Sollemnis autem et frequens Librariorum error, ut voces *tepidus* et *trepidus* inter se commutarent. Unde factum, ut Gemblac. pariter ac Lips. h. l. legant, *Et trepidum pelagus jactatum languet in undas.*' Cod. Lips. *in undis.* Plura ejusmodi exempla collegit Drakenb. ad Silium Ital. IV. 182.' *Stoeb.*—633 Mallet Delph. *furit.* Vid. Not. inf.—634 Vulg. *in auras.* 'Lege *in arua.* Diversus error supra, *musamque inducit in arua.* Ubi legebatur *in auras.*' Scal. 'Ita Scal. libri plerique *auras.* Favet Voss. qui habet *aura.* Vide supra vs. 272. Tamen Noster IV. 752. 'Nilusque tumescens In cancrum, et tellus Ægyptia jussa natare.' Cum igitur et nunc de cancro loquatur, vide an sic dederit, *Nilusque tumescit in astrum.*' Bent. 'Cod. Paris. *tellusque:* aperto vitio. Pro *in arva*, Cod. Lips. Paris. et Veteres impressi omnes, *in auras.* Quod non absone dictum de Nilo, qui, quod venti pluviis coactis alibi faciunt, ipse aqua sua per Ægyptum patret. Horat. III. Carm. Oda 3. 48. 'Qua tumidus rigat arva Nilus.' Nullus autem, quem novi, probus scriptor Nilum tumescere in arva dixit. Pomp. Mela æstivo sidere id fieri scribit I. 9. p. m. 9. fin. Quod ad Sirium refert, sub ipso Cancro fulgentem, Tibullus I. 8. 22. 'arentes quum findit Sirius agros, Fertilis æstiva Nilus abundat aqua.'' *Stoeb.*—635 Vulg. *Hic iterum situs est.* 'Lege *Hic rerum situs est. Cancri quum sidere, &c.* Manifesta lectio, nisi quis forte ad ejus lucem caliget, ut noctuini oculi.' *Scal.* 'Ingeniose Scal. ex conjectura; cum libri, etiam Gemb. haberent, *Hinc iterum situs est.* Firmat Lips. qui *Hinc rerum satus est*: propius adhuc Voss. *Hinc rerum status est.*' Bent. 'Hæc Scaligeri, non nostri est Poëtæ scriptura. Firmari quidem illam ait Criticus Britannus Cod. Lips. fide, qui, recensente Fellero, habet, *Hinc rerum satus est.* Vierschrotus autem, non mercenariam in enotandis lectionum varietatibus operam collocans,

NOTÆ

632 *Marte*] Prælio, pugna, bello. Mars enim belli Deus a poëtis sæpe usurpatur pro bello aut prælio. Virg. passim.

633 *Nec Scythiam defendit hyems*] Sup. a bello. Scythia regio est septemtrionalis, quæ hyemis frigoribus est omnino obnoxia. Unde Scythæ per hyemem nec arma tractant, nec sibi ab armis hostium timent.

Germania sicca tellure fugit] Mallem ego *furit*, suppl. in arma. Germania enim, quia pluviis obnoxia per hyemem, vix in arma furit, nisi per æstatem, qua tellus siccata est.

634 *Nilusque tumescit in arva*] Ut dictum est vs. 273.

Solstitium facit, et summo vectatur olympo.
Parte ex adversa brumæ capricornus inertis
Per minimas surgit luces, et maxima noctis
Tempora; producitque diem, tenebrasque resolvit:
Inque vicem nunc damna facit, nunc tempora supplet. 640

status rerum, quando sol facit solstitium æstivum in signo cancri, et est in suprema regione cœli. Ex opposito loco capricornus contrahit solstitium hybernum per brevissimos dies, et per longissima tempora noctis, et incipit extendere diem, et abbreviare noctes; et jam alternatim facit detrimenta, et reddit diebus temporis spatia.

ibidem legit, *Hinc iterum satus* (supra lineam *situs*) *est*. Luculentius vero Gemblac. *Hinc iterum situs est*. Paris. et Regiom. *Hic iter sit. est Cancri* (,) quæ interpungendi ratio est Edit. Ald. et Rom. Rectissime. Hactenus enim exposuit, quid terris accidat, cancro tropicum æstivum accedente: (conf. si lubet, notam ad vs. 625.) Nunc autem, brevissimis licet, indicat, quid sol agat, illud signum non jam ingressus modo, sed partem quoque illius octavam assecutus. Eadem, inquit, cancri positio adhuc est, scil. in tropico æstivo. *cum* (adverb.) *sidere*, pro in sidere, scil. illo, i. e. in signo cancri Phœbus solstitium facit, &c.' *Stoeb.*—636 Scal. Delph. et vulg. *versatur*. 'Lege, *vectatur*. Sic v. 9. 'omnia circum Sidera vectatum, et toto discurrere cælo.'' *Bent.* 'Malim, cum libris vetustis, *versatur*. Mutari minime debuit, ob locum parallelum, vel quasi, a Bentleio recitatum, v. 9. Neque enim nunc de semetipso, uti l. c. sed de sole loquitur.' *Stoeb.*—637. 38 Scal. Delph. et vulg. *brumam c. inertem*, et mox pro *surgit*, *cogit*. '*Cogit*, inquit, *brumam*: quid hoc sit non intelligo. Vetusti quattuor, *brumæ*. Repono: *P. e. a. brumæ c. inertis P. m. surgit luces*.' Bent. 'Rectissime olim legebatur, *brumam capric. inertem Per min. cogit luces. Cogit brumam*, i. e. premit, urget. Non potuit dici quicquam inerti brumæ convenientius. *Bruma*, pro solstitio hiberno, poëtis frequentissimum, quibus non nisi æstivum solstitii nomine venit. Ita plane Ovidius Trist. v. 10. 7. sq. 'Nec mihi solstitium quicquam de noctibus aufert, Efficit angustos nec mihi bruma dies.' Quo loco si paulum legendo processeris, vs. 11. pr. mendum offendes in voce *Num*. Sublata enim interrogationis nota, legendum videtur, *Non peragunt solit*. Vide locum, et tuo bene utere judicio.' *Stoeb.*—640 'Gemb. *damna legit*. Haud scio an bene.' *Scal.* 'Pro *facit* vetusti omnes *legit*.' Bent. 'In Cod. Lips. est *legit*; i. e. colligit. Hujus autem locutionis, *damna legere*, nullum, quod sciam, exemplum apud probos Auctores extat. Cod. Paris. nostro, ne quid diffitear, in-

NOTÆ

636 *Solstitium*] Suppl. æstivum, II. 404.

Olympo] Cœlo, I. 178.

637 *Parte ex adversa, &c.*] His 7. vss. explicat, quid sub capricorno, quod signum est signo cancri oppositum, præcipue contingit. Ait autem sub capricorno fieri brumam, i. e. solstitium hybernum, quo dies brevissimi, noctes vero longissimæ fiunt; et inde dies crescere, ac damna sua reparare. Sub eodem capricorno rigere agros, clausum esse mare, castra poni; naturamque omnem uno stare loco, ac quiescere præ frigore ac gelu.

Brumæ] Solstitium hybernum, II. 404.

639 *Producitque diem, &c.*] Vs. 478.

Tenebrasque resolvit] Suppl. in minimas suas horas.

640 *Damna facit*] Suppl. noctibus.

Tempora supplet] Sup. diebus.

Tunc riget omnis ager, clausum mare, condita castra.
Nec tolerant medias hyemes sudantia saxa;
Statque uno natura loco, paulumque quiescit.
  Proxima in effectu, et similes referentia motus,
Esse ferunt luces æquantia signa tenebris.

Tunc autem omnis campus horret frigore; pelagus transiri non potest; hyberna sunt posita. Neque lapides madentes gelu ferre possunt media frigora; et tota natura stat in uno loco, et conquiescit paululum. Homines dicunt signa sequentia, quæ efficiunt nimirum noctes æquales diebus, efficere motus pares in effectu. Ete-

---

commodo, lacuna hic loci laborat. Illam autem, vel suo ingenio, vel Codicis sincerioris beneficio, feliciter explevit Regiom. *Inque vicem nunc damna quidem nunc tempora supplet.* Quorum hic facile sensus emergit: Solstitium brumale damna, quæ res humanæ gelu rigore faciunt, diurnæ lucis mutua quasi vice, compensat. Qui vulgatam tueri lectionem malunt, videant, annon tautologiæ vitio laboret hæc interpretatio: *Damna facit* noctibus, quibus detrahit; *tempora supplet* diebus, quibus addit. Nonne id ipsum sonant, idque multo significantius, immediate præcedentia verba: 'producitque diem, tenebrasque resolvit?' Nonne? Ecquis tandem proborum Auctorum dixit *damna facere* pro inferre? Quin imo neutraliter et absolute phrasis sumenda, pro, detrimentum capere vel facere jacturam. Cicero non uno in loco. Verba ejus sunt in Bruto cap. 33. ubi de C. Graccho: 'Damnum enim illius immaturo interitu res Romanæ Latinæque literæ fecerunt.'' *Stoeb.*—641 Gemb. *Tunc fugit.*—642 Vulg. *horrentia.* 'Melius Gemb. *sudantia.*' Scal. 'Atqui media hieme saxa, gelidissimo aëre obstructa, sudare nequeunt. Magis ergo apposite dictum *horrentia*, quod est in Cod. Palatin. recensente Barth. Habent quoque Ms. Paris. Regiom. Editique non novitii omnes. *Horrentia* est frigentia, uti apud Juven. lib. et Sat. I. 93. 'horrenti tunicam non reddere servo.'' *Stoeb.*—644 Vulg. *simili.* Scal. et Delph. *effectu similes.* 'Libri veteres, *in infectum et similis.* Repone, *P. in effectu, et similes r. m.*' Bent.—645 Vulg. *luces.* Scal. et Delph. *noctes æ. s. diebus.* 'Libri universi, *Esse ferunt luces. Luces diebus,* ineptissime. Unde Scal. *noctes.* Dedit, opinor, Auctor, *E. f. luces æ. s. tenebris.*' Bent. 'Si hoc dedisset Auctor, non potuisset certe Bentleius, quin oscitantiam aut ignaviam in eo reprehenderet, quod hoc ipso vocabulo versu abhinc sexto eadem, noctis puta, notione usus est. Codd. vero Mss. et Editi tantum non omnes habent *diebus.* Cujus gratia Scaliger

NOTÆ

641 *Clausum mare*] Non quia concretum est, sed quia per hyemem non transitur.

Condita castra] Stant enim milites in hybernis per hyemem.

642 *Nec tolerant, &c.*] Sæpius enim gelu franguntur saxa.

643 *Statque uno natura loco*] Natura inferior, i. e. terrarum orbis totus torpet frigore, et quasi gelu concretus stat immotus: hoc est, vix homines ad laborem eunt, sed quiescunt.

644 *Proxima in effectu, &c.*] His 14. vss. explicat Poëta quæ sub ariete contingunt. Aries enim figurat ver, redditque dies æquales noctibus, qui antea breviores noctibus erant, jubetque noctes cedere diebus ad cancri sidera. Deinde sub ariete mare placidum consternitur: terra flores emittit: pecudes et aves in partum ruunt: cantu volucrum resonant nemora: virescunt arbores, &c.

Namque aries Phœbum repetentem sidera cancri
Inter principium reditus finemque coërcet,
Tempora diviso jungens concordia mundo:
Convertitque vices, victumque a sidere brumæ
Exsuperare diem jubet, et succumbere noctes;
Æstivi donec veniant ad sidera cancri.
Tunc primum miti pelagus consternitur unda,
Et varios audet flores emittere tellus.
Tunc pecudum volucrumque genus per pabula læta
In Venerem pastumque ruit, totumque canora

nim aries retinet solem, qui revertitur ad sidera cancri inter initium et terminum recursus illius, conjungens nempe tempora noctis et diei convenientia ex cælo partito: et mutat ordinem, et cogit diem, qui superatus fuerat ad astra solstitii hyberni, jam vincere, et noctes cedere diebus, usquedum perveniant ad astra cancri æstivalis. Tunc primo mare extenditur sub aquis placidis, et terra incipit audacter producere diversos flores. Tunc genus pecorum et avium fertur per pascua in coitum, et in generationem; et sylva tota resonat garritu sonoro, et viret in omne

in priore hemistichio *luces* mutavit in *noctes*. Verum et hanc opellam Auctoris sensus respuit. Legitimus enim dies Romanis incipit a media nocte. Vide Isidor. Orig. v. 30. Recte igitur habet prisca lectio, *luces æ. s. diebus*. Quorum equidem sensum ita puto concipiendum: Signa quæ faciunt, ut tot sint diei æquinoctialis horæ lucidæ, quot caliginosæ. Neque horum te fallet ratio, si horas nocturnas supputaveris a crepusculo vespertino ad matutinum.' *Stoeb.*—649 Scal. Delph. et vulg. *ad sidera*. 'Ad sidera brumæ? non ultra, et ad arietem usque vincitur dies? Repone igitur cum Voss. *a sidere*.' Bent.—652 Vulg. *muta*. 'Magis placet lect. Gemb. *miti*.' Scal. 'Ms. Paris. itemque Palat. ex recensione Barthii, Regiom. et ceteri omnes, *muta unda*. Cur id mutemus? 'Clamare' enim 'maria' dicuntur Poëtis. Attius, 'crepitu clangente cachinnat.' Petronius, etsi in alia re, cap. 119. p. m. 562. pr. 'mutoque in littore tantum Solæ desertis aspirant frondibus auræ.'' *Stoeb.*—655 Scal. Delph. et vulg. *partumque*. 'Occultum mendum ex latibulo suo eruendum est. Quid enim est *ruere in partum?* Quis sic loquatur? Deinde cum *Venerem* dixisset, *partum*, qui natura sequitur, quid opus erat addidisse? Repone *pastumque*. *Pecudes in pastum*: ut Virg. Georg. IV. 434. 'Vesper ubi e pastu vitulos ad tecta reducit.' *Volucres;* ut idem Æn. VII. 700. 'Ceu quondam nivei liquida inter nubila cygni Cum sese e pastu referunt.'' *Bent.* 'Otiosa mutatio hujus *partum*, quod omnes libri ferunt. Quid enim vs. præced.

NOTÆ

646 *Phœbum*] Solem, I. 19.

647 *Inter principium reditus finemque*] I. e. inter capricornum et cancrum. Etenim a capricorno incipit sol in longiores luces ferri: et ad cancrum terminatur lux ejus maxima. Aries autem inter utrumque hunc terminum medius fertur.

648 *Diviso . . . mundo*] Nimirum per æquinoxiorum puncta.

Tempora . . . concordia] Dierum ac noctium, quæ æquantur.

655 *In Venerem*] In coitum; in amorem. Venus enim amoris Dea passim pro re amatoria sumitur. Lucret. II. ab initio.

Voce nemus loquitur, frondemque virescit in omnem:
Viribus in tantum segnis natura movetur.
  Huic ex adverso simili cum sorte refulget
Libra, diem noctemque pari cum fœdere ducens;
Tantum quod victas usque ad se vincere noctes
Ex ipsa jubet ad brumam, cum tempora vertit.
Tum Liber gravida descendit lenis ab ulmo,

genus foliorum: usque adeo natura, quæ hactenus pigra fuit, excitatur per suas vires. E regione hujus arietis libra lucet pari cum ratione, reddens diem et noctem sub æqua concordia; nisi quod cogit noctes, quæ usque ad seipsam fuerant superatæ a diebus, jam superare diem ab seipsa ad solstitium brumale, quando tunc tempora noctis superant. Tunc autem vitis onerata uvis delabitur ab ulmo onerata, et dul-

per pabula? Quid item Veneri conjunctius *partu?*' Stoeb.—657 Vulg. *signis.* '*Segnis*, ut olim emendabamus. Approbat Gemb. Est ἐπιφώνημα. Segnem naturam sub bruma quare dixerit patet ex illo: 'Statque uno natura loco, paulumque quiescit.'' *Scal.* 'Gemb. solus, *segnis;* ceteri *signis.* Forsitan Auctor dederit, *deses.* Quippe *segnis* est, qui perpetuo sic est: *deses*, qui tunc otiatur, alioquin operi habilis. *Deses movetur*, ut Virgilius Æn. VI. 813. 'Otia qui rumpet patriæ, residesque movebit Tullus in arma viros.'' *Bent.* 'Cod. Paris. Lips. et Editi vetusti tres, *signis.* Regiom. *signi*, scil. arietis. Omnes ad signa referunt hos effectus, rectissime. Nec aliter putamus ipsum Manilium scripsisse. Signorum enim vi premitur et elevatur naturæ effectus. Contra, solstitio hiemali *quiescere* eam elegantissime dixit vs. 643. Conf. infra vs. 676. sqq.' *Stoeb.*—660 Scal. Delph. et vulg. *Tantum quo:* et mox 661. *tempora vincunt.* 'Quid illud, *cum tempora vincunt?* Mussat Scaliger; qui mendosum hoc esse sine dubio videbat. Gemblacensis, *brumæ tum tempora vincit;* Lipsiensis, *vincat;* Venetus, *vincant;* Vossianus, *cum tempora vincat.* Omnes *brumæ.* Latet altius mendum. Fortasse; *Tantum quod solitas usque ad se vincere luces Ex ipsa jubet ad brumalia tempora vinci.* Ita supra, 'brumalia sidera:' 'Ad brumalem cardinem vinci.' Sed propius est ad librorum scripturam, *T. quod victas u. ad se v. noctes Ex i. j. ad brumam, cum t. vertit.* Vide versus 622. 666. Ceterum *tantum quod* libri omnes recte; non, ut Scaliger, *quo.*' Bent. 'Regiomontanus longe aliter, *Ex ipsa jubet* (.) *ac brumæ tum tempora vincunt.* Sic fere Cod. Paris. nisi quod *cum* pro *tum.* Libra, inquit, pari cum fœdere dies noctesque *ducit* (ita Cod. Paris. et Regiom. non *ducens*) *Tantum quod* (et hoc Regiom. vulgavit) i. e. nisi quod *noctes victas usque ad se*, scil. ad initium libræ, vice versa *jubet vincere: ac tum brumæ tempora vincunt*, scil. usque ad initium capricorni.' *Stoeb.*—662 Scal.

NOTÆ

657 *Segnis*] Sup. hactenus, per hyemis frigora.

658 *Huic ex adverso, &c.*] His 8. vss. explicat ea, quæ sub libra contingunt, quæ nimirum fulget adversa et opposita arieti. Sub libra noctes vicissim æquantur diebus, quæ ab cancro fuerant diebus breviores. Deinde sub libra fit vindemia, mandantur terræ grana et semina frumenti, &c.

Huic] Sup. arieti.

661 *Ad brumam*] Ad solstitium hyemale, ad initium capricorni, II. 404.

662 *Liber*] Bacchus, vinum, vitis, &c. Liber enim seu Bacchus Deus

Pinguiaque e pressis exspumant musta racemis.
Mandant et sulcis Cererem, dum terra tepore
Autumni resoluta patet, dum semina ducit.
Quatuor hæc et in arte valent; ut tempora vertunt,
Sic hos aut illos rerum flectentia casus,
Nec quicquam in prima patientia sede manere.
  Sed non per totas æqua est versura figuras,

sia vina uberiora spumant ex uvis calcatis. Tunc etiam homines tradunt frumenta sulcis, dum terra emollita calore tepido autumni panditur, et dum recipit semina frumentorum. Hæc quatuor signa tropica et multum possunt in hac arte siderali; et mutant tempora, et ita vertunt modo hos, modo illos rerum eventus, et non patiuntur aliquid permanere in priori suo statu. Verum hæc mutatio non est æqualis

Delph. et vulg. *plenus.* 'Quid est *plenus Liber?* Repone, *d. lenis ab u. Lenis,* maturus, solibus coctus. Sic 'lene vinum,' 'lenia musta.' Noster IV. 204. de eodem anni tempore: 'Cum nova maturi gustamus munera Bacchi.'' *Bent.* 'Libri omnes, *plenus,* i. e. copiose, ubertim.' *Stoeb.*—663 Scal. Delph. et vulg. *impressis despumant.* '*Impressis* nullum hic locum habet; ut neque *despumant.* Repono, *e pressis exspumant.*' Bent. 'Vetus lectio nil habet, quod mutationem flagitet.' *Stoeb.*—666 Scal. Delph. et vulg. *et,* pro *ut:* et mox 667. *atque,* pro *aut.* 'Vetusti omnes recte *ut, aut.*' Bent. 'Sic Cod. Lips. At Regiom. cum ceteris impressis *et.* Sic Cod. quoque Paris.' *Stoeb.*—669 Vulg. *mensura.* Correxit Scal. ex Gemb. 'Ita optime Gemblac. et Lips. non *mensura,* quod est in impressis nostris, et Cl. Barth. in suo Ms. legit. *Versura,* i. e. τροπὴ, *mutatio,* unde signa illa dicuntur tropica. Illam vero mutationem, quam hæc quatuor signa per suam figuram faciunt, non contingere docet in omnibus et singulis cujusque signi gradibus, sed in uno tantum. Sic v. g. sub ariete una dies et nox; et sub libra una pariter dies et nox æquantur: sic sub cancro unus dies maximus, et una nox brevissima; et sub capricorno pariter una nox longissima et dies unus brevissimus. Cetera vero tempora dierum ac noctium modo urgent, modo vicissim cedunt, ut ait vs. 675.' *Stoeb.*

NOTÆ

fertur vini, vulgoque pro vino usurpatur, II. 20.

Ulmo] Plinius XVII. 23. celebrat imprimis ulmum in maritationem vitis. In hoc autem conjugio ulmus mas est, vitis fœmina. Virg. Georg. I. 2. Hujus conjugii mos primum in Italia contigisse fertur. Columell. V. 6. Plinius tamen ait XIV. 1. vites in Campano agro populis nubere solere. Hujusmodi autem vites jugatas arboribus arbusta vocabant. Unde monuimus II. 22. quod rectius dixerit Poëta, 'Atque arbusta vagis essent quod adulta racemis:' quam dixit: 'Atque arbusta vagis essent quod adultera pomis.'

664 *Cererem*] Segetem, frumentum, semina, &c. vs. 629.

666 *Quatuor hæc, &c.*] His 3. vss. interdum monet hæc quatuor signa tropica multum in arte siderali valere.

669 *Sed non per totas, &c.*] His 7. vss. monet solerter esse observandum versuram, seu mutationem illam, quam hæc signa quatuor quæque per suam figuram faciunt, non contingere

Omnia nec plenis flectuntur tempora signis.
Una dies sub utroque æquat sibi sidere noctem,
Dum libra atque aries autumnum verque figurant.
Una dies toto cancri longissima signo,
Cui nox æqualis capricorni sidere fertur.
Cetera nunc urgent vicibus, nunc tempore cedunt.
Una ergo in tropicis pars est cernenda figuris,

per omnes partes istorum signorum, nec ea tota signa mutantur ex totis signis. Sed una dies æquat sibi noctem sub istis duobus temporibus. Scilicet enim libra et aries faciunt autumnum et ver. Unus est dies maximus sub toto sidere cancri, cui diei nox est par sub signo capricorni. Reliqua tempora dierum ac noctium intermedia modo vice sua vincunt, modo cedunt. Igitur unicus est gradus in tropicis

—670 Scal. et Delph. *vertuntur sidera.* vulg. *flectuntur.* ‘Et hic quoque Gemb. jure merito habet *vertuntur.* Dixit enim *versura.*’ Scal. ‘*Vertuntur* inconcinne, cum præcesserit *versura;* nec vertuntur sidera, sed tempora: sic versu 666. ‘ut tempora vertunt;’ et 622. ‘tempora vertuntur.’ Recte ergo libri veteres, *flectuntur tempora. Tempora* vetusti omnes; et, excepto Gemblacensi, omnes *flectuntur.*’ Bent.—671 Scal. Delph. et vulg. *tempore.* ‘Ut in versu præcedente *tempora* reposuimus pro *sidera;* e contrario hic repone, non *tempore,* sed *sidere. Una* tantum *dies sub utroque sidere;* una sub ariete, una sub libra.’ *Bent.*—672 Scal. Delph. et vulg. *Nam l.* ‘Recte Gembla-

NOTÆ

in omnibus et singulis cujusque signi gradibus, sed in uno tantum. Sic v. g. sub ariete una dies et nox; et sub libra una pariter dies et nox æquantur: sic sub cancro unus dies maximus, et una nox brevissima; et sub capricorno pariter una nox longissima et dies minimus unus contingunt. Cetera vero tempora dierum ac noctium modo urgent, modo vicissim cedunt, ut ait vs. 675.

Per totas figuras] Per omnes partes aut gradus signorum istorum. Figura enim seu forma sidus est ac signum.

671 *Sub utroque . . . sidere*] Nimirum arietis et libræ, de quibus jamjam agit.

676 *Una ergo, &c.*] His 7. vss. ultimis docet qua in parte signorum tropicorum versura ac mutatio ista contingat, aitque non convenire auctores in hac re; alii enim in primo gradu; alii in octavo; alii in duodecimo reposuerunt. Soligenes, insignis astrologus, cujus opera usus est Cæsar ad reformationem Kalendarii, reposuit initia utriusque æquinoctii et utriusque solstitii in primo gradu tropicorum signorum, teste Plinio XVIII. 25. Ita et Eudoxus, ut monui lib. I. et II. Quis autem in decimo gradu reposuerit, mihi non constat. Jam vero non unus aut alter, post Kalendarii Juliani reformationem, sed fere omnes volunt æquinoctia æque ac solstitia incidere in primum cujusque signi tropici gradum. Ita primi olim docuisse feruntur Hipparchus, anno fere ante Christum 145. et post Christum natum anno 140. Ptolemæus. Vide plura de his apud Clav. in cap. 2. Sphæræ Sacrobosc.

Quæ moveat mundum, quæ rerum tempora mutet,
Facta novet, consulta alios declinet in usus,
Omnia in adversum flectat, contraque revolvat.
Has quidam vires octava in parte reponunt.
Sunt quibus esse placet decimam. Nec defuit auctor,
Qui primæ momenta daret frænosque dierum.

signis, qui mutet totam faciem cœlorum; qui variet pariter momenta rerum; qui innovet fatales casus; qui flectat consilia bene capta in alios usus; qui vertat tempora tempestiva in contrarium, et iterum immutet. Nonnulli ponunt has vires in octavo gradu. Sunt quidam qui volunt esse in decimo. Et auctor fuit, qui tribueret primos motus et habenas dierum primo gradui.

censis, Lipsiensis, et Vossianus, *Dum libra.*' Bent.—678 Vulg. *Fata movent.* 'Gemblacensis, *Facta movens consulta.* Non sequimur. Non possumus mutare sententiam in iis, quæ olim legebamus ita: *Quæ m. m., quæ r. t. m., Fata novet, c. a. d. in u., Momina in a. fl., rursusque r.* Sane hæc et Maniliana sunt, et elegantissima. Ineptos et barbaros codices nihil moramur.' *Scal.* '*Novet*, a Scaligero est, Gemblacensis *movens;* Lipsiensis et Vossianus *movent*; omnes *facta*, non *fata*. Repone, *Facta novet*. *Facta novet*, immutet, destruat, irrita reddat; consulta alio vertat, ac destinabantur. *Facta* hic opponuntur *consultis;* ut apud Sallustium, Cat. 1. 'Nam et prius quam incipias, consulto; et ubi consulueris, mature facto opus est.'' *Bent.* 'Non aspernanda est scriptura Gemb. *Facta movens consúlta.* Sensus erit, res ab hominibus propositas aliorsum convertat. Si quid mutandum est, legito, *Facta novet consulta.*' Huet. 'Post Cod. Paris. Regiom. omnium, opinor, optime legit et distinguit, *Fata ciat* (:) *consulta alio, &c.*' Stoeb.—679 Vulg. *Omnia in adversum.* 'Reposuimus *Momina;* quod nomen plurifariam in hoc scriptore depravatum fuit.' *Scal.* Ibid. Scal. Delph. et vulg. *rursusque.* 'Repone ex vetustis, *Omnia in a. fl., contraque r.* *Momina* a Scaligero est; qui sæpius hoc verbum ingerit, nunquam feliciter.' *Bent.* 'Cod. Lips. *flectant rursusque revolvant.* minus recte.' *Stoeb.*—681 Scal. Delph. et vulg. *decimas;* et sic Paris. et Regiom. 'Repone *decimam.* Sunt quibus placet decimam partem esse, quæ solstitii punctum facit. *Decimam*, ut octava, primæ.' *Bent.*

NOTÆ

679 *Omnia* [*Momina*] Tempora, vs. 459.

680 *Auctor*] Nimirum Hipparchus, ut jam monebam.

۱۹۴۴